MASTER NEGATIVE NO. 92-80804-1

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

CICERO, MARCUS TULLIUS

TITLE:

PARADOXA STOICORVM

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1908-11

Master Negative #

92-80804-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

87C0 Works, Philosophical. 1908.
IF08

Cicero, Marcus Tullius.
Paradoxa stoicorvm; Academicorvm reliqviae cum Lvcvllo; Timaevs, De natvra deorvm; De divinatione; De fato; edidit Otto Plasberg ... Lipsiae, in aedibvs B. G. Tevbneri, 1908-11
pt. 1-2 25½ cm.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 6-2-92 INITIALS MLY
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

PART 1




AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches






MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

COLUMBIA UNIVERSITY
LIBRARY

M. TVLLI CICERONIS

PARADOXA STOICORVM · ACADEMICORVM
RELIQVIAE CVM LVCVLLO · TIMAEVS · DE
NATVRA DEORVM · DE DIVINATIONE · DE FATO

EDIDIT

OTTO PLASBERG

FASCICVLVS I

MCMVIII
LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

NEUER VERLAG VON B. G. TEUBNER IN LEIPZIG

Ausfeld, A., der griechische Alexanderroman. Nach des Verfassers Tode herausgegeben von Wilhelm Kroll. [XII u. 253 S.] gr. 8. 1907. geh. ℳ 8.—, geb. ℳ 10.—

Bethe, E., Mythus, Sage und Märchen. [99 S.] 8. 1905. ℳ 1.—.

Bick, Jos., Horazkritik seit 1880. [VI u. 89 S.] gr. 8. 1900. geh. ℳ 1.80.

Birt, Th., die Buchrolle in der Kunst. Archäologisch-antiquarische Untersuchungen zum antiken Buchwesen. Mit 190 Abbildungen. [X u. 352 S.] gr. 8. 1907. geh. ℳ 12.—, geb. ℳ 15.—

Brunn, H., kleine Schriften. Herausgegeben von H. Brunn und H. Bulle. 3 Bände. gr. 8. I. Bd. Römische Denkmäler — Altitalische und etruskische Denkmäler. Mit 65 Abbildungen. [XIII u. 277 S.] 1898. ℳ 10.—, geb. ℳ 13.— II. Bd. Zur griechischen Kunstgeschichte. Mit 69 Abbildungen. [VI u. 532 S.] 1905. ℳ 20.—, geb. ℳ 23.— III. Bd. Interpretation zur Kritik der Schriftquellen, Allgemeines, zur neueren Kunstgeschichte, Nachtrag. Mit 53 Abbildungen. [VIII u. 356 S.] 1906. ℳ 14.—, geb. ℳ 17.—

Capelle, W., die Schrift von der Welt. Ein Beitrag zur Geschichte der griechischen Popularphilosophie. Festschrift der klassisch-philologischen Gesellschaft zu Hamburg. [40 S.] Lex.-8. 1906. geh. ℳ 1.60.

Cumont, G., die Mysterien des Mithra. Ein Beitrag zur Religionsgeschichte der römischen Kaiserzeit. Autorisierte deutsche Ausgabe von G. Gehrich. Mit 9 Abbildungen im Text und auf 2 Tafeln, sowie einer Karte. [XVI u. 176 S.] gr. 8. 1903. geh. ℳ 5.—, geb. ℳ 5.60.

Deubner, L., Kosmas und Damian. Texte und Einleitung. [VII u. 240 S.] gr. 8. 1907. geh. ℳ 8.—, geb. ℳ 9.—

Dieterich, A., Mutter Erde. Ein Versuch über Volksreligion. [123 S.] 8. 1905. geh. ℳ 3.20, geb. ℳ 3.80.

v. Duhn, Fr., Pompeji. Eine hellenistische Stadt in Italien. Mit 62 Abbildungen im Text und auf 1 Tafel. [IV u. 115 S.] 8. 1906. geh. ℳ 1.—, geb. ℳ 1.25.

Endt, Joh., Studien zum Commentator Cruquianus. [VIII u. 86 S.] gr. 8. 1906. geh. ℳ 3.—

Finsler, G., Homer. [XVIII u. 618 S.] gr. 8. 1908. geh. ℳ 6.—, geb. ℳ 7.—

Fischer, Th., Mittelmeerbilder. Ges. Abhandlungen z. Kunde der Mittelmeerländer. [VI u. 480 S.] gr. 8. 1906. geh. ℳ 6.—, geb. ℳ 7.—

Geffcken, J., das griech. Drama. Aeschylos, Sophokles, Euripides. Mit einem Plane. [IV u. 113 S.] gr. 8. 1904. geh. ℳ 1.60, geb. ℳ 2.20.

Gelzer, H., ausgewählte kleine Schriften. Mit einer Abbildung Gelzers. [V u. 429 S.] gr. 8. 1907. geh. ℳ 5.—, geb. ℳ 6.—

Gilbert, O., die meteorologischen Theorien des griechischen Altertums. Von der Königlich Bayerischen Akademie der Wissenschaften mit dem Zographospreise gekrönt. Mit 12 Figuren im Text. [V u. 746 S.] gr. 8. 1907. geh. ℳ 20.—, geb. ℳ 22.50.

Gudeman, A., Grundriß der Geschichte der klassischen Philologie. [VI u. 224 S.] gr. 8. 1907. geh. ℳ 4.80. geb. ℳ 5.20.

Heinze, R., Vergils epische Technik. [VIII u. 488 S.] gr. 8. 1908. 2. Aufl. geh. ca. ℳ 12.—, geb. ca. ℳ 14.—

Helm, R., Lucianu. Menipp. [V u. 332 S.] gr. 8. 1906. geh. ℳ 10.—, geb. ℳ 13.—

Herkenrath, E., der Enoplios. Ein Beitrag zur griechischen Metrik. [X u. 186 S.] gr. 8. 1906. geh. ℳ 6.—, geb. ℳ 8.—

Historicorum Romanorum Reliquiae collegit disposuit recensuit praefatus est Hermannus Peter. 2 voll. gr. 8. 1906. I. [CCCLXVIII u. 378 S.] geh. ℳ 16.— II. [CCX u. 208 S.] geh. ℳ 12.—

Fortsetzung siehe 3. Umschlagseite.

M. TVLLI CICERONIS

PARADOXA STOICORVM · ACADEMICORVM RELIQVIAE CVM LVCVLLO · TIMAEVS · DE NATVRA DEORVM · DE DIVINATIONE · DE FATO

EDIDIT

OTTO PLASBERG

FASCICVLVS I

MCMVIII

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

M. TVLLI CICERONIS

PARADOXA STOICORVM · ACADEMICORVM
RELIQVIAE CVM LVCVLLO · TIMAEVS · DE
NATVRA DEORVM · DE DIVINATIONE · DE FATO

EDIDIT

OTTO PLASBERG

FASCICVLVS I

MCMVIII
LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

SpFd
11-4338

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

EDITOR L. B. S.

Editionis huius, cuius mihi suscipiendae auctor ante hos XII *fere annos extitit academia regia Borussica, in nuntiis Teubnerianis scripsi primo fasciculo me additurum eam praefationis partem quae ad Academicum* I *pertineret. postea cum expertus sensissem ita fieri non posse quin aut diuellerentur quae inter se conexa essent aut bis dicerentur quae non oporteret, constitui totam praefationem cum tertio fasciculo edere, codicum, quos in primo Academico* LX *fere numero collatos habeo, uniuersam rationem satis perspicue ostendi ratus p.* 33, *cuius inueniendae rationis uiam aperuit Eduardus Stroebelius commentatione philologi tomo* LII *inserta. nam in ceteris libris ad eos codices, in quibus recensionem positam esse Halmius intellexit, pauci accesserunt iique secundi aut tertii ordinis: de his aestimandis si quis quaerat interim Ottonis Dieckhoffi consulat dissertationem Gottingensem a.* MDCCCXCIV *editam 'de Ciceronis libris de natura deorum recensendis'.*

Gratiarum quoque actio maior est hoc spatio. quare nunc satis habeo eos laudare quorum mihi opera in plagulis corrigendis uti licuit. quem laborem taedii plenum amici mecum partiti sunt Rudolfus Helmius Berolinensis Carolus Kalbfleischius Marpurgensis Ricardus Reitzensteinus Argentinensis; qui permultum mihi profuerunt monendo castigando docendo, Helmius uero praecipue ea re quod saepe inspectis thesauris Berolinensibus Rostochiensem librorum penuriam aliqua ex parte subleuauit. in adnotatione cum schedis meis iterum conferenda strenue commilitones ornatissimi me adiuuerunt Gualtharius Neumannus Maximilianus Wiegandtus. denique honore hunc librum impertiuit Iohannes Vahlenus uir et de auctore et de editore optime meritus, cum non solum plagulas perlustrauit deque multis rebus adscripsit quid sentiret sed etiam totam hanc editionem die XI *m. Augusti a.* MCMII, *cum quinquagesimum annum professionis academicae celebraret, a me sibi oblatam benigne accepit.*

Non desunt quae aut corrigenda uideantur aut addenda, quae ad calcem totius operis licet reicere; nunc unum monebo quod grauius est: intercidit enim nescio quo casu quod adscriptum erat ad p. 43,15 'anima Γ'.

Superest ut eorum rationem proponam quae signis aut compendiis indicata fallere possint legentes.

Litteris inclinatis ea expressa sunt quae uidentur non fuisse in archetypo.
asteriscus uerbis Ciceronis interpositus defectum indicat, idem in margine adpictus corruptelam, in adnotatione idem unam fere litteram erasam; quod erasum uidetur adscribitur uncis [ ] inclusum.
lineola | in adnotatione uersuum discrimen signat.

add] *addidit, additum*
cf] *conferatur*
ci] *coniecit*
cl] *collato*
corr] *correctum in*
del] *deleuit*
dett] *deteriores codices*
e corr] *e correctione*
ex] *correctum ex*

ft] *fortasse*
mg] *margo*
om] *omittit*
pr] *manu prima*
rad] *radendo*
ras] *rasura*
rec] *manu recenti*
red] *redintegratum (ft red*] *aut redintegratum aut e correctione)*
s] *sequenti*
uid] *uidetur*
dicere *pr*] dicere *scriptum manu prima, altera addendo id effecit quod scripsi*
qui^{f} *pr*] *sic omnia manu prima scripta*
qui^{s} *rec*] qui *manus prima,* s *addidit recens*
bona *ex* ~o] bona *ex* bono

EDITIONES

Ald] *Aldina* 1523
Anzius] *paradoxorum Gothana* 1890 *(cf COMM.)*
Arn.] *Stoicorum ueterum fragmenta coll. I. ab Arnim (Chrys.*] *uol.* II; *Chrys. eth.*] *uol.* III)
Asc (I)] *Ascensiana paradoxorum* 1509, *reliquorum librorum* 1511
Asc II] *Ascensiana* 1521
b] *Baiteri Tauchnitiana* 1865
Crat] *Cratandrina Basileensis* 1528
D.] *Dielsii 'Die Fragmente der Vorsokratiker' ed.* II *uol.* I *et uol.* II *pars* I *(quae pars in manus meas uenit absoluto meo quaternione* IX)
Fust] *paradoxorum princeps Moguntina* 1465
Heruag] *Heruagiana Basileensis* 1534
Lambin] *Lambiniana Parisina* 1573
Lambinus] *Parisina* 1566 *adscitis iis quae in annotationibus Lambinianae* 1573 *nouata sunt*
Louaniensis] *paradoxorum* 1483
Mediolanensis] *paradoxorum* 1476
m] *Muelleri Teubneriana* 1878/79
Manutius] *Aldinae* 1541. 1552. 1560
r] *Reidi Academicorum Londinensis* 1885
Rom] *Romana paradoxorum* 1469, *reliquorum librorum* 1471
Schneiderus] *paradoxorum Tauchnitiana* 1891
t] *Turicensis altera Halmi et Baiteri* 1861
Ven] *Veneta paradoxorum* 1470, *Academici* I *et Luculli* 1471
Ven II] *Veneta* 1494 *uel* 1496

COMMENTATIONES

Anzius] *H. Anz, Kritische Bemerkungen zu Ciceros Cato maior Paradoxa Somnium, progr. Quedlinburg.* 1890
Barthelius] *B. Barthel, über die Benutzung der philosophischen Schriften Ciceros durch Lactanz* I, *progr. Strehlen.* 1903
Briegerus] *Beiträge zur Kritik einiger philosophischer Schriften des Cicero, progr. Posnan.* 1873
Forchhammerus] *Nordisk Tidskrift for Filologi, nou. ser. uol.* V *(*1880*)*
Hermannus] *C. F. Hermann, de interpretatione Timaei Platonis dialogi a Cicerone relicta, progr. uniu. Gotting.* 1842
Hochdanzius] *Hochdanz, quaestiones criticae in Timaeum Ciceronis e Platone transcriptum, progr. Nordhus.* 1880
Krischius] *A. B. Krische, über Ciceros Academica, in stud. Gotting.* 1845
Muellerus cens.] *censura in nou. ann.* LXXXIX *(*1864*)*
Rawackius] *P. Rawack, de Platonis Timaeo quaestiones criticae, Berol.* 1888
Stangelius] *Th. Stangl, Tulliana (progr. Monac.* 1898*)*
H. Stephanus] *in M. T. Ciceronis quamplurimos locos castigationes, Paris.* 1557
Werthus] *in schedis philologis Buechelero et Vsenero oblatis Bonnae* 1891

CODICES

Augustini contra Academicos (dederunt Gulielmus Bannierus Monacensis Vincentius Lekuschius Vindobonensis): Cas(inensis 171*) Fris(ingensis* 89*) Par(isinus* 13369*)*
Nonii: Bern(ensis 83*) Flor(entinus) Harl(eianus) Leid(ensis* 73*) Wolf(enbüttelanus)*

Fasciculus secundus, qui continebit libros de natura deorum, propediem prelum subibit.

Scribebam Rostochii mense Februario MCMVIII.

M. TVLLI CICERONIS PARADOXA STOICORVM

Quintilianus inst. orat. II 1,11 non communes loci, siue qui sunt in uitia derecti, quales legimus a Cicerone compositos, seu quibus quaestiones generaliter tractantur . . ., in mediis litium medullis uersantur? *cf. p.* 4,2

CODICES

A Vossianus 84
F Florentinus Marcianus 257
M Monacensis 528
Harleiani 2622 *et* 2682
V Vindobonensis 189
B Vossianus 86

1 Animaduerti Brute saepe Catonem auunculum tuum, cum in senatu sententiam diceret, locos graues ex philosophia tractare abhorrentes ab hoc usu forensi et publico, sed dicendo consequi tamen
2 ut illa etiam populo probabilia uiderentur. quod eo maius est illi quam aut tibi aut nobis, quia nos ea philosophia plus utimur, quae peperit dicendi copiam et in qua dicuntur ea quae non multum discrepent ab opinione populari, Cato autem, perfectus mea sententia Stoicus, et ea sentit, quae non sane probantur in uolgus, et in ea est haeresi, quae nullum sequitur florem orationis neque dilatat argumentum, minutis interrogatiunculis quasi punctis quod proposuit
3 efficit. sed nihil est tam incredibile quod non dicendo fiat probabile, nihil tam horridum tam incultum quod non splendescat oratione et tamquam excolatur. quod cum ita putarem, feci etiam audacius quam ille ipse de quo loquor. Cato enim dumtaxat de magnitudine animi de continentia de morte de omni laude uirtutis de diis inmortalibus de caritate patriae Stoice solet oratoriis ornamentis adhibitis dicere,

---

M TULLICICERONIS TOPICA EXPLICITA; INCIPIT PARADO | Animaduerti ... tuum ·. XA STOICORUM FELIC | cūinfenatu *egs A* ·M· TULLII CICERONIS | *uersus uacuus* | PARADOXA STOICORŪ | INCIPIT FELICITER *V* M TULLI CICERONIS TOPICA EXPLICITA | INCIPIT PARA DOXA STOICORUM FELICIT· | *B* Paradoxa *dett m. cf testimonium ad p.* 14,9 *adscriptum*

1 catone, a *ex* a *aperta uel* o *A* 2 dıcere *pr B* phılofophıa* tractare, a *et* t *iuxta rasuram unius litterae uel duarum red A* abhorentef, r *supra add pr,* f *in ras, ft fuit* ~tem *A* 6 dıcedı *pr B* dıfcrepent, p *ex* m *pr, B* discrepant *dett Fust* 7 ab *add A, om V* 9. 10 ·cū *in intercolumnio add V, punctis additis et post* oratıonıf *et post* argumentū, *sed in hoc lineola ¯ in ras, ut ft ibi olim fuerit signum ad* ·cū *illud referendum.* sed minutis *dett Fust, et aut id aut* minutisque *Anzius commendat p.* 7*; qui quod in sententia pendenti aduersatiuum asyndeton ferri posse negat, cf de diu.* I 47,105 *(*sapienter aiebant*) p.* 41,10 ut nihil adfirmet ipse, refellat alios, *alia. certe etiam quae secuntur de Stoicis accipienda sunt non de Catone, cf p.* 4,3 *Brut.* 31,119 ınterrogatı unculıf *V B* ınterrogatı u*nculıf *ex* ~gat uınc~ *A* et quasi *dett Rom. cf de fin.* IV 3,7 pungunt quasi aculeis interrogatiunculis angustis 11 effjcıt *ex* effecit *V* qđ *in ras, uid* fed *fuisse B* 14 loqor *ex* locor *A* loquimur *V; cf de diu.* II 23,50 *ex.* 15 de contemnenda morte *Walkerus, sed uide de orat.* I 13,56 *in simili enumeratione* de temperantia de magnitudine animi, *ibid.* 15,67 de continentia ... de morte, *Bruti epist.* I 17,5 de morte 16 nullis o. o. *dett Fust* o. o. non *Mediol* adhıbjtıf *ex* ~betıf *AB*

ego tibi illa ipsa, quae uix in gymnasiis et in otio Stoici probant, ludens conieci in communes locos. quae quia sunt admirabilia contraque opinionem omnium (ab ipsis etiam paradoxa appellantur), temptare uolui possentne proferri in lucem id est in forum et ita dici ut probarentur, an alia quaedam esset erudita alia popularis oratio; eoque hos locos scripsi libentius, quod mihi ista *παράδοξα* quae appellant maxime uidentur esse Socratica longeque uerissima. Accipies igitur hoc paruum opusculum lucubratum his iam contractioribus noctibus, quoniam illud maiorum uigiliarum munus in tuo nomine apparuit, et degustabis genus exercitationum earum quibus uti consueui, cum ea quae dicuntur in scholis *θετικῶς* [posidua] ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus. hoc tamen opus in acceptum ut referas nihil postulo; non enim est tale ut in arce poni possit quasi Minerua illa Phidiae, sed tamen ut ex eadem officina exisse appareat in hac eadem figura exisse appareat. ✻

1 uix* [*puncium ut uid*] *B* 2 l*udenſ, l *red A* 3 &iam *supra add uix pr A* *supra* paradoxa *add* ·1· mirabilia *(cf Lucull.* 44,136*) B* ab ipsis ... appellantur *ex Muelleri sententia (cens.* 135*) del bm, quae aegre feratur si absint, quippe quibus eorum quae antecedunt aperiatur ratio, ut illis de nat. deor.* I 11,29 *στεφάνην* appellat, *de fato* 10,22 id appellat *ἐλάχιστον; quod autem u.* 6 *similiter ait* ista *παράδοξα* quae appellant, *id et ad sententiam apte facit et a repetitione minime moleste, ut in simili formula loquendi de fin.* III 17,57 de bona autem fama (quam enim appellant *εὐδοξίαν* aptius est bonam famam hoc loco appellare quam gloriam) *et paucis interiectis* hanc quam dixi bonam famam. *cf etiam haec quae minimis interuallis ponit inter se simillima de diu.* II 7,19 quam dicebas praesensionem esse rerum fortuitarum *et* quae a te fortuitarum rerum est dicta praesensio, *pro Cluent.* 66,189 quod nunc denique patefactum est *et* nunc uero apertum iam omnibus ac manifestum uidetur, *Phil.* XIV 9,24 cum imperatores eos appello *et* cum uictores appello imperatores, *de inu.* I 31,52 *orat.* 22,73 *s* 26,91 *s pro Scauro* 3,4. *cf Vahlenus de leg. p.* 15,8 *Martha ad Brut.* 59,218, *infra p.* 7,5. 56,6 *de diu.* I 20,39. *cf schol. Sangall. in accus.* I 7 *p.* 157 *Or.* proprium Ciceronis ... in dialogis ... eandem saepe sententiam dicere 4 ıdeſtınforū· *in ras (ſt fuit* idē∽*) A; eadem cum quibusdam dett (in Harleiano* 2682 *a librario omissa ab eodem, ni fallor, postea in mg addita sunt) et Mediol del Bentleius tbm, defenderunt post alios Reidius ad Acad. p.* 97,14 *Anzius p.* 10 *Leo ind. schol. Gotting.* 1892,11. *gymnasiorum umbrae atque otio opponitur lux id est forum, cf de orat.* I 34,157 *Brut.* 8,32 *pro Rab. Post.* 17,48 *pro Sest.* 24,53 *de sen.* 4,12 *ad Att.* V 15,1*; uide etiam Brut.* 62,222 ex acie id est a iudiciis *(epist.* XV 4,16*), Lael.* 26,97 in scaena id est in contione, *Acad. p.* 37,12 6 quo *V* ΠΛΡΛΔΟΞΛ *B* paradoxa *A V* 7 appellantur *dett Mediol* 8 hıſ *ex* ıſ *rec V* ıſ *corr* ıſ, *deinde* hıſ *B* 10 exercıtatıonē̄ *pr B* exercıtatıonū̄, *m* eā̄*rum V* 11 conſueui, ue *in ras V* ıncholıſ* [Θ *ut uid*] *A* ın ſcholıſ *V* ΘЄTIKΩC poſidua *B* ΘHTIKΩC poſidua, Θ *add*, lua *in ras minore A* (∽poſıdıuſ *uel* ∽duſ *Harl* 2622) ΘЄTIKΩC, *supra add rec* ŧ Kὰ ·ı· poſſeſſīua *V (κτητικα dett Rom). interpretamentum suspiceris olim* positiue *fuisse, cf Muellerus cens.* 134 *Gellius* VIII 4 13 *supra* acceptum *add rec* ŧ aptū̄ *V* ut ın arce *in ras paulo maiore (fuerit* ∽archa*) A;* arca, *superscr rec* ŧ ce *V* arṭe *B* 14 illa Minerua *Mediol m* fidıę *A* ∽e *V;* fidıæ tamen, fidıæ *in ras B* offi|cına *B* ut ex eadem officına exıſſe appareat ın hac eadem figura exıſſe appareat *AB (nec aliter uterque Harleianus)* ut ex

I ΟΤΙ ΜΟΝΟΝ ΤΟ ΚΑΛΟΝ ΑΓΑΘΟΝ

Quod honestum sit id solum bonum esse.

1 Vereor ne cui uestrum ex Stoicorum hominum disputationibus
6 non ex meo sensu deprompta haec uideatur oratio, dicam quod sentio tamen, et dicam breuius quam res tanta dici potest.

Numquam mercule ego neque pecunias istorum neque tecta magnifica neque opes neque imperia neque eas quibus maxume adstricti sunt uoluptates in bonis rebus aut expetendis esse duxi, quippe cum uiderem rebus his circumfluentis ea tamen desiderare maxime quibus abundarent. neque enim umquam expletur nec satiatur cupi-

eadem officına exıſſe appareat· *(linea subscripta rec), in mg add* ·ı· ın hac eadē figura exıſſe appareat *V, cuius primitiuam scripturam cum plerisque secuti illa* in hac eadem figura exisse appareat *om tbm. quae quo interpolatoris consilio inuecta credam non assequor, nec magis probari posse quae corrector recens in V effecit apparet. putabam olim* ut ex eadem officina eadem figura exisse appareat*, sed nec hoc satis placet nec alia. res puto plana fit si credimus duplicem conclusionem ex ipso Ciceronis scripto seruatam esse (cf Tim.* 14,50*), modo sumas, quod facile fieri potuit,* exisse *in altera per errorem scriptum esse, ut altera fuerit* ut ex eadem officina exisse appareat*, altera* ut in hac eadem figura appareat *i. e. ἡ αὐτὴ ἰδέα. sed utram conclusionem auctor praetulerit alteri nequeo dicere, nisi forte displicuerat ei* hac *ad Mineruam relatum non ad opus; quod quidem in illa similitudinis conformatione ne fieri quidem facile potuit aliter; ut in his de opt. gen. orat.* 3,8 sed quatenus ualuerunt, sani et sicci dumtaxat habeantur, sed ita ut palaestritae, spatiari in xysto ut liceat, non ab Olympiis coronam petant *extrema accommodata sunt ad palaestritas similitudinis gratia accitos, cum sermo sit de oratoribus, et late patet hoc genus, quod attingetur etiam ad p.* 19 *ex. ex eodem uel propinquo loco comparatio ducitur de orat.* II 17,71. 73 *orat.* 71,234 *de diu.* I 13,23 *de fin.* IV 13,34 *de off.* III 2,10*, cf Philo de Iosepho* 8,39 1 ΘO|NON *corr* ΘON|NON *B* TOKA ΛNON·ΛGΑΘON, T *in ras,* G *add,* Θ *ex* Є *ut uid B* ΛTΛ*ΘON, *tertia littera in ras pr, V* 2 *interpretamentum cum ceteris una serie perscriptum habent AB, in mg inferiore add V, et archetypum ista interpretamenta in mg habuisse concludas etiam ex iis quae adnotabuntur ad p.* 14,17. 19. 17,13 *ss. quo minus certum est ea a Cicerone esse profecta (quamquam hoc quidem paradoxon paene eodem modo uertit de fin.* IV 28,78*),* ŧ ſtoıcoꝝ atti *et del uel om cum aliis tbm* 3 exoticorū *A* exoticorum *V* ex otı corum, *in mg add* ·ı· ſententıa ſtoıcoꝝ *B* ex Socraticorum *unus codex Aldi Muellerus cens.* 276 *cl p.* 4,7. 13,6 *Lucull.* 44,136 *(Tusc.* III 5,10 *de orat.* III 34,139*), bm* ex otiosorum *Marklandus ad Statii silu.* V 2 *p.* 273*, t.* ex Stoicorum *dubito quam recte post Orellium repudiauerint, quod* extoicorum *olim fuerit; Stoicos Cicero in orationibus saepe commemorat, Socraticos numquam.* non loquor tecum Stoica lingua *Seneca epist.* 13,4. *de* hominum *cf Stangelii Tulliana* 33 5 reſtanta*dıcı *A*, reſtant a·dıcı *B*, *utrumque ex* reſtant adıcı dici poscit *dett Langius* poscet *t (cf nou. ann.* LXXIX [1859] 765*) deleto post H. Wolfii coniecturam* dici. *tradita recte defendit Muellerus cens.* 280*; nimirum res tanta tam breuiter dici non potest,* dicere *autem* rem, *non* de re*, minime alienum ab usu Ciceronis (cf de fin.* III 6,19*)* 6 mercule *B* hercule *V tbm* me h∽ *A. cf de nat. deor.* II 29,74 *de leg. p.* 6,1. 13,5. 193,8 *Vahleni, Lachmannus in Lucr. p.* 152 *Stangelius Tullian.* 55 tecta* magnıfica* [m *utrobique*] *B* 7 maxımea *B* 8 ēē* *ex* ē& *B* 9 hīſ *ex* ıſ *(˙ rec) B* circumfluentes *dett Mediol* ∽tis *t* cırcumfluentıbuſ *A* cırcū fluentıb; *VB.* uiderentur ... circumfluentibus *in M effectum rec minus apte et ad orationem et ad usum loquendi* eꝝ *ex* et *A* & *V* de*ſıderare [u *uel* o] *A* 10 *cf de re p.* VI 1,1 *(Non. p.* 424*)* lubidines ... nec

ditatis sitis; neque solum ea qui habent libidine augendi cruciantur sed etiam amittendi metu.

In quo equidem continentissimorum hominum maiorum nostro- 7
rum saepe requiro prudentiam, qui haec inbecilla et commutabilia pecuniae membra uerbo bona putauerunt appellanda, cum re ac factis longe aliter iudicauissent. potestnę bonum cuiquam malo esse, aut potest quisquam in abundantia bonorum ipse esse non bonus? atqui ista omnia talia videmus, ut etiam inprobi habeant et absint probis. quam ob rem licet inrideat si qui uult, plus apud me tamen uera 8
ratio ualebit quam uulgi opinio; neque ego umquam bona perdidisse dicam si quis pecus aut supellectilem amiserit, nec non saepe laudabo sapientem illum, Biantem ut opinor, qui numeratur in septem. cuius quom patriam Prienam cepisset hostis ceterique ita fugerent ut multa de suis rebus asportarent, cum esset admonitus a quodam ut idem ipse faceret, 'ego uero' inquit 'facio; nam omnia mecum porto mea': ille haec ludibria fortunae ne sua quidem putauit, quae 9
nos appellamus etiam bona.

---

expleri nec satiari ullo modo possunt, *ubi uides nihil esse mutandum, quamquam* satiatis et expletis *posuit de sen.* 14,47

1 quae *Harleiani Fust; cf de leg.* II 11,28 2 metꝰ *B* 3 nr̃m *V* nr̃m, r *e corr A* nr̃m *corr* nr̃n̄ *B* 4 quia *B* 5 menbra *B, del Gernhardus,* pecuniae membra *del Bentleius Heinius philol.* X 117 *tbm,* pecuniae munera *ci Schuetzius. codicum scripturam defendit Anzius p.* 10 *cl pro Sest.* 46,98 huius autem otiosae dignitatis haec fundamenta sunt haec membra, *non satis id quidem apte, quoniam ea translatio ducitur a partibus domus, quae membra appellabantur (ad Q. fr.* III 1, 1,2 *Lachmannus ad Lucr.* VI 804), *sed tamen* pecuniae membra *cum Ochsnero aliisque intellegi puto πλούτου μέρη (Arist. rhet.* I 5. 1361 *a* 13): *pecunia idem quod πλοῦτος est pro S. Roscio* 2,6, *simili translatione dixit* caput uestrae pecuniae ... fundamentum uectigalium *de lege agr.* II 29,80, *et ut supra* imbecilla membra *apte ad translationem ita epist.* V 13,13 circumspice omnia membra rei p. ..., nullum reperies profecto quod non fractum debilitatumue sit 2 uera *pr V* bona *ex* ∾o *A* appellandaſ *ex* ∾duſ *B* 6 malo *masculinum* ēē⁎ *ex* ēc̄ *B* aut *in ras, fuit* haut *ut uid B* 7 quiſquā, *lineola red uid A* ēē⁎ *ex* ēc̄ *B* 8 et improbi *dett Manutius, Maduigio auctore bm, sed cf de re p.* I 17,27 quod earum rerum uideatur ei leuis fructus exiguus usus incertus dominatus, saepe etiam deterrimorum hominum inmensa possessio *(Werthus p.* 35*) Seneca epist.* 117,9 id autem medium ... uocamus, quod tam malo contingere quam bono possit; *cf Teles p.* 21,5 *H.* 4 eobſint *ft pr A* obſint *etiam VB* absint *dett Asc* I, *Maduigio auctore t* 9 quī *rec V* 10 bonuſ *pr B* 11 ſiqiſ *pr B* aut *sic V* ſę pe⁎laudabo⁎[l] l *red,* dabo *in ras (sed* b *eodem loco fuit primitus)* [t] *B* 12 bi ⁎⁎antē *A* biantem *corr rec* hi∾ *V* 13 quom, qu *in ras pr,* cū *add rec, V* quā *A* cum *B* patriam *ex* ∾ium *B* priennā *V* fugerent *cum ras ex* ∾runt *A* 15 omnia mea mecum porto *dett (*o. mea mecum p. mea *Harl* 2682*) Fust, cf Valerius Max.* VII 2 *ext.* 3 Bias autem, cum patriam eius Prienen hostes inuasissent, omnibus ... pretiosarum rerum pondere onustis fugientibus interrogatus quid ita nihil ex bonis suis secum ferret 'ego uero' inquit 'bona *(*omnia *add Gertzius, cf Sen. epist.* 9,18 *s dial.* II 5,6*)* mea mecum porto'

'Quid est igitur' quaeret aliquis 'bonum?' Si quod recte fit et honeste et cum uirtute id bene fieri uere dicitur, quod rectum et honestum et cum uirtute est id solum opinor bonum.

2 Sed haec uideri possunt odiosiora, cum lentius disputantur; uita
10 atque factis inlustrata sunt summorum uirorum haec quae uerbis subtilius quam satis est disputari uidentur. quaero enim a uobis, num ullam cogitationem habuisse uideantur hi, qui hanc rem p. tam praeclare fundatam nobis reliquerunt, aut argenti ad auaritiam aut amoenitatum ad delectationem aut supellectilis ad delicias aut epu-
11 larum ad uoluptates. ponite ante oculos unum quemque, regum uoltis a Romulo, uoltis post liberam ciuitatem ab is ipsis qui liberauerunt. quibus tandem Romulus gradibus escendit in caelum, isne quae isti bona appellant, an rebus gestis atque uirtutibus? quid a Numa Pompilio minusne gratas diis inmortalibus capudines ac

---

1 si quod *nescio qui ab H. Wolfio commemorati et Bentleius* ſiquid *AVB, quo seruato u.* 2 et quod *dett Mediol,* igitur quod *Heinius philol.* X 118 2 ⁎idbenefieri, Ibene *in ras pr ut uid, A* 3 bonum est *H. A. Kochius progr. Port.* 1868,42 4 odioſiora, *supra add rec* ł obſcuria *(sic) V* obſcuriora *in mg rec F,* obſcvriora *effectum rec M, Fust.* otiosiora *dubitans ci t, alii alia, sed uide de orat.* III 13,51 *s* ad reliqua aliquanto odiosiora pergamus ... reliquae *(partes)* sunt magnae implicatae uariae graues, *de* lentius *Brut.* 48,178 nimis lentus in dicendo et paene frigidus, *Hortens. fr.* 22 *Muell.* lentius dicere solebat *(Crassus, de quo in Bruto* 66,233 *scribit* nullius flos neque lumen ullum), *Tac. dial.* 21 5 inluſtrata *corr* ∾rāta *F* 6 quam satis est *non ad rem sed ad audientium patientiam. post uarias Gruteri et Bentleii suspiciones illa* haec quae ... uidentur *praeeunte (in addendis) Gernhardo del tb ut 'otiosa' sed corrupto orationis aequilibrio; cf ad p.* 4,3 q̃ro, ˜ *et* ꝛ *e corr B* 7 num ullam *dett Mediol* num ullam *A* ∾ā *V* nullam *corr* nṽllam *i. e.* num illam *B. cf de fin.* II 19,61 hi *ex* II *rec V* ii *tbm* ꝑ. ublici *B* ꝑ *supra add A, om V* 8 auri et argenti *dett Fust (om* aut*), similiter alii, et ita solet Cicero, sed hic cur unum posuerit apparet* 9 amoenitatem *pr B* aut delicias *et* 10 aut uoluptateſ *pr B* 10 regum, g *corr (ex* r*) nescio an red A* 11 *post prius* uoltiſ *in mg add* incipere *F, idem uel* incipiam *dett Fust alii multi oratione distincta uel ante* regum *uel post; eadem distinctione probata* regum *cum dett quibusdam Maduigio auctore del tb,* ueterum *pro* regum *ex H. A. Kochii coniectura (progr. Port.* 1868,42*) posuit m.* uoltis *geminatum uidetur uim habere duplicis* siue *(Caecilius* 5 *R.* uoltis empta est, noltis non empta est, *Liuius* VIII 13,15 *s), cf mus. Rhen.* LIII 83 *s. similis partitio est de orat.* I 9,37. *de oratione cf de div.* II 23,51 qui credat exaratum esse — deum dicam an hominem, *de* a *ad Att.* X 8,6 nec haec *(auguria)* collegii nostri ab Atto sed illa Platonis. *ceterum* unum quemque *intellegit eorum qui 'hanc rem p. tam praeclare fundatam nobis reliquerunt', quos deinde secundum aetates dinumerat* liberatam *Lambinus; cf accus.* I 7,18 post hunc statum rei p. quo nunc utimur nſ *B, corr rec* hſ *V* 12 gradibus Romulus *dett Mediol m* eſcendit *corr* a eſc∾ *A,* aſc∾ *B;* aſc∾ *Vt.* in caelum escendere *est Tusc.* I 29,71, ascendere *pro Mil.* 35,97 *de domo* 28,75 *Hortens. fr.* 45 *Muell. Tusc.* I 46,111, *proprie Lael.* 23,88; *certum. usus discrimen indagari nequit, cf thes. l. L.* II 754,10. 756,5 13 ſi neq; *corr* hſ ne g̃; *B* hſ neque *corr* ⁎ꝛſ nequę *A* nſne quę *V* n areb; *V* 14 anuma⁎ pompilio *ex* anum ap∾ *A* Numae Pompilii *dett Lambinus* ·cupidineſ, *in mg* ·Λ· capul:dineſ *V;* cappudineſ *B ut codices Nonii p.* 398 *(Cic. de re p.* VI 2,2*)*

fictiles urnulas fuisse quam felicatas aliorum pateras arbitramur? omitto reliquos; sunt enim omnes pares inter se praeter Superbum. Brutum si qui roget quid egerit in patria liberanda, si quis item 12
reliquos eiusdem consilii socios quid spectauerint quid secuti sint, num quis existat cui uoluptas cui diuitiae cui denique praeter officium fortis et magni uiri quicquam aliud propositum fuisse uideatur? quae res ad necem Porsinnae C. Mucium inpulit sine ulla spe salutis suae? quae uis Coclitem contra omnes hostium copias tenuit in ponte solum? quae patrem Decium, quae filium deuota uita inmisit in armatas hostium copias? quid continentia C. Fabricii, quid tenuitas uictus M'. Curii sequebatur, quid duo propugnacula belli Punici Cn. et P. Scipiones, qui Carthaginiensium aduentum corporibus suis intercludendum putauerunt, quid Africanus maior, quid minor, quid inter horum aetates interiectus Cato, quid innumerabiles alii (nam domesticis exemplis abundamus): cogitasse quicquam in uita sibi esse expetendum nisi quod laudabile esset et praeclarum uidentur? ueniant igitur isti inrisores huius orationis ac sententiae et iam uel ipsi iudicent, utrum se horum alicuius, qui marmoreis tectis ebore 3 13

---

cape*dinef
caput IN|EIF, *in superscriptis prior* E *in ras rec, F, cf de nat. deor.* III 17,43 *corp. gloss.* VI 176

1 fictile[f]*urnulaf *ex* fictile|furnuf *B* felicataf *corr* fil~ *A* fil~ *corr* fel~ *(in intercolumnio* ·Λ· ·fe*), in mg manu recentissima* felicataf *V* felicitaf *corr* fi[a]li[de]cataf *B* filicataf *F. cf Paulus Festi p.* 86,5 *M.* (61,8 *Th.*) *Cic. ad Att.* VI 1,13 Saliorum *Baiterus apud t, bm speciose, cf corp. gloss.* IV 29,2 cardens uasa fretiua saliorum, *sed tamen dubito ut Goetzius ibid.* VI 176*; Varro quidem scripsit r. r.* I 2,10 fundi enim eius . . iucundiore spectaculo sunt multis quam regie polita aedificia aliorum, *cf de fin.* V 32,96 2 pa[t]refᵉ *B* 3 qui[n] *V* egerit *rec V* 4 expectauerint *V, pr A* 5 nūq[uis] *ex* nūq᷄ *ut uid B* Numquid *V* ·ex·ifte[t] *V* cui *primum supra add A, om V secundo loco* cui* *ex* quid *ut uid A* Numquid *V* 7 porfinnae *(cf Weissenborni et Muelleri appendix ad Liu.* II 9,1 *Iul. Paris de praenom. p.* 588,6 *Kempfi) corr* porfennae *AB tbm* p[o]rofennae *(cf Florus p.* 17,6 *et* 8 *Rossbachi, alia) V* mutium *B* 8 coclitem, c *prior ex parte in ras, uid* clo~ *fuisse A* 9 inpon*te [i] *V* deuotauita[c] inmifit *B* deuotauit inmifit *V, corr* deuotauit[ac] ~ *A; cf Maduigius de fin.* II 19,62 11 ·(·)· *AV* ·m· *B* curii, *altera* I *in ras, ft fuit* curif *A* 12 carthaginenfiu *A* chartaginienfium *B* 13 quid minor *de libris errans om t* 14 interiect̄f *pr V* 15 cogitaffent *primo, deinde deinceps corr* ~ne, ~ne[t], ne[*ne] *(sic rec) V, de cuius primitiua scriptura errans* cogitassene *t atque bm* 16 esset] effe* [t] *Ab* e& *corr* ēē*, *deinde restitutum* e& *B* uidentur *dett Borgersius* uidetur *AB* uid&[re] *rec V, tb* 17 orationif *ex* ~nef *B* 18 qui solis marmoreis, qui tectis *Bentleius cl p.* 25,20, *cf ctiam de leg.* II 1,1 magnificasque uillas et pauimenta marmorea et laqueata tecta contemno, *Varro Men.* 533 *B. Lygdamus* 3,16 *Festus p.* 242,17 *M.* (314,17 *Th.*) *Sen. ep.* 114,9 *Plin. epist.* IX 39,3 *Apul. flor.* 18 *p.* 179,6 *Vl.*

et auro fulgentibus qui signis qui tabulis qui caelato auro et argento qui Corinthiis operibus abundant, an C. Fabricii, qui nihil habuit eorum nihil habere uoluit, se similes malint.

14 Atque haec quidem, quae modo huc modo illuc transferuntur, facile adduci solent ut in bonis rebus esse negent, illud arte tenent accurateque defendunt, uoluptatem esse summum bonum. Quae quidem mihi uox pecudum uidetur esse non hominum. tu, cum tibi siue deus siue mater ut ita dicam rerum omnium natura dederit animum, quo nihil est praestantius neque diuinius, sic te ipse abicies atque prosternes, ut nihil inter te atque inter quadripedem aliquam putes interesse? Quicquam bonum est, quod non eum qui id possidet meliorem facit? ut enim est quisque maxime boni particeps ita est laudabilis maxime, neque est ullum bonum de quo non is qui id habeat honeste possit gloriari. quid autem est horum in uoluptate? melioremne efficit aut laudabiliorem uirum? an quisquam in potiendis uoluptatibus gloriando se et praedicatione effert? atqui si uoluptas, quae plurimorum patrociniis defenditur, in rebus bonis habenda non est, eaque quo est maior eo magis mentem ex sua sede et statu demouet, profecto nihil est aliud bene et beate uiuere nisi honeste et recte uiuere.

---

2 *supra* operib; *add rec* ł opib; *V* 3 fefimilef *ex* fifim~ *V* esse similes *Suffridus Petrus* similes esse *Manutius* se similes esse *Louaniensis. copula facile caretur, pronominis autem repetiti neglegentia dicam an artificium non singulare, cf pro Planc.* 35,86 *pro Cluent.* 24,66 *et quae collegi in libro gratulatorio ad Vahlenum misso a.* 1900 *p.* 243 *ss* 5 facile *ex* facere *A* arte *ex* arce *ft pr V* arcte *B* 7 cū[m] *ex* cui *V* 8 dederunt *V* 9 neq· *supra add B* 10 quadr[u]pedē *rec V* quatr[ior]uipedem *(corr manu insolita) B* 11 putef* [t *ut uid*] *B* quicquam* [*signum interrogationis*] *V* Quicquam[ne] *F Rom* no[N] *ft ex* nō *B* qui[ı]d *A* q[ı]id *ex* qid *B* 12 melio[ı]rem non facit *V* 13 Jta, *in* t *nescio quid corr* (r*?*) *A* ita ē *B* ~et *A* ~& *V* ~etiam *dett Orellius* 14 quidid| *ex* quid| *A* quid[ı] *B* 16 potiendif *rec V* p̄dicationem *B* predicatione (ę *ex* e*) V eodem studio quo* gloria *pro* gloriando *Mediol uel* gloriatione *Lambinus, quod uocabulum Cicero primum finxit de fin.* III 8,28. *apte conferuntur haec pro Planc.* 36,87 erat non iure non legibus non disceptando decertandum, *de re p.* I 16,25 disputando rationibusque, *Lael.* 17,61 blanditiis et adsentando, *de domo* 17,45 ad placandum atque ad misericordiam, *de orat.* II 84,341 legendi et delectationis . . . causa effert[c] *Atbm* ecfert[f] *rec V* 19 demouet *corr* dim~ *AB* nifi fi *B* 20 uiuere·, e· *in ras ampliore, fuit* uiuerent *ut uid B*

ΟΤΙ ΑΥΤΑΡΚΗC Η ΑΡΕΤΗ ΠΡΟC ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΝ II

In quo uirtus sit ei nihil deesse ad beate uiuendum.

Nec uero ego M. Regulum aerumnosum nec infelicem nec mi- 16
serum umquam putaui. non enim magnitudo animi cruciabatur eius
a Poenis, non grauitas non fides non constantia non ulla uirtus, non
denique animus ipse, qui tot uirtutum praesidio tantoque comitatu,
cum corpus eius caperetur, capi certe ipse non potuit. C. uero Ma-
rium uidimus, qui mihi secundis rebus unus ex fortunatis hominibus,
aduersis unus ex summis uiris uidebatur, quo beatius esse mortali
nihil potest.

Nescis insane nescis quantas uires uirtus habeat; nomen tan- 17
tum uirtutis usurpas, quid ipsa ualeat ignoras. nemo potest non
beatissimus esse qui est totus aptus ex sese quique in se uno sua
ponit omnia; cui spes omnis et ratio et cogitatio pendet ex fortuna,
huic nihil potest esse certi, nihil quod exploratum habeat perman-
surum sibi unum diem. eum tu hominem terreto, si quem eris
nanctus, istis mortis aut exilii minis; mihi uero quicquid acciderit,
in tam ingrata ciuitate ne recusanti quidem euenerit, non modo non
repugnanti. quid enim ego laboraui aut quid egi, aut in quo eui-
gilarunt curae et cogitationes meae, si quidem nihil peperi tale nihil
consecutus sum ut eo statu essem quem neque fortunae temeritas
neque inimicorum labefactaret iniuria. Mortemne mihi minitaris ut 18
omnino ab hominibus, an exilium ut ab inprobis demigrandum sit?

---

1 *cf Diog. Laert.* VII 127 ΟΤῪ *AV* ΑΥΤΑΡΚΗC *(superscr manu insolita) B* Η *supra add A* ΠΡΟC *ex* ΠΡΟC *A* ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΝ *in prima littera nescio quid corr A* 2 *de fin.* V 27,79 uirtus ad beate uiuendum se ipsa contenta est, *similiter Tusc.* V 1,1 *de diu.* II 1,2 3 uero* ego, o *prior e corr, e red uid A* uero *praeter primam hastam in ras, uid* uērō *fuisse, B* 4 animi cruciabatur eī *B* 8 fortunatissimis *dett; uide m ad uol.* I *p.* 289,15 9 aduerſiſ *corr* ~ſuſ *ut uid A* ~ſiſ *B* 12 quid* ipſa [e *ut uid*] ſ *ex* a *pr, A* 14 cuiſpeſ *sic fere B; corrector insolitus uoluit puto* cuius spes 15 huic nullius *B* certi nihil *V* 16 ne unum quidem diem *Rom* uel unum diem *ci Moserus; uide Madvigium de fin.* III 1,3 *Stangelium Tullian.* 37 17 nanctuſ *AV* nanctiſ *B* accidernt *ex* ~ced~ *A* 18 ingrata* *B* non *post* modo *cum dett quibusdam et Manutio aliisque ex Muelleri sententia (philol.* XIX 327 *cens.* 279*) del bm, defenderunt Osannus ad Cic. de re publ. p.* 485, *Lobseeus Tullianorum (progr. gymn. Leibnit. Berolin.* 1890*) p.* 13 *et* 17, *Anzius p.* 10*; uide etiam Madvigium gramm.* 461ᵇ *ed.* III 19 *'malim* aut quo *(sine* in*), i. e. aut ad quid' t* 20 cogitatiōnſ *ex* ~ōn *B* nt *bis B* 21 ſtatu *in ras,* eēm *ex* eē *an* ee, *in* quē e *ex corr (hoc pr ut uid) A* 22 babefactaret *ut uid A* iniuria, a *red uid B* 23 ſit *in ras ex* eſt *ft pr V* ? ſit*orſ *ex* ſit·orſ *A*

mors terribilis iis quorum cum uita omnia extinguntur, non is quo-
rum laus emori non potest, exilium autem illis quibus quasi circum-
scriptus est habitandi locus, non iis qui omnem orbem terrarum
unam urbem esse ducunt. Te miseriae te aerumnae premunt omnes,
qui te beatum qui florentem putas, tuae lubidines torquentur, tu dies
noctesque cruciaris, cui nec sat est quod est et id ipsum ne non
diuturnum sit futurum times, te conscientiae stimulant maleficiorum
tuorum, te metus exanimant iudiciorum atque legum; quocumque
aspexisti ut Furiae sic tuae tibi occurrunt iniuriae, quae te suspirare
libere non sinunt.

19 Quam ob rem ut inprobo et stulto et inerti nemini bene esse
potest, sic bonus uir et sapiens et fortis miser esse nemo potest.
nec uero quoius uirtus moresque laudandi sunt eius non laudanda
uita est, neque porro fugienda uita est quae laudandast; esset autem
fugienda, si esset misera. quam ob rem quicquid est laudabile idem
et beatum et florens et expetendum uideri decet.

III 1 ΟΤΙ ΙCΑ ΤΑ ΑΜΑΡΤΗΜΑΤΑ ΚΑΙ ΤΑ ΚΑΤΟΡΘΩΜΑΤΑ

20 'Parua' inquit 'est res'. At magna culpa. nec enim peccata
rerum euentis sed uitiis hominum metienda sunt; in quo peccatur id

---

1 est *post* terribilis *add dett Mediol, ante cum aliis t. cf de nat. deor.* II 11,30 *ex.* 16,44 *in.* extinguunt̃ *B* *ıſ *ex* hıſ *A* hıs *corr* ſ*ıſ, *deinde rursus rec* hıſ *B* ıſ *V* 3 ıſ *corr rec* hıſ *B* 4 dicunt *M Fust* 5 qui te florentem *dett Mediol m (cf cens.* 275*)* qui beatum te, qui florentem *Anzius p.* 6 *uituperata illa altera collocatione uerborum, quae tamen eadem est de leg. agr.* II 18,47 cum se sociorum cum exterarum nationum cum regum sanguine implerint *uel Brut.* 97,331 hic me dolor tangit haec cura sollicitat torquent *dett addito* te *aut ante* tuae *(ita Mediol m) aut ante* torquent *(ita Fust aliique) aut post hoc (post* tuae *Lambinus),* te lubidines torquent *(om* tuae*) ex Baiteri sententia tb. at lubidines torqueri tam recte dicuntur quam uel labi p.* 12,3 *uel incitari de sen.* 12,39 *uel concitari Tusc.* II 24,58 *uel turbari Tusc.* III 11,25 *uel perturbari top.* 26,99. *nam anaphorae ratione quod* te *flagitari ait Muellerus cens.* 275, *id quale sit uel haec exempla docent: accus.* V 52,136 *ss pro Sulla* 1,3 *de domo* 21,55 7 futurum *cum dett quibusdam del Lambinus, nuper Anzius p.* 8 *et Schneiderus; uide Hartmannum arch. lexicogr.* III 348 8 ludicıorum, I *in ras ex* l *ut uid A* 9 aſ*pexiſti, pexi *in ras pr, B* respirare *Harl* 2682 *Mediol, cf pro Quinct.* 11,39 *pro S. Rosc.* 8,22, spirare *alii dett, cf pro S. Rosc.* 23,65*;* suspirare *sane insolenter sed fortasse non sine consilio positum, cf ad Att.* I 18,1 reperire . . . neminem possumus quocum aut iocari libere aut suspirare familiariter possimus *(ibid.* II 21,2*)* 10 libere *om Vt, supra add A* 11 *& supra add V* ſ*tulto [ı] *B* 12 eē nemo ** [eē] *B* 14 laudanda* [ſ *ut uid] A* laudanda; *sed* ; *add uid V* laudanda ē *Btbm* 16 debet *dett Rom* 17 *cf Diog. Laert.* VII 120 *Sext. adu. math.* VII 422. omnia peccata paria *uel similiter Cicero pro Mur.* 29,61 *Luc.* 43,133 *de fin.* IV 27,74. 28,77 ΟΤΙ ΙCΑ *Rom* ΟΤΙCΑ *AVB* ΑΜΑΡΙΗΜΑΤΑ *V* ΑΩΑΡΤΗΩΑΤΑ *A* Α ΜΑΡ ΤΗΑ ΜΑΤΑ· *B* ΚΑΤΑ *A* ΚΑΤΟΡΘΩ|ΜΑΤΑ, ΘΩ *in ras V* ΤΩ|ΤΕΩ ΜΑ *B* 18 ref *supra add ante* eſt *V, post* ·ē· *A* 19 euentiſ *rec V*

potest aliud alio maius esse aut minus, ipsum quidem illud peccare quoquo uerteris unumst. auri nauem euertat gubernator an paleae, in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest. lapsa est ipsius lubido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet quam si petulans fuisset in aliqua generosa ac nobili uirgine, peccauit uero nihilo minus, si quidem est peccare tamquam transire lineas, quod cum feceris culpa commissa est, quam longe progrediare, cum semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet. Peccare certe licet nemini. quod autem non licet, id hoc uno tenetur, si arguitur non licere. id si nec maius nec minus umquam fieri potest, quoniam in eo est peccatum si non licuit, quod semper unum et idem est, quae ex eo peccata nascantur aequalia sint oportet. Quod si uirtutes sunt pares inter se, paria esse etiam uitia 21
necessest. atqui pares esse uirtutes nec bono uiro meliorem nec temperante temperantiorem nec forti fortiorem nec sapienti sapientiorem posse fieri facillume potest perspici. an uirum bonum dices qui depositum nullo teste, cum lucrari inpune posset auri pondo decem, reddiderit, si idem in decem milibus pondo auri non idem fecerit, aut temperantem qui se in aliqua libidine continuerit in aliqua effuderit? una uirtus est, consentiens cum ratione et per- 22
petua constantia; nihil huc addi potest quo magis uirtus sit, nihil demi ut uirtutis nomen relinquatur. etenim si bene facta recte facta sunt et nihil recto rectius, certe ne bono quidem melius quic-

2 quoquo te uerteris *Rom ut de diu.* II 9,24. 72,149 *Lael.* 6,22 *epist.* VII 24,1, *cf de fin.* II 31,99; *pro obiecto auditur* peccare ueterıſ *pr A* unũeſt, e *add B* unum eſt *AVtbm* 4 ıpſıuſ *supra add V, om etiam Mediol tbm; ego quo consilio istud* ipsius *inuectum credam non reperio et suspicor esse indefinite positum, insolito id quidem modo sed tamen adfini illi usui quem Maduigius tetigit de fin.* I 20,67. *nisi forte* istius *fuit;* eius *uel* illius *dett* alicuius *C. Stephanus* 5 generoſa gnobılı *V* 6 transilire *dett* ȝauci, *Veneta a.* 1506 *ut Varro de l. L.* IX 5; *Cicero solet* transire finem *et* modum 8 transeundi *cum dett del Gruterus t, quo uis orationis pessum datur.* transeuntis *ci Ernestus* 9 et peccare *Anzius p.* 7 10 necmınuſ, c *in ras* ȝr *V* 12 naſcantur *rec Vtb, sed cf de fin.* I 14,47 stare etiam oportet in eo quod sit iudicatum *et uide Maduigium de fin.* II 27,86, *m ad hunc locum* 14 neceſſe eſt *AVtbm* 15 temperatıorem *pr V* tempe,rantȝ orem [*ut uid*] ȝ *ex* o *pr, B* temperato temperatiorem *dett Mediol, quod commendat Wesenbergus ad Tusc.* III 2,3 *cl orat.* 7,23, *ne participium adiectiue positum in* e *exeat; cf Sen. epist.* 66,8 sapiente *Rom m* 16 perſpıcı poteſt *B;* prae* ſpıcı *ex* praeſ pıcı *ut uid A* 17 aurȝ *ex* auro *A* 18 decem *utrobique ex* decım *A* ıdē *lineola red uid B* pondo auri *del Manutius tb* auri *del Orellius* idem *ante* fecerit *cum dett del Bentleius* 20 conſentıenſ, *supra add rec* ł entıſ, *V* et *delendum censuit Graeuius* 21 hıc, *supra add rec* ł huc *V* huic *Harl* 2682 *Rom t, quod iam exemplum habet nullum; nec in eo haerendum quod* demi *requirere uideatur* hinc*: simile est quod scribit de fin.* V 14,39 et apta quaedam ad naturam putare et aliena 22 demı***ut, t *in ras, fuit* demittıtur *B* 23 nıhıl *praeter* n *in ras, in qua agnoscebam* ull, *ut uideatur fuisse* nullū *B*

quam inueniri potest. sequitur igitur ut etiam uitia sint paria, si quidem prauitates animi recte uitia dicuntur. atqui, quoniam pares uirtutes sunt, recte facta, quando a uirtutibus proficiscuntur, paria esse debent, itemque peccata, quoniam ex uitiis manant, sint aequalia necesse est.
2
23 'A philosophis' inquit 'ista sumis'. Metuebam ne 'a lenonibus' diceres. 'Socrates disputabat isto modo'. Bene hercule narras; nam istum doctum et sapientem uirum fuisse memoriae traditum est. sed tamen quaero ex te, quoniam uerbis inter nos contendimus non pugnis: utrum nobis est quaerendum quid baioli atque operarii an quid homines doctissimi senserint? praesertim cum hac sententia non modo uerior sed ne utilior quidem hominum uitae reperiri ulla possit. quae uis est enim quae magis arceat homines ab improbitate omni quam si senserint nullum in delictis esse discrimen, aeque peccare se si priuatis ac si magistratibus manus adferant, quamcumque in domum stuprum intulerint eandem esse labem lubidinis.
24 'Nihilne igitur interest' (nam hoc dicet aliquis) 'patrem quis necet anne seruum?' Nuda ista si ponas, iudicari qualia sint non facile possint. patrem uita priuare si per se scelus est, Saguntini, qui parentes suos liberos emori quam seruos uiuere maluerunt, parricidae fuerunt? ergo et parenti non numquam adimi uita sine scelere potest et seruo saepe sine iniuria non potest. causa igitur haec non natura distinguit; quae quoniam utro accessit id fit propensius, si utroque adiunctast paria fiant necesse est. illud tamen interest, quod in seruo necando, si id fit iniuria, semel peccatur, in patris uita uiolanda multa peccantur: uiolatur is qui procreauit, is qui

1 ınuenırȝ *ex* ~re *B* 3 *supra* quando *add rec* ł qm̃ *V, et* quoniam *cum Bentleio tb. cf Maduigius de fin.* V 8,21 aurtutıb; *punctum tantum ad distinguendas uoces positum uidetur V* a *om B* 5 ne alenonıbuſ *in ras V. non nescio quo modo Socraticum illud lenocinium significat, quod sunt qui credant, sed uerba ab aduersario cum contemptu iacta in eum ipsum ut in altercatione retorquet; cf illud* 'domum emisti'. 'putes dicere: iudices emisti' *et similia ad Att.* I 16,10 6 modo ꝑhercule, *in mg add manu antiquissima* ꝑbene *A* 7 memoriæ tradıtum, æ *ex* a *AB, praeterea* t *prior in ras ex & B, eadem* t *add ut uid A* 9 nobis *ex Ernesti sententia t, cf p.* 14,3; bonıſ *AVB* de bonis *dett Fust* sit *quam* est *malit t* baıolı *AVB* 10 doctıſſımȝ *ex* ~me *A* p̄ſertī *ex* ~tı *ut uid B* 12 magıſ, g *ex* u *pr ut uid B* 13 ſenſerıN̄, N̄ *et ut uid* ı *e corr, fuitne* ~rnd *A* ſenſerıt *B* 14 peccare* [ſ] *B* se *om AB* 17 an** *A* nec &****anſeruum, a *et* ſe *in ras,* N *et* r *add, post & fuisse uid* an; *fuerit* nec &anneſ er uum *B* iudicare *dett Mediol tb* 18 facı*le [l] *A* poſſım *Vtb, corr* ~ınt *A* ſceluſ*ē· [*punctum*] *A* ſaguntını*quı, ı *prima add,* nı *e corr A* ſagunt⌣ını·quı *B* 20 *interrogatione, quam etiam Harl* 2682 *et Fust significant, oratio melius procedere uidetur quam affirmatione (ut tbm)* 22 fıt *ex* ſıt *A* 23 adıuncta·ſt *B* ~ta eſt *Atbm* ad ıunctaeſt *rec V* parı *pr A* patrıa *B* 24 peccator *pr B* ın patrıſ . . . peccanṫ *in mg add V* 25 uıolanda *ex* ~len~ *B*

aluit, is qui erudiuit, is qui in sede ac domo atque in re p. conlocauit; multitudine peccatorum praestat eoque poena maiore dignus est. sed nos in uita non quae cuique peccato poena sit sed quantum cuique liceat spectare debemus; quicquid non oportet scelus esse, quicquid non licet nefas putare debemus. 'Etiamne in minimis rebus?' Etiam, si quidem rerum modum fingere non possumus, animorum modum tenere possumus. histrio si paulum se mouit extra 26 numerum, aut si uersus pronuntiatus est syllaba una breuior aut longior, exsibilatur exploditur: in uita tu, quae omni gestu moderatior omni uersu aptior esse debet, in syllaba te peccasse dices? poetam non audio in nugis, in uitae societate audiam ciuem digitis peccata dimetientem sua: 'si uisa sint breuiora, leuiora uideantur'? qui possint uideri, cum quicquid peccetur perturbatione peccetur rationis atque ordinis, perturbata autem semel ratione et ordine nihil possit addi quo magis peccari posse uideatur.

ΟΤΙ ΠΑΣ ΑΦΡΩΝ ΜΑΙΝΕΤΑΙ IIII

Omnes stultos insanire.

Ego uero te non stultum ut saepe, non inprobum ut semper, $\frac{1}{27}$ sed dementem [insanire]* * *

---

2 praestat *qui patris uitam uiolauit, cf Vahlenus de leg. p. 53,2* maıoī *ut uid corr* ~rē̊ *B* 4 quıcquıd ... eſſe *in mg add B* 6 figere *ex Lambini coniectura (cl Horat. c.* III 15,2 nequitiae fige modum tuae*) tbm; possis etiam* finire, *sed uidetur arbitrii significatio requiri, quae in illo inest, in his non item* 8 ſylla ba;una *ex* ſulla bauna *B* 9 exſybıllatur *B Diomedes p.* 383,1 *K.* plaudo frequens est apud ueteres plodo. Cicero de gloria ... item in paradoxis Stoicorum apud eundem 'exsibilatur *(ita codex Scioppii et Putschius,* insibilatur *codices Keili)* exploditur' ınuıtatū *B, ex* ~tatu *A* ın uıta tua *V* 10 ınſyllā *B* in syllaba *id est in re minima, cf ad p.* 19 *ex. adnotata* 12 uıſa* [ſ] *A* uıde uıdeantur *A* 13 quo* [ı *cum littera (ð?) superscripta et puncto infra ad laeuam adpicto (*quoı*)*] *V* 12. 13 *orationem ita fere iam Victorius distinxit et Langius ('uerba sunt eius' inquit 'quem auctor fingit sibi respondere'), nuper Iecpius progr. Wolfenbuettel.* 1868,15, *cf mus. Rhen.* LIII 86. 640. quae si uisa sint breuiora, leuiora qui possint uideri *uel similiter dett Fust et multae* uisa sint breuiora, leuiora qui possint (uideri *om cum dett) Lambinus et Madvigii suasu (*possunt *ex Bentleii coniectura cum dett) t* si uis, sane sint *(*uideantur *ci m)* breuiora, leuiora qui possunt uideri *Muellerus cens.* 132 *bm. de coniunctivo* possint *uide in Anton.* II 4,8 *Tusc.* IV 26,56 13 q. peccatur *dett Fust tb; cf m ad uol.* III *p.* 44,30 15 peccare *B* uıdeatur *supra add sequente item supra uersum litura* v *uel* vı *litterarum A* 16 ΤΙΑC *V* ΤΙΑC *corr* ΠΑC *A* ΟΤΙΙ ΤΑCΑ ΦΡΩΝ *B cf Diog. Laert.* VII 124 17 *haec hoc loco a prima manu perscripta unus habet A, a secunda addita in exitu uersus a prima uacuo relicto V, item in mg B; cf quae ad u.* 19 *adscribentur* omnes insipientes insanos esse *Tusc.* IV 24,54, *sed ibidem* omnes stultos insanire*; cf de orat.* III 18,65 ſtultoſ *ex* ~tuſ *A* 19 dementē̊m****rebuſ, m *posterior e corr,* r *in ras,* ebuſ *red, potest fuisse* dementēınſanırerebuſ *A* demēntem ınſanire reb;, d *ex* u *V* dementem om̄ſ ſtultoſ ınſanire *(haec tria uocabula linea transuersa inducta)*

rebus ad uictum necessariis esse inuictum potest, sapientis animus magnitudine consilii tolerantia rerum humanarum contemptione fortunae uirtutibus denique omnibus ut moenibus saeptus uincetur et expugnabitur, qui ne ciuitate quidem pelli potest? quae est enim ciuitas? omnisne conuentus etiam ferorum et immanium, omnisne etiam fugitiuorum ac latronum congregata unum in locum multitudo? certe negabis. non igitur erat illa tum ciuitas, cum leges in ea nihil ualebant cum iudicia iacebant cum mos patrius occiderat cum ferro pulsis magistratibus senatus nomen in re p. non erat; praedonum ille concursus et te duce latrocinium in foro constitutum et reliquiae coniurationis a Catilinae furiis ad tuum scelus furorem- 28 que conuersae, non ciuitas erat. itaque pulsus ego ciuitate non sum, quae nulla erat; accersitus in ciuitatem sum, cum esset in re p. consul, qui tum nullus fuerat, esset senatus, qui tum occiderat, esset consensus populi liber, esset iuris et aequitatis quae uincla sunt ciuitatis repetita memoria.

Ac uide quam ista tui latrocinii tela contempserim. iactam et inmissam a te nefariam in me iniuriam semper duxi, peruenisse ad

---

reb; *B. margini V adpictum est manu recentissima* aɬ. h. ſ; ð̊mtē ɼīſa'nū reb3 aððıcā | neceſſarijſ; | Sapıen. ɼc̄. *et sic uel similiter corruptis uerbis* ad uictum *dett Rom, unde deinde omnia portenta effecerunt. hiatum primus sed post* necessariis *statuit Scioppius in elementis philosophiae Stoicae moralis cap.* 129 *f.* 77, *post* dementem *Madvigii monitu tbm, nisi quod t post* dementem *seruauit* insanire. *idem Scioppius intellexit, in quo ei plerique adsensi sunt, maximam partem huius loci periisse cum initio eius, quo probaretur solos sapientes esse ciues, stultos omnes fugitiuos et exules (cf Lucull.* 47,144 *pro Mur.* 29,61 *ad Brut.* I 15,5*); quamquam nonnulla (u.* 1—4 *et* 17 *— p.* 16,9*) potius ad eam sententiam spectant qua affirmabant sapientem esse inuictum (cf de fin.* III 22,76 *Stob. ecl.* II 7,11ᵉ*) uel nec iniuriam accipere nec contumeliam posse (cf Seneca dial.* II *passim), et amentia notatur p.* 16,19. *omnia initio corrupta sed unius disputationis esse, Graeca autem p.* 14,16 *ab homine imprudenti inserta putabat Audomarus Talaeus*

1 ınuıctum *corr* ~tuſ* *A* ~tum *Btbm, e quibus tb post hanc uocem quaedam intercidisse putant. sententiam exempli causa ita explet Anzius p.* 7*s* indoctus homo atque incultus egens rebus*; recte Helmio haec fere flagitari uidentur* ergo oppidum loco manuque munitum suppeditantibus rebus. *de uniuersa sententia cf Tusc.* V 14,41*s Seneca dial.* II 3,5. 6,4 potest] putem *V* 2 magnıtudınē̊ *B* contemtione rerum humanarum, tolerantia fortunae *Ruhnkenius ad Rutil. Lup. p.* 108, *sed* fortunam contemnere *scribit Tusc.* V 26,73, nihil humanarum rerum intolerabile *ibid.* IV 17,37 *cf* 28,60 3 ſaeptıſ *pr B* 4 nec *A* pellı *in exitu uersus add V* 5 ferarum *V* 8 patrıoſ *pr B* 9 *i. e.* senatus nihil ualebat *ut dixit cum populo gratias egit* 6,14*; cf p.* 12,22 (10,11*) de leg. agr.* II 33,89 *ex. (epist.* IV 1,1*) Klotzius quaest. Tull.* I (1830) 132, *Muellerus cens.* 277, *idem ad Seyfferti Laelium p.* 123*; μηδ' ὄνομ' αὐτοῦ ἐν ἀνθρώποισι λίπηται Homerus δ* 710, *al. ante* senatus *crucem posuerat t probata cum Orellio Borgersii coniectura* senatus nomine in re p. non re erat 10 prędonum, ę *ex* o *ft pr V* 12 *ante* non ciuitas *ut incidatur, quod tb non fecerunt, collocatio uerborum uidetur flagitare* ego *supra add pr B* 13 ſū *lineola euanida A* 15 ıurıſ *red uid nisi forte ex* uırıſ *V* 16 rep&e ạmemoria *V* 17 hac *B, ex* ac *A* ȷſta|tuı *ex* ſtatuı *B* t̊ula *ex* tale *V* contēpſerım* jactam *ex* ~rınt ıactam *A*

me numquam putaui. nisi forte cum parietes disturbabas aut cum tectis sceleratas faces inferebas meorum aliquid ruere aut deflagrare arbitrabare. nihil neque meum est neque quoiusquam quod auferri 29
quod eripi quod amitti potest. si mihi eripuisses diuinam animi mei constantiam, ** *conscientiam*, meis curis uigiliis consiliis stare te inuitissimo rem p., si huius aeterni beneficii inmortalem memoriam deleuisses, multo etiam magis si illam mentem unde haec consilia manarunt mihi eripuisses, tum ego accepisse me confiterer iniuriam. sed si haec nec fecisti nec facere potuisti, reditum mihi gloriosum iniuria tua dedit non exitum calamitosum.

Ergo ego semper ciuis, et tum maxime cum meam salutem senatus exteris nationibus *ut* ciuis optumi commendabat, tu ne nunc quidem, nisi forte idem hostis esse et ciuis potest. an tu ciuem ab hoste natura ac loco non animo factisque distinguis? caedem in 2 30
foro fecisti, armatis latronibus templa tenuisti, priuatorum domos aedes sacras incendisti. cur hostis Spartacus, si tu ciuis? potes autem esse tu ciuis, propter quem aliquando ciuitas non fuit, et me tuo nomine appellas, cum omnes meo discessu exulasse rem p. putent? numquamne homo amentissime te circumspicies, numquam nec quid facias considerabis nec quid loquare? nescis exilium scelerum esse poenam, meum illud iter ob praeclarissimas res a me gestas esse susceptum? omnes scelerati atque impii, quorum tu te 31

1 nisi, n *ex* n *ut uid*, i *prior red A* 2 reuere *V* r*uere, r *et* u *red A* deflagare *AB* 4 ammitti *B* diuinam *V* 5 conſtantiam meiſ *ABt* ~am meiſ *V* conscientiam, meis *ex Moseri et Muelleri (cens.* 274*) coniectura bm, quam non ideo repudiaui quod* diuinam animi mei conscientiam *minus recte dici existimarem cum Heinio philol.* x 122 *(cf pro Cluent.* 58,159*), sed quod constantia sapientis eiusque diuinus animus (Sen. dial.* ii 8,3*) uidebatur hoc loco aptissime tangi; quare intercidisse quaedam statui cum Heinio uelut* si illam egregiam conscientiam, *ft etiam quae constantiae adiungerentur* cum *(hoc cum Harl* 2682*)* meis curis . . . staret te inu. res publica *t* 6 me moriam *A* 7 mentē *ex* ~te mundē *A* 8 accipiſſe *B* 10 exilium *t, sed ut discessum suum non exilium dicit u.* 18 *et saepe alias, iter u.* 21*, profectionem cum senatui gratias egit* 9,23*, ita nunc adnominatione quaesita (cf de domo* 47,123*) exitum* 11 ego *pro* ergo *ut illud bis legatur V* 12 ſanatuſ *pr B* ut *habent Harl* 2682 *Rom, nec mihi eo in hac sententia uidetur careri posse, quamuis adfirmet Deiterus* 'Berl. philol. Wochenschr.' xi *(*1891*)* 920*; cf si tanti est Brut.* 10,39 de nullo ut diserto memoriae proditum est, *de opt. gen. or.* 7,21 13 niſi *AV* ni *B* poteſ *V* an] ac *V* 14 natura* [e] *A* ~rae *V* natione *Bentleius probante Halmio, sed uide in Anton.* viii 4,13 qui natura ciues sunt uoluntate hostes, *Terent. adelph.* 902 tuos . . et animo et natura pater, *ibid.* 126 15 priuatorem *pr A* 16 ſi tu ciuiſ ꝑ̄p̄t̄, *omissa in mg dextra addi coepta, deinde his deletis scripta in mg inferiore B* poteſ* [t] *V* 17 ciuitaſ', *in mg add* ſ / ciuitaſ *V, cf p.* 15,13. 55,11 *s* 18 no*|mine [hi?] *V* 19 cir cū ſpe cieſ *B* 20 c *in priore* nec *lineola deleta sed haec eradi coepta V supra* quid *posterius* in *uel* iv *litterae erasae, nisi forte membrana asperior A* neſciſ : .ꝫ *A* 21 ob *dett Mediol* ad *AVB*

ducem esse profiteris, quos leges exilio adfici uolunt, exules sunt, etiam si solum non mutarunt. an cum omnes te leges exulem esse iubeant, non appellet inimicus? 'qui cum telo fuerit': ante senatum tua sica deprensast; 'qui hominem occiderit': plurimos occidisti; 'qui incendium fecerit': aedis Nympharum manu tua deflagrauit; 5
32 'qui templa occupauerit': in foro castra posuisti. sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul: familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, ut si in opertum Bonae Deae accessisses exulares. at te id fecisse etiam gloriari soles. quo modo igitur tot legibus eiectus in exilium nomen exulis non perhorrescis? 'Romae 10
sum' inquit. Et quidem in operto fuisti. non igitur ubi quisque erit eius loci ius tenebit, si ibi eum legibus esse non oportebit.

V ΟΤΙ ΜΟΝΟC Ο CΟΦΟC ΕΛΕΥΘΕΡΟC ΚΑΙ ΠΑC ΑΦΡΩΝ ΔΟΥΛΟC

Omnes sapientes liberos esse et stultos omnes seruos.

1
33 Laudetur uero hic imperator aut etiam appelletur aut hoc no- 15
mine dignus putetur: imperator quo modo, aut cui tandem hic libero imperabit, qui non potest cupiditatibus suis imperare. refrenet primum libidines, spernat uoluptates, iracundiam teneat, coerceat

2 legeſ *ex* ~iſ *A* exul*em *ex* ~lum *ut uid V* 3 appell& *corr* ~&˜ *rec ut uid V* 'iubeant, non eris tu *exul? exul non* appelletur is, qui' *Orellio auctore tb* 'iubeant .... †appellet inimicus, qui' *m errantes illi de librorum memoria et deteriorum corruptelis decepti (uelut in M effectum rec* non eris tu exul? non appellatur inimicus qui*), quamquam uerum olim exhibuerat Victorius. sententiam nuper perspexit Anzius p.* 17*, orationem explicui mus. Rhen.* liii 82 *s nec me dedocuit Schichius relat. syll. philol. Berolin.* xxvi 297 *s requirens quae aliena sunt ab orationis huius consilio. incipit deinceps cum legum uetitis comparare facinora Clodii; deinde a se inimico ad familiarissimum eius ascendit M. Pisonem u.* 7. *cf de domo* 27,70 *de har. resp.* 1,2 *ex. ad Att.* x 8,3 5 aediſ *corr* ~eſ *AB, rec V, b* manu* [ſ] *V* manuatu_a·deflagrauit *B* 7 exſul, ſ *in ras, sed primo uid idem fuisse A* 9 adte *pr A* ate *pr V* 11 inperto *ex* inporto *A* in| portō *rec V. cf ad Att.* i 16,10 num *dett probante Bentleio* 12 tenebit *ex* ~bat *V* ſibi *ex* ſibi *B* 13 *cf de orat.* iii 18,65 *Diog. Laert.* vii 121 *al.* ΕΛΕΥΘΕΡΟC, ΥΘ *in ras V* ΚΛ], Κ *et*] *e corr pr, illud ex* Δ *B* ΠΑC, Π *ex* ΤΤ, Α *in ras ex* Ι *pr, A* ΤΤΑC *V* Π·ΑC· *B* ΔΦΡΟΝ *A* Α***|ΦΡΩΝ *V* ΔΦΡΩΝ *B* ΔΟΥΛΟC, *in* Δ *nescio quid corr A* 13—15 ΔΟΥΔΟC******om̄ſ [laudet] *B, deinde in eodem* ſeruoſ·/· *et in mg add* ·/· laud&ur. *in V interpretatio in extrema parte uersus et intercolumnio add* 16 imp̄ *B* imperator *AV, expunctum M, om dett Fust tbm, defendit Forchhammerus p.* 24 *cl pro Deiot.* 9,24 alieno autem a te animo *(*fuit *quidam addunt, cf Maduigius opusc.* i 201 *s)* quo modo? *quod exemplum quamquam plane compar esse suo iure negat Schichius relat. syll. philol. Berolin.* viii 31*, tamen uereor ne delendo suum oratori adimatur; nec aliena sunt haec* dices frumentum Mamertinos non debere. quo modo non debere? *accus.* v 21,52, 'at stulte, qui non modo non censuerit captiuos remittendos uerum etiam dissuaserit'. quo modo stulte? *de off.* iii 27,101 *(δίκαια. ἇ πῶς δίκαια; Soph. Oed. Col.* 832*, χαῖρε ξεῖνε . . . ἇ χαίρω πῶς; Theocr.* 22,55*). cf p.* 22,4 *de har. resp.* 16,35 *de prou. cons.* 7,15 *in Pis.* 19,44 17 libro *pr A*

auaritiam, ceteras animi labes repellat, tum incipiat aliis imperare cum ipse improbissimis dominis dedecori ac turpitudini parere desierit; dum quidem iis oboediet, non modo imperator sed liber habendus omnino non erit.

Praeclare enim est hoc usurpatum a doctissimis, quorum ego auctoritate non uterer, si mihi apud aliquos agrestes haec habenda esset oratio; cum uero apud prudentissimos loquar quibus haec inaudita non sint, cur ego simulem me si quid in his studiis operae posuerim perdidisse? — dictumst igitur ab eruditissimis uiris nisi sapientem liberum esse neminem. Quid est enim libertas? potestas 34 uiuendi ut uelis. quis igitur uiuit ut uolt nisi qui recta sequitur, qui gaudet officio, cui uiuendi uia considerata atque prouisa est, qui ne legibus quidem propter metum paret sed eas sequitur et colit quod id salutare esse maxime iudicat, qui nihil dicit nihil facit nihil cogitat denique nisi lubenter ac libere, cuius omnia consilia resque omnes quas gerit ab ipso proficiscuntur eodemque *re*feruntur, nec est ulla res quae plus apud eum polleat quam ipsius uoluntas atque iudicium; cui quidem etiam quae uim habere maximam dicitur Fortuna ipsa cedit, si, ut sapiens poeta dixit, suis ea cuique fingitur moribus. soli igitur hoc contingit sapienti, ut nihil faciat inuitus nihil dolens nihil coactus. Quod etsi ita esse pluribus uerbis disse- 35

3 hıſ *Vm* 8 ſıN *corr ut sit* sunt *M Fust* cur**|ego *ex* curae|go *ut uid A* si *om V* operæ* *ex* ~ram *ut uid A* 9 Dıctūeſt, e *add B* dıctum ē *AVtbm* 10 nomınē *pr A* 11 recte *AVbm* ſequıtur, e *red A* ~t̄ *B* uıuıt *in ras* IV *fere litteris capaciore V, ut dubium non sit quin in hoc quoque fuerit* ſequıtur *(cf de fin.* II 9,25*); sed illam correctionem secuntur bm. nam t ut nos sed cum cruce; qui quod talem fere sententiam se scribit expectare* nisi qui recta sua sponte sequitur, *cum ipsum sequi sit uoluntarium isto additamento facile caremus. cf Ambrosii qui fertur comm. in epist. ad Coloss.* 4,1 cui sententiae *(Gen.* 9,25 maledictus puer Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis*)* ueteres assenserunt ita ut definirent omnes prudentes esse liberos, stultos autem omnes esse seruos, quia prudens abstinet a peccatis, ut hic ingenuus sit qui recta sequitur, seruus autem qui per stultitiae imprudentiam subicit se peccato 13 me–tum *ex* me cum *A* ea *A, corr* eaſ *V* 14 qđ|qđ ıd *in commissura paginarum, prius* qđ *ft in ras sed pr, linea subscripta et transponendi signa add (ut esset* id quod*) rec, V* quia id *Ven m* nihil facit nihil dicit *Anzius p.* 6, *sed cf pro Quinct.* 29,90 dictis factis cogitatisque*; epitaph. Lys.* 42 *εἰπεῖν καὶ γνῶναι καὶ πρᾶξαι, sacramentum editum in 'revue des études grecques'* XIV 28 *u.* 11 *(cf* 19 *et* 21*)* κ[αὶ λό]γωι [κ]αὶ ἔργωι καὶ γνώμη[ι 15 hıdere *pr B* 16 referuntur *dett Asc* II feruntur *ABt* ferunt *ex* ~nt *V* 18 quidem *om Vt, post* sı *u.* 19 *transponi iubet Werthus p.* 35 19 ſıut *ABt* *poetam quem dicat incertum, uide Ribbeckium in palliatae ex inc. inc. fab. fr.* LXII*; qui quod Lachmannum in Lucr. p.* 94 *'apud Ciceronem scribere' ait* suis fingitur fortuna cuique moribus, *is uersum poetae non Ciceronis uerba uoluit restituere* ſuıſ*ea [r *ut uid*] e *ex* I *ut uid A* cuıque fungıtur, e *ex corr ut uid V* 21 eē* *ex* eē̄ *V* dıfferendū[e]ſt *B* ~dū ē *AVtbm*

rendumst, illud tamen et breue et confitendumst, nisi qui ita sit adfectus esse liberum neminem. serui igitur omnes improbi, serui. nec hoc tam re est quam dictu inopinatum atque mirabile. non enim ita dicunt eos esse seruos ut mancipia, quae sunt dominorum facta nexo aut aliquo iure ciuili; sed si seruitus sit, sicut est, oboedientia fracti animi et abiecti et arbitrio carentis suo, quis neget omnes leues omnes cupidos omnes denique improbos esse seruos?

An ille mihi liber cui mulier imperat, cui leges imponit, praescribit iubet uetat quod uidetur, qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet: poscit, dandum est; uocat, ueniendum; eicit, abeundum; minatur, extimescendum. ego uero istum non modo seruum sed nequissimum seruum, etiam si in amplissima familia natus sit, appellandum puto.

Atque, ut in magna familia stultorum, sunt alii lautiores ut sibi uidentur serui, sed tamen serui, atrienses ac topiarii stultitiae suae, quos signa quos tabulae quos caelatum argentum quos Corinthia opera quos aedificia magnifica nimio opere delectant. Et 'sumus' inquit 'principes ciuitatis'. Vos uero ne conseruorum quidem uestrorum principes estis; sed ut in familia qui tractant ista, qui tergent qui ungunt qui uerrunt qui spargunt, non honestissimum locum seruitutis tenent, sic in ciuitate qui se istarum rerum cupiditatibus

1 confıtendū[e]ſt *B* ~dū ē *AVtbm* 2 nemınem***** Jgıtur, J *ex* I *Am* nemınē ferui *(*ferui *linea transuersa del)* ıgıt̄ *B. alterum* serui *cum dett Mediol Detlefseno (act. acad. Vindob. cl. phil. hist.* XXI 127*) om tb, utrumque retinendum esse scripsi in libro gratulatorio ad Vahlenum misso a.* 1900 *p.* 245 *s* *(*suscepi causam Torquate suscepi *pro Sulla* 6,20*)* 5 nexo[v] *AB, rec V (in hoc ante* n *punctum ut uid erasum). cf epist.* VII 30,2 alio *Facciolatus; cf Tim.* 6,19 6 et *ante* arbitrio *om Vt* caren*tıſ [*hasta*] *A* carentı *pr V* 7 ımproboſ *cum ras ex* ımbr~ *A* 8 p̄ſcrıbıt *supra add B* 9 qđ| *corr* q[o]đ|, *deinde* q[o quo mo]đ do | *V* 10 ueniendū ē *Harl* 2682 *Mediol m* 11 ueo* *ex* ueom *B* 12 nequıſſımum, ſm *e corr aut red B* 14 *iuxta uersum a* na familia *incipientem in mg notis Tironianis scriptum* hic dimissum est *B, quod potius ad p.* 20,3 *pertinet* 15 actopıarı *AB* ac topıarıı *Harl* 2622 acuparı| *corr* ac[t]uparıı|, *in mg add rec* aƚ acto parı *V* actu pari *dett Fust* ſtultıae *B* 16 ſıgnae *V* 17 'at sumus' *dett editiones ueteres (ut Veneta a.* 1506*) tbm* et *defendi mus. Rhen.* LIII 85 *s* ſum[i], ' *red V. in eius mg add rec* aƚ. l. eſūmıſ ınquntſum[i] pncıpıbȝ cıuıtatıſ. *(et ita Mediol,* ınquıunt *iam Harl* 2682*; de numero cf Lucull.* 18,60 *Bentleius ad Horat. serm.* I 4,79*)* 18 nec *V* neccſeruorū, c̄ *radendo ex* o, er *e corr B* 19 ſed [e]ut, *in mg add* q̄, *iuxta quod erasa uidentur* ſed ex *V* 20 qui*ungunt [ı] *B* 21 ſeruıtutıſ, tı *in ras ft ex* dı, tu *et* ~ſ *red A quae leguntur a p.* 19,14 *usque ad* 20,1, *ea cum in dett uarie corrupta ferrentur, post multos sed futiles multorum aut interpretandi aut corrigendi conatus praeeunte I. I. Hottingero (opusc.* 147 *ss) praeter alia etiam transponendi artificio usus ita scripsit Madvigius, quem presse secuntur tbm* atque in pari stultitia sunt, quos signa, quos tabulae, quos caelatum argentum, quos Corinthia opera, quos

dediderunt, ipsius seruitutis locum paene infimum obtinent. 'Magna' inquit 'bella gessi, magnis imperiis et prouinciis praefui'. Gere igitur animum laude dignum. Aetionis tabula te stupidum detinet aut signum aliquod Polycleti. mitto unde sustuleris quo modo habeas; intuentem te admirantem clamores tollentem cum uideo seruum esse ineptiarum omnium iudico. 'Nonne igitur sunt illa festiua?' Sint 38
(nam nos quoque oculos eruditos habemus), sed obsecro te ita uenusta habeantur ista, non ut uincla uirorum sint sed ut oblectamenta puerorum. quid enim censes, si L. Mummius aliquem istorum uideret matellionem Corinthium cupidissime tractantem, cum ipse totam Corinthum contempsisset, utrum illum ciuem excellentem an atriensem diligentem putaret? reuiuescat M'. Curius aut eorum aliquis quorum in uilla ac domo nihil splendidum nihil ornatum fuit praeter ipsos, et uideat aliquem summis populi beneficiis usum barbatulos mullos exceptantem de piscina et pertractantem et murenarum copia gloriantem: nonne hunc hominem ita seruum iudicet ut ne in familia quidem dignum maiore aliquo negotio putet?

An eorum seruitus dubiast qui cupiditate peculii nullam condi- 39
cionem recusant durissimae seruitutis? hereditatis spes quid iniqui-

---

aedificia magnifica nimio opere delectant. 'at sumus' inquit 'principes ciuitatis'. uos uero ne conseruorum quidem uestrorum principes estis. sed ut in magna familia sunt alii lautiores, ut sibi uidentur, serui, sed tamen serui, ut atrienses, at qui tractant ista, qui tergent, qui ungunt, qui uerrunt, qui spargunt, non honestissimum locum seruitutis tenent, sic in ciuitate, qui se istarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipsius seruitutis locum paene infimum optinent. *quibus excussis in libro gratulatorio ad Vahlenum misso a.* 1900 *p.* 236 *ss nihil mutandum esse pronuntiaui, modo recte intellegeretur* ut *p.* 19,14 *(quem intellectum nunc distinguendo significaui, cf Apul. flor.* 9 *in.) et in addito ibidem praeter rationem* stultorum *et u.* 15 *item* stultitiae suae *confusio quaedam agnosceretur in comparationibus frequens, qua de confusione multis exemplis usus ipse Vahlenus egerat prooem.* 1895/96, 13 *ss, cf p.* 4,14. 14,10. *sed quibus id uideatur durius, iis huc quoc ae adscribo Rothsteini inuentum, qui in ceteris mecum consentiens initium huius loci defectu laborare censet in hunc modum explendo* atque ut in magna familia ⟨plures sunt seruorum ordines, sic etiam in familia⟩ stultorum sunt alii lautiores ut sibi uidentur serui

3 actıonıſ *V. nomen, quod Lambinus primo agnouerat, repudiarat postea, restituit t et ante eum Starkius 'archaeologische Studien' (*1852*)* 43 *cl Brut.* 18,70 *Plin. nat. hist.* xxxv 78 *(cf encyclop. Wissow.* I 700*).* Echionis *Mediol cum uulgata Plinii post* aetıonıſ *in B interpositum de Lucullo, cf praefatio* ut *pr V* 6 non *dett, u. l. Magnolii, Ernestus, quod m ueri simile dicit; sed uide Maduigium de fin.* II 3,10, *ipsum m ad part.* II *uol.* III *p.* 59,13, *de nat. d.* III 10,24 sint] ſunt *pr V tbm* 7 eruditoſ *bis scriptum, alterum linea transuersa del B* 9 cenſeſſı.L·mummıuſ, ſı.L· *in ras u uel m litt A* 12 reuıuıſcat *V, ex* ~ueſ~ *B* ·C)· *AVB* 14 uıdeat *corr* ~añ *A* uıdeant *B* 15 bartuloſ, *in mg rec* ał barbatulos *V* mulloſ, m *e corr V* et p.] exportantem, *supra add rec* ł ı ptctantē *V* 16 ȷta, ȷ *cum ras ex* I *ut puto, deinde in* ſeruū *lineola add uid A* 17 alıq,o *sic nunc V, ut litterae* q *hasta et* o *quae sequitur sint e corr; primo fuerit* alıco 18 dubıa ſt *B* dubıa·ē *AVtbm* 19 ſpe *V, quod coniecerat Bentleius. cf de orat.* III 42,168

tatis in seruiendo non suscipit, quem nutum locupletis orbi senis non obseruat: loquitur ad uoluntatem, quicquid denuntiatumst facit, adsectatur adsidet muneratur. quid horum est liberi, quid denique serui non inertis?

3 Quid iam illa cupiditas, quae uidetur esse liberalior, honoris
40 imperii prouinciarum, quam dura est domina quam imperiosa quam uehemens. Cethego homini non probatissimo seruire coegit eos qui sibi esse amplissimi uidebantur, munera mittere, noctu uenire domum ad eum, Praeciae denique supplicare. quae seruitus est, si haec libertas existimari potest?

Quid cum cupiditatis dominatus excessit et alius est dominus exortus ex conscientia peccatorum timor, quam est illa misera quam dura seruitus. adulescentibus paulo loquacioribus est seruiendum, omnes qui aliquid scire uidentur tamquam domini timentur. iudex
41 uero quantum habet dominatum, quo timore nocentes adficit. an non est omnis metus seruitus? Quid ualet igitur illa eloquentissimi uiri L. Crassi copiosa magis quam sapiens oratio 'eripite nos ex seruitute': quae est ista seruitus tam claro homini tamque nobili? omnis animi debilitata et humilis et fracta timiditas seruitus est. 'nolite sinere nos cuiquam seruire': in libertatem uindicari uolt? minime; quid enim adiungit? — 'nisi uobis uniuersis': dominum mutare non liber esse uolt — 'quibus et possumus et debemus': nos uero, si quidem animo excelso et alto et uirtutibus exaggerato

---

1 orbı* [ſ] *B* 2 denuntiatum est *dett Maduigius de fin.* III 17,58 *tbm* ~ſıt *AVB* 3 muneratur *ex* ~tuſ *ut uid A* munerat̄ *ex* ~t, *supra add rec* ł numat *V* quı horū *pr A* 4 non serui inertis *Crat* nisi serui non inertis *Fust* non serui non inertis *Werthus p.* 36, *quibus acerbitas orationis non recte temperatur, cf p.* 19,12. 20,1. 17*; Bio apud Stob. flor.* III 2,38 *p.* 187,5 *H. οἱ ἀγαθοὶ οἰκέται ἐλεύθεροι, οἱ δὲ πονηροὶ ἐλεύθεροι δοῦλοι πολλῶν ἐπιθυμιῶν: 'haec omnia' ait 'liberi non sunt, ne serui quidem frugalioris'; cf Terent. adelph.* 480 *cum Donato, Cic. ad Att.* I 16,12 5 qūid *del Anzius p.* 9 iam *del Bentleius, om Harl* 2682*;* quid? iam *tbm; cf de nat. deor.* II 39,99 7 Cethego, C *ex* c *ut uid A* chetego *B* 9 p̄ciae *corr* p̄ce** *A* praeci e, *in mg add* p̄u *V* prece, ~e *in ras, ex* precıe *ut uid B. nomen mulieris a Plutarcho Luculli cap.* 6 *memoratae primus agnouit G. Sengerus 'filologičesskoje obozrènije'* IX 2 *p.* 189*, cf mus. Rhen.* LIII 81 *s.* precari *Harleiani Rom bm* precibus *t* quaeſ uıt *rec, num* ſ *fuerit incertum V* 16 illaloquentıſſimı, a *ex* e *(hoc prima manus scripserat in ras) A* illaloq~ *V* illaeloq~ *ex* illę loq~ *B* 17—22 *cf de orat.* I 52,225 *s* 17. 18 ex miseriis *de orat. l. s.* 19 debılıtata *B, ex* ~lıtat *A* ~lıtaſ *V* debilitati *et* fracti *dett Crat tbm; cf Tusc.* IV 6,13 cum exanimatione humili atque fracta, 30,64 de ipsius metus inconstantia inbecillitate leuitate *et, ne quis* animi *iam pendere existimet, epist.* IX 16,9 uolo enim abstergere animi tui metum 20 m *erasum A, linea del B* lıbertatē *ex* ~tate *A* uındıcare *B* 21 mınıme**, me *in ras pr, fuerit* mınınıme *V* 22 quibus possumus et d. *ad Herenn.* IV 3,5

sumus, nec debemus nec possumus; tu posse te dicito, quoniam quidem potes, debere ne dixeris, quoniam nihil quisquam debet nisi quod est turpe non reddere.

Sed haec hactenus. ille uideat quo modo imperator esse possit, cum eum ne liberum quidem esse ratio et ueritas ipsa conuincat.

OTI MONOC *O* COΦOC ΠΛOYCIOC VI

Quod solus sapiens diues.

Quae est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio: solusne tu diues? pro di immortales, egone me audisse aliquid et didicisse non gaudeam? solusne diues? quid si ne dies quidem, quid si pauper etiam? quem enim intellegimus diuitem aut hoc uerbum in quo homine ponimus? opinor in eo, quoi tanta possessiost ut ad liberaliter uiuendum facile contentus sit, qui nihil quaerat nihil appetat nihil optet amplius. animus oportet tuus se iudicet diuitem, non hominum sermo neque possessiones tuae. nihil sibi deesse putat nihil curat amplius, satiatus est aut contentus etiam pecunia: concedo, diues est. sin autem propter auiditatem pecuniae nullum quaestum turpem putas, cum isti ordini ne honestus quidem possit esse ullus, si cotidie fraudas decipis poscis pacisceris aufers eripis, si socios spolias aerarium expilas, si testamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem atque ipse supponis, haec

1 tu.ſi poſſit|edicto, ſit *in ras, quid fuerit non liquet V* poſe *pr A* 2 poteſt *V* 6 OTẏ *AV* O *om AVB, habet Rom* TIΛOẏCẏOC *A* ΠΛ|OICẏOC *V* TI ΛOy ·CIOC *B* 7 *haec in duobus uersibus qui a prima manu uacui relicti erant add V* 9 dm̃|mortalẽ, *puto aliquando correctum fuisse* dm̃|mortal]ſ *A* 11 quod *pr A* 12 ait *pr V* quo]tanta *ex* quotanta *A* quoi tanta *rec V* quo⁀tantã *B* 13 poſſeſſio ſt *corr* ~ſioeſt *B* ~ſio ·ē *At* ~ſio ſit *V et ex Halmi coniectura bm; cf p.* 24,14 ea *post* ut *add Lambinus, post* facile *Bentleius; cf Brut.* 35,134 cum autem ipsum audires sine comparatione, non modo contentus esses sed melius non quaereres 14 *quaerat, q *in ras sed pr ut uid A* tuıſ *pr B* te *dett Graeuius, nuper Anzius p.* 17, *idem u.* 17 es *cum Rom, utrumque non recte, debebat certe etiam* tibi *u.* 16, *quod cum proxima* curat *et* satiatus est *non patiantur, ne illa quidem uera sunt; uide etiam p.* 23,1; *nec haerendum in ea re quod illa* se iudicet diuitem *non eadem ad hominum sermonem et ad possessiones referri possunt, cum possessiones ne iudicare quidem proprie dicantur* 16 putant *AV supra* aut *ras* IV *fere litt A* 19 fraudeſ *pr V* paciſcerſ *ex* ~reſ *pr B* 20 au* ferſ [t] *A* 21 expectaſ *B, ft pr A* aut ne expectaſ *B, om V et pr A, in quo* autne* exp&aſ *in mg add. de codicum memoria errantes* 'si test. am. *ne* exspectas quidem atque' *tbm. cf, quod Dobraeus attulit aduers.* II 374 *(del* atque ipse supponis*), Liuii* XL 54,3 destituta senectus aliis expectantibus suam mortem aliis ne expectantibus quidem *(ibid.* 10,6*), Quintil. inst. or.* IX 3,68 *Ruhnkenius ad Rutil. Lup. p.* 20 *s Cic. in Anton.* I 7,16

utrum abundantis an egentis signa sunt? animus hominis diues non arca appellari solet; quamuis illa sit plena, dum te manem uidebo diuitem non putabo. etenim ex eo quantum cuique satis est metiuntur homines diuitiarum modum. filiam quis habet, pecuniast opus; duas, maiore; pluris, maiore etiam; si, ut aiunt Danaum, quinquaginta sint filiae, tot dotes magnam quaerunt pecuniam. quantum enim cuique opus est ad id accommodatur ut ante dixi diuitiarum modus. qui igitur non filias plures sed innumerabiles cupiditates habet, quae breui tempore maximas copias exhaurire possint, hunc quando ego appellabo diuitem, cum ipse egere se sentiat. Multi ex te audierunt cum diceres neminem esse diuitem nisi qui exercitum alere posset suis fructibus, quod p. R. tantis uectigalibus iam pridem uix potest. ergo hoc proposito numquam eris diues ante quam tibi ex tuis possessionibus tantum reficietur ut eo tueri sex legiones et

1 an*egentıſ [n] *B* 'arca hominis diues, non animus appellari solet' *ei b;* animus h. d., non arca, quae app. s. *(sic m) uel* quae app. falso s. *Briegerus p.* 23*; audacius Anzius (cf 'neue philol. Rundschau'* XI 362*)* a. h. diues esto *(uel* sit*),* arca app. s. *qui mihi quidem omnes aberrare uidentur a mente oratoris et consilio, quod declaratur his* metiuntur homines, 3 *u.* accommodatur *u.* 7, *p.* 22,11*s; utitur publica persuasione ut Stoicus (Sen. ep.* 117,6*); cf de re p.* III 9,16 quod cum faciamus prudenter facere dicimur iuste non dicimur, *in Anton.* XIII 6,14 3 satis *cf u.* 7, *Marx ad Lucil.* 203 4 *haec* filiam . . . sentiat *(u.* 10*) quia non de quaestuoso sed de sumptuoso scripta esse diceret, post* pecuniae modus *p.* 26,7 *transposuit Anzius p.* 23 *ipsa quoque disiecta in hunc modum* 'filiam . . . quaerunt pecuniam. qui igitur . . . se sentiat? quantum enim . . . diuitiarum modus. *at illis quae sunt de filiis apte explanantur ea quae de diuitiarum modo dicta sunt, deinde ab exemplo non obscure reditur ad generalem sententiam, ut ab hac repetatur conclusio ea cuius causa explanatio illa instituta erat. partitioni autem illi quae uidetur institui non nimium est tribuendum, quam ad normam si omnia uelis exigere, illa quoque de exercitu alendo quae secuntur sumptuosi potius quam quaestuosi esse uideantur* pecuniaſt *B* pecunıa eſt *AVtbm* 5 maiorẽ *ex* ~rũ *B* Danaum *cum signo corruptelae m, sed recte t scribit intellegi* habuisse, *scilicet quasi pergat* si quis quinquaginta habeat filias*; et omnino in talibus, quae breuiter orationi tamquam notae interponuntur, congruentiam sermonis Cicero non anxie curauit; uelut in Lucullo* 40,124 ut Dicaearcho uisum est *scripsit et paulo infra* ut Platoni placuit, *sed eodem statim consilio* ut Xenocrates *(intellegas* putauit*), audacius etiam de diu.* I 18,34 quod et somniantibus saepe contingit et non numquam uaticinantibus per furorem, ut Bacis Boeotius ut Epimenides Cres ut Sibylla Erythraea, *cf ibid.* 33,72 *Lucull.* 41,126 *ex. de orat.* III 39,158*; quod genus plura congessit Muellerus ad off. (a.* 1882*) p.* 17,1 *et progr. gymn. Iohann. Vratislau.* 1888,22 *adn.* 2. danaı *radendo ex* ~um *M Fust Anzius* Danao *dett Mediol b* si cui, ut a. Danao, *Bentleius* si, ut a. Danai, cui *Muellerus cens.* 279, *idem sed* Danao *Adlerus 'philol. Rundschau'* I 1449 6 sunt *Mediol Lilie progr. gymn. Humboldt. Berolin.* 1884,8 filiæ *ex* ~a *V* 7 opus] satis *Crat, cf u.* 3*; ad Att.* XII 32,3 *(2)* suppeditemus ei quod opus sit *et paulo infra* uelim uideas . . . quid uiatici quid instrumenti satis sit 9 quando *scilicet numquam, cf de diu.* II 40,83*;* quo modo *dett Mediol tbm* 11 *de off.* I 8,25 ut nuper M. Crassus negabat ullam satis magnam pecuniam esse ei qui in re p. princeps uellet esse, cuius fructibus exercitum alere non posset 13 propoſito* *ex* ~tum *B* 14 refıcı&ꝯ *superscr rec* t aũ *V*₂ *cf Schmalzius synt. Lat.* 301 legionibuſ *A (*tueriſ exlegioneſ *pr B)*

magna equitum ac peditum auxilia possis. iam fateris igitur non esse te diuitem, cui tantum desit ut expleas id quod exoptas.

Itaque istam paupertatem uel potius egestatem ac mendicitatem tuam numquam obscure tulísti. nam ut iis qui honeste rem quae- 2 46
runt mercaturis faciendis operis dandis publicis sumendis intellegimus opus esse quaesito, sic qui uidet domi tuae partem accusatorum ✻
atque indicum consociatos greges, qui nocentes et pecuniosos reos eodem te actore corruptelam iudicii molientes, qui tuas mercedum pactiones in patrociniis, intercidas pecuniarum in coitionibus candi- ✻
datorum, dimissiones libertorum ad defenerandas diripiendasque prouincias, qui expulsiones uicinorum qui latrocinia in agris, qui cum seruis cum libertis cum clientibus societates, qui possessiones uacuas qui proscriptiones locupletium qui caedes municipiorum qui illam Sullani temporis messem recordetur, qui testamenta subiecta, tot qui sublatos homines, qui denique omnia uenalia, dilectum decretum, alienam suam sententiam, forum domum, uocem silentium: quis hunc non putet confiteri sibi quaesito opus esse, cui quaesito autem opus sit

---

1 I⋆gitur *ex* leg~ *ut uid A* 6 partē *A* ~tem *VB* pariter *dett Rom tbm usu ni fallor abhorrente a consuetudine Ciceronis. conicio* per te, *cui in sequentibus respondeat* eodem te actore; *de positu cf de diu.* I 30,62 sic . . . adfectis, *ibid.* II 25,54 ea . . . significantes, *de imp. Pomp.* 22,63 ab illis . . . improbari, *Acad. p.* 51,4 *et quae Vahlenus adnotauit de leg. p.* 142,11. domus tuae partem *cl Ouid. ex Ponto* I 7,68 *Helmius; uide in Anton.* II 3,6. 14,35 III 4,10 *ad Att.* I 16,12 accusatorum *ab accusatore est non ab accusato, quo uocabulo Cicero non utitur pro substantiuo* 7 ıı̇ndıcū *rec V. cf de fin.* I 16,50 *ex.* cō̲ſo-cıatoſ *ex* cūſ~ *A* 8 auctore *dett Rom; pro Sest.* 28,61 dux auctor actor rerum illarum fuit ṭuaſ *V* 9 ıntercıdaſ *V* intercessiones *dett u. l. Magnolii; ex uaria lectione ad* in patrociniis *adscripta ortum suspicatur Helmius, ut* pactiones *etiam* pecuniarum *intellegantur; ego potius crediderim aliquid intercidisse, uelut, si libet hariolari, fuerit* in tergi⟨uersationibus quaestus inhonestos, intercessiones *(uel* cautiones*)* sordi⟩das pecuniarum candıtatorum *pr A* 10 dımıſſio|neſ lıbertorum⁎⁎⁎, ı *tertia et* neſ lıbertorum *in ras*, o *prior add A* 11 uıtı̲orū *A* 12 libertis *dett Mediol, cf de inu.* I 55,109 lıberıſ *AVB* ſocıetatæſ *ex* ~tataſ *A* 13 locupl&um *Vt* cędeſ *V* cedeſ *B, in ras paulo maiore (fuit opinor* caedeſ*, certe* cladeſ *non fuit) A* clades *ex Ruhnkenii coniectura (philol.* V 754*) tb* caedes municipum *alios habere scribit H. Wolfius* 14 ſullaŋtemporıſ, ŋ *ex* n *A* recordatur *Morisotus; uariatio modorum (u.* 6*), de qua cf Vahlenus de leg. p.* 89,2 *m ad part.* III *uol.* II *p.* 190,32*, in hac distantia facillime fertur* tot q̇ủı *V. suspicor Ciceronem scripsisse* qui testamenta subiecta tot, tot qui sublatos homines 15 dılectū⋆decretū *ex* ~tumec~ *A* edictum decretum *Manutius tbm.* 'delectus militum *uenalis non sic facile haberi poterat (*uacationes *uenales esse poterant), nec quicquam hic attingitur, quod ad militiam pertineat, sed omnia ad iudicia et forum spectant . . . . significantur subita eius modi praetorum edicta, qualia in Verrinarum libro* I*, cap.* 40 *sqq. commemorantur (§* 106 *et §* 115*)'. ita Madvigius apud t; qui mihi non satis persuadet, uide Mommsenum de iure publ. Rom.* III 1106 16 alıenā *corr* ~nv̄ *V* tuam *Bentleius, qui idem cum dett quibusdam del* hunc *et u.* 17 sibi, *ubi* tibi *Werthus p.* 36*; sed notanda non tollenda per-*

47 quis umquam hunc uere dixerit diuitem? etenim diuitiarum est fructus in copia, copiam autem declarat satietas rerum atque abundantia; quam tu quoniam numquam adsequere numquam omnino es diues futurus.

Meam autem quoniam pecuniam contemnis — et recte, est enim ad uolgi opinionem mediocris ad tuam nulla ad meam modica —, de me silebo, de re loquar. si censenda nobis sit atque
48 aestimanda res, utrum tandem pluris aestimemus pecuniam Pyrrhi quam Fabricio dabat an continentiam Fabrici qui illam pecuniam repudiabat, utrum aurum Samnitium an responsum M'. Curii, hereditatem L. Pauli an liberalitatem Africani qui eius hereditatis Q. Maximo fratri partem suam concessit? haec profecto quae sunt summarum uirtutum pluris aestimanda sunt quam illa quae sunt pecuniae. quis igitur, si quidem ut quisque quod plurimi sit possideat ita diuitissimus habendus sit, dubitet quin in uirtute diuitiae sint, quoniam nulla possessio nulla uis auri et argenti pluris quam uirtus aestimanda est.

O dii immortales, non intellegunt homines quam magnum uec- 3
49 tigal sit parsimonia. uenio enim iam ad sumptuosos, relinquo istum quaestuosum. capit ille ex suis praediis sescena sestertia, ego centena ex meis. illi aurata tecta in uillis et sola marmorea facienti et signa tabulas supellectilem et uestem infinite concupiscenti non modo ad sumptum ille est fructus sed etiam ad faenus exiguus; ex meo tenui uectigali detractis sumptibus cupiditatis aliquid etiam redundabit. uter igitur est diuitior, cui deest an cui superat, qui eget an qui abundat, cui possessio quo est maior eo plus requirit ad se

---

sonae ex secunda in tertiam mutatio, quae scilicet tum fit cum orator modo aduersarium intuetur modo audientes; cf m ad part. II *uol.* III *p.* 192,31

5 nullā̲ *A* 7 ruſ *pr V* 8 fabrıcıı q̄ ıllam, cıı q̄ ı *in ras* IV *fere litt A* 9 aurę̄ū *A* Samnitum *Fust m* ·m· *AV* ·9· *B* curıı *supra add A* 10 ·q· *V* ꝙ· *in ras, fuit* quae *ut uid A* q⋆ *ex* q; *B* 11 ſuam, ſ *ex* t *pr B* 13 pluri⏑mı *ft radendo ex* pluruṁ *B* est *b, idem Kaysero auctore* possidet *et u.* 14 habendus est 14 dı⏑tıſſimuſ *Vt* 15 ⋆qū [*distinctio*] *V* 19 cāp̄ılle *ex* capılle *B* sescena *Laur. Valla elegant.* III 5 ſeſcenta *AVB* ſeſtertıa, tertıa *in ras paulo ampliore A* 20 marmorea *dett Rom* marmora *B, ex* ~re *A* ſolamṳ̄r⏑more *V* 21 et signa et tabulas *dett Mediol Heinius philol.* X 125, supellectilem uestem *Lambinus; uide Madvigium opusc.* I 338*; Verr.* IV 59,132 haec opera atque artificia, signa tabulae pictae 22 sumptum . . . fructus *unus liber Aldi Nepotis Morisotus* fructum . . . ſumptuſ *VB* ~ . . . ſūptuſ *(ex* ſuptuſ*) A. de genere corruptelae uide Vahlenum Hermae* XVII 595 *(Tim.* 12,44*)* ad faenus *cf in Catil.* II 8,18 certare cum usuris fructibus praediorum exıguum *V* 23 detractatıſ *AB* 24 dıụıtıor *V* 25 Cuiuſ *Harl* 2682 *(idem p.* 26,1 quı*) Veneta a.* 1506 *tbm, quo quid lucremur non intellego; pergit tamquam coeperit* cui ea possessio est, quae quo est maior quo⋆ [d] *A* o q̄ *V* quod *B* maıor *et in exeunte pagina scriptum et in proxima ineunte, sed in hac erasum B*

tuendam an quae suis se uiribus sustinet? Sed quid ego de me 50
loquor, qui morum ac temporum uitio aliquantum etiam ipse fortasse in huius saeculi errore uerser? M'. Manilius patrum nostrorum memoria, ne semper Curios et Luscinos loquamur, pauper tandem fuit? habuit enim aediculas in Carinis et fundum in Labicano. 'Nos igitur diuitiores qui plura habemus.' Vtinam quidem; sed non aestimatione census uerum uictu atque cultu terminatur pecuniae modus. non esse cupidum pecuniast, non esse emacem uectigal est; contentum uero suis rebus esse maximae sunt certissimaeque diuitiae. 51

Etenim si isti callidi rerum aestimatores prata et areas quasdam magno aestimant, quod ei generi possessionum minime quasi noceri potest, quanti est aestimanda uirtus, quae nec eripi nec subripi potest, neque naufragio neque incendio amittitur, nec tempestatum nec temporum perturbatione mutatur. qua praediti qui sunt soli sunt diuites; soli enim possident res et fructuosas et sem- 52
piternas solique, quod est proprium diuitiarum, contenti sunt rebus suis, satis esse putant quod est, nihil adpetunt nulla re egent nihil sibi deesse sentiunt nihil requirunt; inprobi autem et auari, quoniam incertas atque in casu positas possessiones habent et plus semper adpetunt nec eorum quisquam adhuc inuentus est quoi quod haberet esset satis, non modo non copiosi ac diuites sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt.

---

3 ·(i)· *A* ·(i)· *V* ·m· *B* nr̄m *corr* nr̄m, *deinde* nr̄m, *in mg* n̄rorū *V* nr̄m *A* noſtrum *B* 4 memoria**neſemp, ne *add A* pauptandum *A* 5 *interrogari statuit Wyttenbachius, affirmari cum superioribus t* 6 diui-tioreſ *V* uitioreſ *pr B* nos ... habemus *interrogari uolunt ceteri, ego aduersario dedi; cf p.* 20,6 *de nat. deor.* III 31,78 7 uerō *ft pr A* uerom *rec V* cultu* [ſ] *B et ut uid A* 8 pecunia eſt *VBtbm* paecunia ē *A* *macem, em *in ras, in mg rec* emacē *V* uectigalem *B* 10 iſti, ~i *in ras ex* ~a *A* 11 ‚magno *superscr rec* t ni *V* magno, o *in* ¦ *mutari coepta B* quasi] casu *ci Gulielmius. cf de nat. deor.* II 46,117 quibus formis minime noceri potest, *ibid.* 66,167 *(ἀβλαβέστατον)* 12 *eſt* [*utrobique* a *ut uid*] *A* eſt *supra add B* 13 nec ui tempestatum *dett Gernhardus, sed cf* tum serenitas tum perturbatio caeli *de diu.* II 45,94 *(Gustafsson de Ciceronis* I *de finibus p.* 76*)*

14 perturbatione* *ex* ~nū *pr B* 17 eſt *sed linea erasa V* adpeſſunt *ex* ~pedunt *A* ulla regent *pr B* 19 poſſioneſ *B* 21 ēēt *ex* ēē *A* copioſi*ac, ſ *add,* i *in ras A* acdiuiteſ *rec B* MAR TVLL CICERONIS PARADOXAS TOICE EXPLICATA FELICITER ¦ INCIPIT LOCVLLVS | *A* M· TVLLI | CICERON: PARADOXA STOICORū | EXPLIC : FELICITER | *uersus uacuus* | INCIPIT LVCVLLVS *(hic uersus in ras) V* M TVLLI CICERONIS PARADOXA STOICVS EXPLICITA | FELICITER INCIPIT LVCVLLVS *B. fuitne olim* PARADOXA CTΩIKΩC EXPLICITA *?*

M. TVLLI CICERONIS
ACADEMICORVM RELIQVIAE
CVM LVCVLLO

ad Atticum XII 38,3 (38*a* 1) *Non. Mai. Astura* si, qui me fractum esse animo et debilitatum putant, sciant quid litterarum et cuius generis conficiam, credo, si modo homines sint, existiment me, siue ita leuatus sim ut animum uacuum ad res difficiles scribendas adferam, reprehendendum non esse, siue hanc aberrationem a dolore delegerim quae maxime liberalis sit doctoque homine dignissima, laudari me etiam oportere.

ad Atticum XII 40, 2 VII *Id. Mai. Astura* Asturam sum a te profectus. legere isti laeti qui me reprehendunt tam multa non possunt quam ego scripsi — quam bene nihil ad rem, sed genus scribendi id fuit quod nemo abiecto animo facere posset. . . . nunc ipsum ea lego ea scribo, ut ii qui mecum sunt difficilius otium ferant quam ego laborem.

ad L. Lucceium V 15,4 *breui ante Id. Mai. Astura* itaque sic litteris utor, in quibus consumo omne tempus, non ut ab iis medicinam perpetuam sed ut exiguam obliuionem doloris petam.

ad Atticum XII 45,1 (44,4) III *Id. Mai. Astura* ego hic duo magna συντάγματα absolui; nullo enim alio modo a miseria quasi aberrare possum.

ad Atticum XIII 26,2 *prid. Id. Mai. Astura* equidem credibile non est quantum scribam, quin etiam noctibus, nihil enim somni.

ad Atticum XII 52,3 XII *K. Iun. e Tusculano* de lingua Latina sescuri es animi. dices 'qui talia conscribis': ἀπόγραφα sunt, minore labore fiunt; uerba tantum adfero, quibus abundo.

ad Atticum XIII 32,3 IV *K. Iun. e Tusculano* Torquatus Romaest; misi ut tibi daretur. Catulum et Lucullum ut opinor antea. his libris noua prohoemia sunt addita, quibus eorum uterque laudatur. eas litteras uolo habeas, et sunt quaedam alia.

ad Atticum XIII 12,3 IX *uel* VIII *K. Quint. ex Arpinati* quod ad me de Varrone scribis, scis me antea orationes aut aliquid id genus solitum scribere, ut Varronem nusquam possem intexere. postea autem quam haec coepi φιλολογώτερα, iam Varro mihi denuntiauerat magnam sane et grauem προσφώνησιν. biennium praeteriit, cum ille Καλλιππίδης adsiduo cursu cubitum nullum processerit; ego autem me parabam ad id quod ille mihi misisset ut αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώιον, si modo potuissem — nam hoc etiam Hesiodus ascribit: αἴ κε δύνηαι. nunc illam περὶ

epistulae a. 709/45 *scriptae omnes; dies adscripsi fere quos post Schichium constituit O. E. Schmidtius. in breui hac adnotatione M est Mediceus, Z Tornaesianus, c Cratandrina, C eiusdem margo, Δ Mediceus cum Vrbinati, Σ reliqui codices Lehmanni* 6 liberalis sit *Ursinus* liberalissima *libri* 18 qui etiam *Wesenbergus emend.* 123 20 alia que scribis *pr M* talia rene *(?)* conscribis *corr M* 23 misi *Z* iussi *M* 24 litteras *cf Reidus Hermathenae* x (xxv) 350 31 processerat *m, cf Reidus ibidem* 337

τελῶν σύνταξιν sane mihi probatam Bruto ut tibi placuit despondimus, idque tu eum non nolle mihi scripsisti. ergo illam Ἀκαδημικήν, in qua homines nobiles illi quidem sed nullo modo philologi nimis acute loquuntur, ad Varronem transferamus — etenim sunt Antiochia, quae iste ualde probat —, Catulo et Lucullo alibi reponemus, ita tamen si tu hoc probas, deque eo mihi rescribas uelim.

ad Atticum XIII 13,1 VI *uel* V *K. Quint. ex Arpinati* commotus tuis litteris, quod ad me de Varrone scripseras, totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transtuli ad nostrum sodalem et ex duobus libris contuli in quattuor: grandiores sunt omnino quam erant illi, sed tamen multa detracta. tu autem mihi peruelim scribas qui intellexeris illum uelle; illud uero utique scire cupio, quem intellexeris ab eo ζηλοτυπεῖσθαι — nisi forte Brutum: id hercle restabat; sed tamen scire peruelim. libri quidem ita exierunt, nisi forte me communis φιλαυτία decipit, ut in tali genere ne apud Graecos quidem simile quicquam. tu illam iacturam feres aequo animo, quod illa quae habes de Academicis frustra descripta sunt: multo tamen haec erunt splendidiora breuiora meliora.

ad Atticum XIII 14,2 (14/15,1) VI *uel* V *K. Quint. ex Arpinati* illud etiam atque etiam consideres uelim, placeatne tibi mitti ad Varronem quod scripsimus. etsi etiam ad te aliquid pertinet; nam scito te ei dialogo adiunctum esse tertium. opinor igitur consideremus. etsi nomina iam facta sunt; sed uel induci uel mutari possunt.

ad Atticum XIII 16,1 IV *K. Quint. ex Arpinati* illam Ἀκαδημικὴν σύνταξιν totam ad Varronem traduximus. primo fuit Catuli Luculli Hortensii. deinde, quia παρὰ τὸ πρέπον uidebatur, quod erat hominibus nota non illa quidem ἀπαιδευσία sed in iis rebus ἀτριψία, simul ac ueni ad uillam, eosdem illos sermones ad Catonem Brutumque transtuli. ecce tuae litterae de Varrone: nemini uisa est aptior Antiochia ratio; sed tamen uelim scribas ad me primum placeatne tibi aliquid ad illum, deinde si placebit, hocne potissimum.

ad Atticum XIII 18 (17/18,2) III *K. Quint. ex Arpinati* ego interea admonitu tuo perfeci sane argutulos libros ad Varronem, sed tamen exspecto quid ad ea quae scripsi ad te: primum qui intellexeris eum desiderare a me, cum ipse homo πολυγραφώτατος numquam me lacessisset; deinde quem ζηλοτυπεῖν *nisi forte Brutum, quem si non* ζηλοτυπεῖ multo Hortensium minus aut eos qui de re publica loquuntur. plane hoc mihi explices uelim, in primis maneasne in sententia ut mittam ad eum quae scripsi, an nihil necesse putes. sed haec coram.

ad Atticum XIII 19,3 *prid. K. Quint. ex Arpinati* in Varrone ista causa me non moueret, ne uiderer φιλένδοξος; sic enim constitueram, neminem includere in dialogos eorum qui uiuerent. sed quia *scripseras* et desiderari a Varrone et magni illum aestimare, eos confeci et absolui (nescio quam bene, sed ita accurate ut nihil posset supra) Academicam

2 tu *Z, om M* 5 ita] sic *C* 9 transtulique *Zc* 16 de Academicis *del Reidus Hermathenae* x (xxv) 339 24 primo *ZC* modo *ΔΣ, quod Schmidtius inepte defendit cl p.* 31,40 25 πρεπον non uidebatur *M* 26 illorum *Schuetzius* 35 nisi . . . ζηλοτυπεῖ *Bosii decurtatus, om M; cf u.* 13 36 plene *M* 40 constitueram *Pius* ~ebam *M* 41 scripseras *addidi (cf u. 8),* scribis *alii*

omnem quaestionem libris quattuor. in eis quae erant contra *ἀκαταλη-ψίαν* praeclare collecta ab Antiocho Varroni dedi; ad ea ipse respondeo, tu es tertius in sermone nostro. si Cottam et Varronem fecissem inter se disputantes, *ut* a te proximis litteris admoneor, meum *κωφὸν πρόσωπον* esset. [4]hoc in antiquis personis suauiter fit, ut et Heraclides in multis et nos VI de re publica libris fecimus. sunt etiam de oratore nostri tres mihi uementer probati: in eis quoque eae personae sunt ut mihi tacendum fuerit; Crassus enim loquitur Antonius Catulus senex C. Iulius frater Catuli Cotta Sulpicius: puero me hic sermo inducitur, ut nullae esse possent partes meae. quae autem his temporibus scripsi *Ἀριστοτέλειον* morem habent, in quo sermo ita inducitur ceterorum ut penes ipsum sit principatus. ita confeci quinque libros *περὶ τελῶν*, ut Epicurea L. Torquato Stoica M. Catoni *Περιπατητικὰ* M. Pisoni darem; *ἀξηλοτύπητον* id fore putaram, quod omnes illi decesserant. [5]haec Academica ut scis cum Catulo Lucullo Hortensio contuleram. sane in personas non cadebant, erant enim *λογικώτερα* quam ut illi de iis somniasse umquam uiderentur. itaque ut legi tuas de Varrone tamquam *ἕρμαιον* arripui (aptius esse nihil potuit ad id philosophiae genus quo ille maxime mihi delectari uidetur) easque partes ut non sim consecutus ut superior mea causa uideatur; sunt enim uehementer *πιθανὰ* Antiochia. quae diligenter a me expressa acumen habent Antiochi, nitorem orationis nostrum, si modo is est aliquis in nobis. sed tu dandosne putes hos libros Varroni *etiam* atque etiam uidebis. mihi quaedam occurrunt, sed ea coram.

ad Atticum XIII 21,4 (21*a* 1) *K. Quint. aut pridie ex Arpinati* Varroni quidem quae scripsi te auctore ita propero mittere ut iam Romam miserim describenda. ea si uoles statim habebis; scripsi enim ad librarios ut fieret tuis, si tu uelles, describendi potestas. ea uero continebis quoad ipse te uideam.

ad Atticum XIII 22,1 IV *Non. Quint. ex Arpinati* de Varrone non sine causa quid tibi placeat tam diligenter exquiro: occurrunt mihi quaedam, sed ea coram. te autem *ἀσμεναίτατα* intexui, faciamque id crebrius, proximis enim tuis litteris primum te id non nolle cognoui. . . .[3] . . Varroni simul ac te uidero, si tibi uidebitur, mittam; quid autem dubitarim cum uidero te scies.

ad Atticum XIII 23,2 VI *Id. Quint. ex Tusculano* libri ad Varronem non morabantur; sunt enim effecti, ut uidisti, tantum librariorum menda tolluntur. de quibus libris scis me dubitasse, sed tu uideris. item quos Bruto mittimus in manibus habent librarii.

ad Atticum XIII 24(,1) V. *Id Quint. ex Tusculano* quid tibi ego de Varrone rescribam? quattuor *διφθέραι* sunt in tua potestate; quod egeris id

---

4 ut *olim additum* 6 nos in sex *Schuetzius* 11 ita sermo *cΣ* 14 *αξηλοτυπητον Bosii codd αξηλοτυπον M* 16 quam in utili demus omnia et unquam *M; corr C* (his) 19 measque partes *Bosii codd* eaeque sunt partes *Reidus Hermathenae* X (XXV) 340 easque partes ⟨ego mihi sumpsi⟩ *uel simile quid ci Bootius* 23 etiam *olim add* 37 morabuntur *Schuetzius* effecti *edd. uett.* deffecti *M* detexti *Lambinus m* descripti *mg Lambin* defaecati *Mooneyus 'classical review'* XVI 121 *cl Sidon. Apollin.* I 1,3 perfecti *Schichius relat. syll. philol. Berolin.* XXX 410 41 *διφθεραι ZM*

probabo. nec tamen *αἰδέομαι Τρῶας* — quid enim? —, sed ipsi quam res illa probaretur magis uerebar; sed quoniam tu suscipis, in alteram aurem.

epist. IX 8 V *aut* IV *Id. Quint. ex Tusculano* Cicero Varroni. Etsi munus flagitare, quamuis quis ostenderit, ne populus quidem solet nisi concitatus, tamen ego exspectatione promissi tui moueor ut admoneam te, non ut flagitem. misi autem ad te quattuor admonitores non nimis uerecundos: nosti enim profecto os huius adulescentioris Academiae; ex ea igitur media excitatos misi: qui metuo ne te forte flagitent, ego autem mandaui ut rogarent. exspectabam omnino iam diu meque sustinebam ne ad te prius ipse quid scriberem quam aliquid accepissem, ut possem te remunerari quam simillimo munere; sed cum tu tardius faceres, id est ut ego interpretor diligentius, teneri non potui quin coniunctionem studiorum amorisque nostri quo possem litterarum genere declararem. feci igitur sermonem inter nos habitum in Cumano, cum esset una Pomponius; tibi dedi partes Antiochinas, quas a te probari intellexisse mihi uidebar, mihi sumpsi Philonis. puto fore ut cum legeris mirere nos id locutos esse inter nos quod numquam locuti sumus; sed nosti morem dialogorum. [2]Posthac autem mi Varro quam plurima si uidetur, et de nobis inter nos — sero fortasse; sed superiorum temporum fortuna rei publicae causam sustineat, haec ipsi praestare debemus. atque utinam quietis temporibus atque aliquo si non bono at saltem certo statu ciuitatis haec inter nos studia exercere possemus. quamquam tum quidem uel aliae quaepiam rationes honestas nobis et curas et actiones darent; nunc autem quid est sine his cur uiuere uelimus? mihi uero cum his ipsis uix, his autem detractis ne uix quidem. sed haec coram et saepius. Migrationem et emptionem feliciter euenire uolo tuumque in ea re consilium probo. Cura ut ualeas.

ad Atticum XIII 25,3 IV *Id. Quint. ex Tusculano* sed quid est tandem quod perhorrescas quia tuo periculo iubeam libros dari Varroni? etiam nunc si dubitas, fac ut sciamus. nihil est enim illis elegantius. uolo Varronem, praesertim cum ille desideret, sed est ut scis *δεινὸς ἀνήρ· τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόωτο*: ita mihi saepe occurrit uultus eius querentis fortasse uel hoc, meas partes in iis libris copiosius defensas esse quam suas; quod mehercule non esse intelleges, si quando in Epirum ueneris — nam nunc Alexionis epistulis cedimus. sed tamen ego non despero probatum iri Varroni, et id, quoniam impensam fecimus in macrocolla, facile patior teneri. sed etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet; quare, si addubitas, ad Brutum transeamus, est enim is quoque Antiochius. o Academiam uolaticam et sui similem, modo huc modo illuc. sed quaeso epistula mea ad Varronem ualdene tibi placuit? male mi sit si umquam quicquam tam *ἐν παρέργῳ*; at ego ne Tironi quidem dictaui, qui totas *περιοχὰς* persequi solet, sed Spintharo syllabatim.

ad Atticum XIII 35,2 III *Id. Quint. ex Tusculano* Varroni scribis te

---

7 huius *Lambinus* eius *Mediceus* illius *Harleianus et Palatinus, del Ernestus* 19 nobis et inter *Manutius* 34 non esse intelliges *ZcΣ* int. non esse *J* 41 enitar ergo at ego *ZM* enitar. *Ἔργον.* At ego *decurtatus Bosii* at ego *del Bootius; ἐν παρέργῳ;* at ego *Buechelerus mus. Rhen.* LVII 326 *s ingeniose, nisi quod sic potius intellego, Ciceronem quamuis occupatum tamen summa cura epistulam edolasse*

simul ac uenerit: dati igitur iam sunt nec tibi integrum est, hui si scias quanto periculo tuo. aut fortasse litterae meae te retardarunt, si eas nondum legeras cum has proximas scripsisti. scire igitur aueo quo modo res se habeat.

ad Atticum XIII 44,2 XIII *uel* XII *Kal. Sext. ex Tusculano* tu tamen ausus es Varroni dare: exspecto quid iudicet; quando autem pelleget?

Tuscul. disp. II 2,4 nos autem uniuersae philosophiae uituperatoribus respondimus in Hortensio, pro Academia autem quae dicenda essent satis accurate in Academicis quattuor libris explicata arbitramur.

de nat. deor. I 5,11 qui autem admirantur nos hanc potissimum disciplinam secutos, his quattuor Academicis libris satis responsum uidetur . . . [12] . . . nec tamen fieri potest ut qui hac ratione philosophentur hi nihil habeant quod sequantur. dictum est omnino de hac re alio loco diligentius. . .

de diuin. II 1,1 quod genus philosophandi minime adrogans maximeque et constans et elegans arbitraremur quattuor Academicis libris ostendimus.

de offic. II 2,7 occurritur autem nobis et quidem a doctis et eruditis quaerentibus satisne constanter facere uideamur qui cum percipi nihil posse dicamus tamen et aliis de rebus disserere soleamus et hoc ipso tempore praecepta officii persequamur. quibus uellem satis cognita esset nostra sententia. non enim sumus ii quorum uagetur animus errore nec habeat umquam quid sequatur. quae enim esset ista mens uel quae uita potius non modo disputandi sed etiam uiuendi ratione sublata? nos autem, ut ceteri alia certa alia incerta esse dicunt, sic ab his dissentientes alia probabilia, contra alia dicimus. [8] quid est igitur quod me impediat ea quae probabilia mihi uideantur sequi, quae contra inprobare, atque adfirmandi arrogantiam uitantem fugere temeritatem, quae a sapientia dissidet plurimum. contra autem omnia disputatur a nostris, quod hoc ipsum probabile elucere non posset nisi ex utraque parte causarum esset facta contentio. sed haec explanata sunt in Academicis nostris satis ut arbitror diligenter.

ad Atticum XIII 21,3 IV *K. Sext. Astura* nunc ad rem ut redeam, inhibere illud tuum, quod ualde mihi adriserat, uehementer displicet; est enim uerbum totum nauticum. quamquam id quidem sciebam, sed arbitrabar sustineri remos cum inhibere essent remiges iussi. id non esse eius modi didici heri cum ad uillam nostram nauis appelleretur. non enim sustinent sed alio modo remigant; id ab *ἐποχῇ* remotissimum est. quare facies ut ita sit in libro quem ad modum fuit; dices hoc idem Varroni, si forte mutauit. nec est melius quicquam quam ut Lucilius: 'sustineas currum ut bonus saepe agitator equosque'; semperque Carneades *προβολὴν* pugilis et retentionem aurigae similem facit *ἐποχῇ*. inhibitio autem remigum motum habet et uehementiorem quidem remiga-

2 si] sed *Manutius* etsi *Klotzius* scilicet *Schmidtius philol.* LVII 188 nisi *m. 'si meas litteras, cum has proximas scripsisti, nondum legeras, scriptis et datis illis proximis fortasse meae illae allatae et lectae te retardarunt'* 36 *cf Lucull.* 18,59. 32,104 40 Lucilius *Malaspina Osannus anal. p.* 15 *(u.* 1305 *Marx.)* Lucullus *codd* 41 sustineas *Lambinus cum codice, pr M* ~at *cett* 42 *Lucull.* 18,57

tionis nauem conuertentis ad puppim. uides quanto hoc diligentius curem quam aut de rumore aut de Pollione.

Quintilianus inst. or. III 6, 64 M. Tullius non dubitauit aliquos iam editos libros aliis postea scriptis ipse damnare, sicut Catulum et Lucullum . . .

Plinius nat. hist. XXXI 6 *de aquis* capiti auribus priuatim medentur, oculis uero Ciceronianae. dignum memoratu, uilla est ab Auerno lacu Puteolos tendentibus inposita litori . . . quam uocabat M. Cicero Academiam ab exemplo Athenarum, ibi compositis uoluminibus eiusdem nominis . . . [7] huius in parte prima . . . eruperunt fontes calidi . . . celebrati carmine Laureae Tulli . . . ponam enim ipsum carmen . . . [8] c . . . nimirum locus ipse sui Ciceronis honori hac dedit, hac fontes cum patefecit ope, ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem, sint plures oculis quae medeantur aquae.'

Plutarchus Lucullo 42 *φιλοσοφίαν δὲ πᾶσαν μὲν ἠσπάζετο καὶ πρὸς πᾶσαν εὐμενὴς ἦν καὶ οἰκεῖος, ἴδιον δὲ τῆς Ἀκαδημείας ἐξ ἀρχῆς ἔρωτα καὶ ζῆλον ἔσχεν, οὐ τῆς νέας λεγομένης, καίπερ ἀνθούσης τότε τοῖς Καρνεάδου λόγοις διὰ Φίλωνος, ἀλλὰ τῆς παλαιᾶς πιθανὸν ἄνδρα καὶ δεινὸν εἰπεῖν τότε προστάτην ἐχούσης τὸν Ἀσκαλωνίτην Ἀντίοχον, ὃν πάσῃ σπουδῇ ποιησάμενος φίλον ὁ Λούκουλλος καὶ συμβιωτὴν ἀντέταττε τοῖς Φίλωνος ἀκροαταῖς (cf Lucull.* 4,11 *s). ὧν καὶ Κικέρων ἦν, καὶ σύγγραμμά γε πάγκαλον ἐποίησεν εἰς τὴν αἵρεσιν, ἐν ᾧ τὸν ὑπὲρ τῆς καταλήψεως λόγον Λουκούλλῳ περιτέθεικεν, αὐτῷ δὲ τὸν ἐναντίον· Λούκουλλος δ' ἀναγέγραπται τὸ βιβλίον.*

CODICES ACADEMICI I

Classis Δ
meliores π (Parisinus 6331, *Halmi P)*
π_1, π_2, ϱ *horum cum π consensus fere non notatus; de locis rasis quae adnotantur ea semper ad unum π pertinere intellegendum. ϱ similis Halmi V*
deteriorum genera αβδεζηϑκ
(Balliolensis ex β est, Burneianus ex δ, Halmi A ex ε, Lincolnensis et liber Poggii ex ζ, Bodleianus ex κ)
omnia genera ω
aliquot codices ex uariis generibus ς
Classis Γ
genus corruptum σ (p. 43,9—47,14. 50,7—57,6*)*
genus interpolatum μ, ν, ν_1: *fere non commemoratus*; *γ (Gedanensis, Halmi G)*, γ_1: *raro commemoratus; de correctionibus et notis marginalibus quae adnotantur omnia ad unum γ pertinent*
φ, φ_1, φ_2 *fere non commemorati*

ACADEMICVS I

1 In Cumano nuper cum mecum Atticus noster esset, nuntiatum 1
est nobis a M. Varrone uenisse eum Roma pridie uesperi et nisi de
uia fessus esset continuo ad nos uenturum fuisse. quod cum au-
dissemus, nullam moram interponendam putauimus quin uideremus
hominem nobiscum et studiis eisdem et uetustate amicitiae coniunc-
tum. itaque confestim ad eum ire perreximus. paulumque cum ab
eius uilla abessemus ipsum ad nos uenientem uidimus; atque illum
complexi ut mos amicorum est (satis enim longo interuallo **) ad suam
uillam reduximus. hic pauca primo, atque ea percunctantibus nobis 2
ec[si]quid forte Roma noui.

Tum Atticus «Omitte ista quae nec percunctari nec audire sine molestia possumus quaeso» inquit «et quaere potius ecquid ipse noui. silent enim diutius Musae Varronis quam solebant, nec tamen istum cessare sed celare quae scribat existimo.»

«Minime uero» inquit ille; «intemperantis enim arbitror esse

1 *de inscriptione uide praefationem* 7 ab *om* Δ 9 enim Γ *(corr* eum *γ)* π_1 eum *ππ₂ϱ,ω, quo recepto reliqua pro sanis habet r, pro corruptis tbm et recte quidem; illud enim* satis longo interuallo *siue de tempore intellegitur siue de loco, aegre persuadetur cadere in eos qui 'paulum' a uilla abessent; quare ex Dauisii coniectura* ut mos amicorum est se uisentium longo interuallo *t (ut scribit ad Att.* I 4,1 nos longo interuallo uiseris*), in quo nihil est ἀπολογισμοῦ quem ueretur r. Madvigii inuentum (edit. Turic.* II *p.* 854*)* satis tum l. i., *quod probauit b, minus placet uel propter collocationem. mihi Reitzensteinus persuasit* enim *uerum esse et intercidisse aliquid uelut* non uideramus inter nos 8—11 *cf de orat.* II 3,13 qui cum inter se, ut ipsorum usus ferebat, amicissime consalutassent, 'quid uos tandem,' Crassus 'numquidnam' inquit 'noui?', *Brut.* 3,10, *de toto exordio epist.* XI 27,1 10 ea *om* ϑς *Rom, cum Durando del tb,* atque ea *cruce signauit m; post* ea *quaedam intercidisse suspicatur Stammius nou. ann.* CXXXVII *(*1888*)* 179, *quae qualia fuisse dicam non reperio. καὶ ταῦτα confert r; pluralem numerum posuit propter* pauca, *cf de sen.* 7,22 10 *et* 12 percunctantibus *uel* ~cunt~ *fere libri* ~cont~ *tbmr* 11 ecquid *e Manutii coniectura Lambinus* et si quid ΓΔ Romae *γς, ut ci Ernestus.* Roma *casu recto positum non recte existimat r* 12 tum *add r* Atticus autem *ci Lambin. cf de fin.* I 5,14 pauca primo inter nos de litteris . . ., deinde Torquatus . . . inquit, *de fato* 1,2*;* tum ille *de fin.* III 3,10, tum Piso V 1,2, tum Furius *de re p.* I 11,17, tum Philus 13,19, *et ita passim* 13 quaere μς quare *ceteri, sed πϱ in mg* uel te qu(a)ere ·po· *(*uel *ϱ)* etiam ecquid *Asc* 1 et quid ΓΔ 16 *Hieronymus apol. adu. libros Rufini* I 1 *t.* II *col.* 457 *B Vall.* olim pueri legimus 'intemperantis esse arbitror scribere quidquam quod occultari uelis'

scribere quod occultari uelit; sed habeo magnum opus in manibus, quae iam pridem; ad hunc enim ipsum» me autem dicebat «quaedam institui, quae et sunt magna sane et limantur a me politius».

3 Et ego «Ista quidem» inquam «Varro iam diu expectans non audeo tamen flagitare; audiui enim e Libone nostro, cuius nosti studium, (nihil enim eius modi celare possumus) non te ea intermittere sed accuratius tractare nec de manibus umquam deponere. illud autem mihi ante hoc tempus numquam in mentem uenit a te requirere. sed nunc postea quam sum ingressus res eas quas tecum simul didici mandare monumentis philosophiamque ueterem illam a Socrate ortam Latinis litteris illustrare, quaero quid sit cur cum multa scribas genus hoc praetermittas, praesertim cum et ipse in eo excellas et id studium totaque ea res longe ceteris et studiis et artibus antecedat.»

2 4 Tum ille: «Rem a me saepe deliberatam et multum agitatam requiris. itaque non haesitans respondebo, sed ea dicam quae mihi sunt in promptu, quod ista ipsa de re multum ut dixi et diu cogitaui. nam cum philosophiam uiderem diligentissime Graecis litteris explicatam, existimaui si qui de nostris eius studio tenerentur, si essent Graecis doctrinis eruditi, Graeca potius quam nostra lecturos, sin a Graecorum artibus et disciplinis abhorrerent, ne haec quidem curaturos, quae sine eruditione Graeca intellegi non possunt. itaque ea nolui scribere quae nec indocti intellegere possent nec docti legere curarent. Vides autem eadem ipse; didicisti enim non posse nos Amafinii aut Rabirii similes esse, qui nulla arte adhibita de

1 occultare ϑς uelis *Hieronymus Walkerus b; cf Tim.* 2,6 opus magnum Δ*tbmr* 2 quae *uel* que ΓΔ*, nisi quod* qui *pr γ* quo ς*;* quod *Asc* I quia *ci Dauisius;* idque *Christio auctore tbmr. cf Luc.* 26,82 qui ne nunc quidem, *de domo* 9,21 qui in ipso Catone, *ad Att.* XIII 22,4 quippe qui omnia. *de plurali conferre licet Lucull.* 40,126 id . . . quae, *Tusc.* I 3,6 aliquid . . . illa, *de orat.* I 52,226 quae . . . hoc enim Γ eum Δ*, om Asc* I 6 enim Δ eum Γ enim eum *ex Christii coniectura Halmio probata bm. cf Symmachus epist.* I 31,2 nam facilius est ardentes fauillas ore comprimere quam luculenti operis seruare secretum 11 *uereor ne fuerit* cum tam multa 12 hoc genus *νφγ tbm* 13 res] ars ς *b;* rebus *pro* artibus *Bentleius. cf de diu.* II 1,3 *in. m ad uol.* I *p.* 254,37 16 sed] et *Bakius ad legg. p.* 305*; 'quae enim' inquit 'adiiciuntur satis ostendunt omnia in promptu habuisse Varronem, quae responderi necesse esset'* 16—18 quod ista . . . cogitaui *del Schuetzius, etiam* sed ea . . . promptu *Goerenzius. uide quae attuli ad p.* 4,3*, cf p.* 37,20 21 hoc Γ *praeter* $\nu\nu_1$, ς 22 possent π 23 uolui Γ *praeter unum γ,* κ possunt *γφ (*pu͂t *γ i. e.* poſſu͂t*, ut in mg scriptum est)* 24 eadem *om* ϑ. uides autem ipse — didicisti enim eadem — *Christio auctore t,* u. a. — eadem enim ipse didicisti — *ex Dauisii coniectura bmr* u. a. — didicisti enim eadem ipse — *ci t (cf u.* 10*); quorum ego uehementer dubito quicquamne aut ab oratione requiratur aut ab sententia:* Lycurgus eadem uidit fere *de re p.* II 23,42, quod idem tu Lentule uidisti *de domo* 27,71*; 'didicit' autem Cicero etiam illud quod ait p.* 36,3 *ss, sibi uerbis nouis utendum* 25 Amafinii ϑς ~fanii *fere ceteri* Δ *et* Γ *(*~famii *φ), cf p.* 36,9*;* Amafinium *libri uocant Tusc.* IV 3,7 *epist.*

rebus ante oculos positis uulgari sermone disputant, nihil definiunt nihil partiuntur nihil apta interrogatione concludunt, nullam denique artem esse nec dicendi nec disserendi putant; nos autem praeceptis dialecticorum et oratorum etiam, quoniam utramque uim uirtutem esse nostri putant, sic parentes ut legibus uerbis quoque nouis cogimur uti, quae docti ut dixi a Graecis petere malent, indocti ne a nobis quidem accipient, ut frustra omnis suscipiatur *labor*. Iam uero physica, si Epicurum id est si Democritum probarem, 6 possem scribere ita plane ut Amafinius. quid est enim magnum, cum causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum (ita enim appellat atomos) concursione fortuita loqui? nostra tu physica nosti; quae cum contineantur ex effectione et ex materia ea quam fingit et format effectio, adhibenda etiam geometria est; quam quibusnam quisquam enuntiare uerbis aut quem ad intellegendum poterit adducere? Haec ipsa de uita et moribus et de expetendis fugiendisque rebus illi simpliciter, pecudis enim et hominis idem bonum esse

xv 19,2, Amifinium *Tusc.* iv 3,6. *Hieronymus comm. in Osee lib.* ii *praef. t.* vi *p.* 53 *Vall.* Amafinios *(sic codices Vallarsii)* ac Rabirios nostri temporis Rabarii $\gamma\varphi$ 1 diffiniunt *fere libri* 3 disserendi] scribendi φ, *pr* γ 4 oratorum] rhetorum *ci Pearcius ad* i *de orat. cap.* 62 *(p.* 120 *ed.* ii*), contra quem r attulit orat.* 32,113 disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi et ornandi etiam $\Gamma\pi$ et ω *(om* ς*)* utramque uim unam esse *Manutius b* utramque unam uirtutem esse *ci t, qui* uirtutem *recte defendit cl de orat.* iii 18,65 *(adde* i 11,48*), cf Heinius philol.* xiv 499 *Maduigius de fin.* iii 21,72*; Quintil. inst. or.* ii 20,1 an sit *(rhetorice),* ut compluribus etiam philosophorum placet, uirtus*; ibid.* 9 cur non tam in eloquentia quam in ratione uirtutem eius *(hominis)* esse credamus, recteque hoc apud Ciceronem *(de orat.* iii 14,55*)* dixerit Crassus 'est enim eloquentia una quaedam de summis uirtutibus' *(pergit* quamquam sunt omnes uirtutes aequales et pares, sed tamen est specie alia magis alia formosa et inlustris, sicut haec uis, *ut etiam de ui constet)* et ipse Cicero a sua persona cum ad Brutum in epistulis tum aliis etiam locis uirtutem eam appellet. *Cicero* uim eloquendi *dixit de nat. deor.* ii 59,148, orationis *de leg.* i 9,27 5 quoque Γ (qq *pr* μ) ς quamquam *fere* Δ 6 malent ν,ς mallent *plerique* malunt *Manutius* 7 accipient *ex Dauisii coniectura t* accipiunt $\Gamma\Delta$ labor ω, *in mg* γ, *om ceteri, sed* π *in mg* omnis opera in scribendis illis susciperetur frustra, *unde t ci* frustra omnis scribendi labor *(uel* opera*)* suscipiatur. *cf Tim.* 10,37 *pro Mil.* 34,94 *ad Att.* x 4,1*; possis etiam* cura *uel* opera *(de off.* i 39,141 *Tusc.* v 1,2 *al.)* 9 possum $\varepsilon\varsigma$ posse μ Amafinius ς ~fanius *plerique* ~franius *pauci, cf p.* 35,25 10 efficienteis *Lambinus* ~tis *tbm.* 'causas rerum efficientium, id est, uim rerum efficientium, causas efficientes' *Turnebus, et Faber affert top.* 14,58 proximus est locus rerum efficientium, quae causae appellantur. *cf de orat.* ii 15,63 causae explicentur omnes uel casus uel sapientiae uel temeritatis, *m ad part.* iii *uol.* ii *p.* 526,14 11 appellant $\gamma,\eta\vartheta\varsigma$ physica $\Gamma\delta\vartheta\varsigma$ ~cam *ceteri* 12 cum *om* ω contineatur ς ~eant ϑ ~entur *unus* continuantur *(om* cum*) Lambinus* conficiantur *Moserus symb. crit. spec.* iv 7*s;* ex *utrumque del Kayserus. forsitan aliquid interciderit uelut* et iungantur, *cf p.* 53,24 13 etiam Γ (et μ) enim Δ quam $\Gamma\varsigma$ quoniam Δ *plerique* 16 enim *post* illi *collocatum in* Δ*, quo positu conseruato uaria docti temptauerunt: post* rebus *lacunam signant tb praedicatum uelut* quam uarie tractantur *intercidisse rati; in principio sententiae peccatum esse censent Durandus r, ille* iam uero *scribens pro* haec ipsa, *hic* ecce *addens ante* haec. *uerum uidit m*

censent; apud nostros autem non ignoras quae sit et quanta sub- 7 tilitas. siue enim Zenonem sequare, magnum est efficere ut quis intellegat quid sit illud uerum et simplex bonum quod non possit ab honestate seiungi (quod bonum quale sit negat omnino Epicurus *se* sine uoluptatibus sensum mouentibus ne suspicari *quidem*); si uero Academiam ueterem persequemur, quam nos ut scis probamus, quam erit illa acute explicanda nobis, quam argute quam obscure etiam contra Stoicos disserendum. Totum igitur illud philosophiae studium mihi quidem ipse sumo et ad uitae constantiam quantum possum et ad delectationem animi, nec ullum arbitror, ut apud Platonem est, 8 maius aut melius a diis datum munus homini. sed meos amicos, in quibus est studium, in Graeciam mitto id est ad Graecos ire iubeo, ut ex [a] fontibus potius hauriant quam riuulos consectentur. quae autem nemo adhuc docuerat nec erat unde studiosi scire possent, ea quantum potui (nihil enim magnopere meorum miror) feci ut essent nota nostris; a Graecis enim peti non poterant ac post L. Aelii nostri occasum ne a Latinis quidem. et tamen in illis ueteribus nostris, quae Menippum imitati non interpretati quadam hilaritate conspersimus, multa admixta ex intima philosophia, multa dicta dialectice, quae quo facilius minus docti intellegerent, iucun-

1 autem *Lambinus* enim $\Gamma\Delta$ 3 uerum] unum *Walkerus cl p.* 52,1*; uide de fin.* iv 15,40 *ex.* 4 omnino negat $\gamma\varphi$ *m; cf de nat. deor* i 12,29 5 se *add Lambinus (non tr), et sane Cicero in hac sententia adferenda semper pronomen posuit* ne *et* quidem *Durandus* nec $\Gamma\Delta$ nec intellegere nec suspicari ϑ sentire nec suspicari *ci Christius. in eadem sententia* ne suspicari quidem *Cicero de fin.* ii 7,20. 10,30 *Tusc.* iii 20,47*, saepe* ne intellegere quidem*, uide Vseneri Epicurea fr.* 67*; cf Maduigius de fin. exc.* iii *p.* 806 *ed.* iii*, contra quem qui dixerunt, ut nuper C. P. Schulzius 'Beiträge zur Erklärung der römischen Elegiker' ii (progr. gymn. Frid.-Werder. Berol.* 1898*)* 4 *et Frederkingus philol.* lviii 628*, Ciceronianum quidem unum particulae* nec *ita positae probabile attulerunt exemplum, top.* 4,23 *de* si uero *Maduigius de fin.* i 6,20*;* siue *Turnebus Lambinus* 6 persequemur $\pi,\gamma\varphi$ ~quimur μ suspicamur ν persequamur π_1,ω *tbmr. res dubia* nos γ *in mg,* ς non *ceteri* 7 erit Γ (erat γ) Δ*,* 'Academia scilicet, id est Academiae ratio' *Turnebus, cf p.* 56,20 *cum* 55,10*;* erunt *Ernestus tbm de obscuro cf uelut de fin.* iv 1,1*s de orat.* ii 14,61. 32,137 *de re p.* i 24,38 *(quem locum temere quidam interpolant)* 8 illud igitur $\mu\gamma\varphi$ 9 quantum Γ quantam Δ 10 apud Platonem *Tim.* 47 *B, cf Cic. Tim.* 14,52 12 in quibus id est *Durandus* id est *om* γ*;* id est ad Graecos ire iubeo *Lambino auctore del tbm. uide ad p.* 4,4*, Brut.* 46,172 sed domum redeamus id est ad nostros reuertamur 13 ex f. *ci t ex usu Ciceronis* ea a f. $\Gamma\Delta$*tlbr* ea e f. *ci Lambin, m* hauriant riuulos quam sectentur $\pi\pi_1\varrho$*, sed in* π q̄m *in ras* 15 ŏpe m̄ag *(corr pr ut uid)* μ magnopere *fere ceteri* magno opere *tbr* 17 L. Aelii *Camerarius* Lelii *uel* Laelii $\Gamma\Delta$ 18 imitari *pr* γ, $\varphi,\beta\varsigma$ mennipum$^{*}_{\wedge}$muta21 *(in* um *nescio quid corr aut red)* μ ī enmpū īmıtatı *v* non] ut $\delta\eta\varkappa\varsigma$*, quo non abutendum* ītp̄ta21 *ut uid* μ 19 intuma $\mu\nu\varphi_1$ 20 dicta sunt dialectice *tacite r* quae *cum Fabro et Bernhardio ('Grundr. der röm. Litteratur' p.* 870 *ed.* v*) del tb; mihi intellegendum uidetur* inuitati sunt*, adici autem haec nec abundanter hoc quidem loco — declaratur enim his demum cur Menippeo more Varro scripserit — nec*

ditate quadam ad legendum inuitati; in laudationibus, in his ipsis antiquitatum prohemiis philosophiae *more* scribere uoluimus, si modo consecuti sumus.»

Tum ego «Sunt» inquam «ista Varro. nam nos in nostra urbe 3 9
peregrinantis errantisque tamquam hospites tui libri quasi domum deduxerunt, ut possemus aliquando qui et ubi essemus agnoscere. tu aetatem patriae tu descriptiones temporum, tu sacrorum iura tu sacerdotum, tu domesticam tu bellicam disciplinam, tu sedum regionum locorum tu omnium diuinarum humanarumque rerum nomina genera officia causas aperuisti; plurimum quidem poetis nostris omninoque Latinis et litteris luminis et uerbis attulisti atque ipse uarium et elegans omni fere numero poema fecisti, philosophiamque

---

si tamen praeter consuetudinem Ciceronis, de qua uide ad p. 35,16—18 quo facilius . . . inuitati *post* conspersimus *u.* 19 *Kayserο auctore traiecit b;* cum *pro* quo *r peruerse haec cum sequentibus usque ad* consecuti sumus *uno inciso comprehendens*

1 inuitati sunt *intellego.* inuitaui *γ, unde* ~uimus *Werthus p.* 38. *post* inuitati *quaedam intercidisse post suspicionem Turnebi statuit Casaubonus de satyrica Graecorum poesi et Romanorum satira* II 2 *(p.* 232 *ed. Hal.* 1774*), cui et Ritschelius assensus est mus. Rhen.* VI *(*1848*)* 496 *(opusc.* III 435*) adn. logistoricorum commemorationem requirens p.* 556 *(*484*) adn. et m, cf Roeperus philol.* XVIII 431 *s* in his ipsis *recentibus* 2 prohemiis *Δ plerique* proemiis *uel* prooemiis *(ita tbmr)* ς premiis *uel* praemiis *Γ* philosophiae *uel* ~phie *(sic cum cruce m) plerique* ~phice ς *Manutius* ~phe *tb* ~phis *r (cf* '*Classical Review*' XI 350*;* philologis *M. Seyffertus comm. crit. in Tusc. p.* 118*). adieci* more *cl p.* 31,18 *de fin.* IV 9,22 philosophia quae communi more in foro loquitur in libellis suo, *de orat.* I 29,133 II 16,68 *de leg.* II 4,9*; ante* philosophiae *nescio quid intercidisse putabat Casaubonus l. d.* uolumus *π,φ₁,ς* 4 sunt uera inquam ista Varro *μν* s. u. *(*bene *φ₂)* ista inquam V. *γφ* sunt inquam ista V. *fere Δ (*s. ista inquam V. *uel* s. inquam V. ς*).* uera *quamquam potuit in ista sententia addi (cf de diu.* II 13,32*), tamen neutrum illorum uerum esse ipse positus* sunt uera *(expectes* uera sunt*) arguere uidetur, ut dubitari possit insiticiumne sit illud* uera *(cf Lael.* 2,6*) an ex* uero *corruptum (cf de leg.* II 3,7 est uero ita*), quod per compendium scriptum facile in Δ potuerit intercidere* 4—10 *Augustinus de ciu. Dei* VI 2 *med.* in primo autem libro *(Academico)* cum eiusdem Varronis litteraria opera praedicaret 'nos' inquit 'in nostra . . . aperuisti'. *inde Braulio praenotat. librorum D. Isidori (Isid. Areual. tom.* I *p.* 9*) et Boethius qui fertur de diis et praesensionibus p.* 392,10 *Orell.* 6 reduxerunt ς *Augustinus tbm* addux~ π_2. *apte contulit r de leg.* I 14,41 in deserto quo loco nactus . . . inbecillum atque solum . . . in uiam deducet, *adde pro Mur.* 31,66 possum de L. Philo de C. Galo dicere haec eadem, sed te domum iam deducam tuam: quemquamne existimas Catone proauo tuo commodiorem . . . fuisse 7 discriptiones *Augustini Lugdunensis l, mr, sed cf Vahlenus de leg. p.* 173,9 *Lactantius diu. inst.* VII 3,25 temporum constans ac mira descriptio*;* circumscriptionem temporum *habes de nat. deor.* I 9,21 8 sacerdotem *π, pr μ, νφ* bellicam] publicam *Augustinus (*dom. publicamque *Braulio). de off.* I 22,76 haec quidem res non solum ex domestica est ratione, attingit etiam bellicam sedum *corr* sedium *Augustini Corbeiensis, et alterum utrum inferiores eius libri praeter unum uel duo, qui* sedem *cum ΓΔ tbmr, quod quo modo ferri posset nemo dixit, et m ci* situm*; sedes autem i. e. domicilia saepe cum locis copulantur* 10 plurimum quidem *Γ et plerique Δ* plurimum ϑ plurimumque ς *Manutius* plurimumque idem *Gruterus tbmr (cf p.* 49,4. 54,11 *Lucull.* 23,73*)* a poetis *Δ praeter* ϑς 12 *de poemate uide Roeperum philol.* XVIII 433 *ss.* omnigeno carmine satiras suas expoliuerat *Probus in Verg. ecl.* 6,31 *p.* 336,23 *Hag. de Menippo*

multis locis inchoasti, ad impellendum satis, ad edocendum parum.
10 Causam autem probabilem tu quidem affers: aut enim Graeca legere malent qui erunt eruditi, aut ne haec quidem qui illa nescient. sed ea mihi non sane probas; immo uero et haec qui illa non poterunt, et qui Graeca poterunt non contemnent sua. quid enim causae est 5
cur poetas Latinos Graecis litteris eruditi legant, philosophos non legant? an quia delectat Ennius Pacuuius Accius multi alii, qui non uerba sed uim Graecorum expresserunt poetarum — quanto magis philosophi delectabunt, si ut illi Aeschylum Sophoclem Euripidem sic hi Platonem imitentur Aristotelem Theophrastum. oratores qui- 10
dem laudari uideo si qui e nostris Hyperidem sint aut Demosthenem
11 imitati. Ego autem Varro (dicam enim ut res est), dum me ambitio dum honores dum causae, dum rei p. non solum cura sed quaedam etiam procuratio multis officiis implicatum et constrictum tenebat, animo haec inclusa habebam et ne obsolescerent renouabam cum licebat 15
legendo; nunc uero et fortunae grauissimo percussus uulnere et administratione rei p. liberatus doloris medicinam a philosophia peto et otii oblectationem hanc honestissimam iudico. aut enim huic aetati hoc maxime aptum est, aut his rebus si quas dignas laude gessimus hoc in primis consentaneum, aut etiam ad nostros ciues eru- 20
diendos nihil utilius, aut si haec ita non sunt nihil aliud uideo quod
12 agere possimus. Brutus quidem noster excellens omni genere laudis sic philosophiam Latinis litteris persequitur nihil ut isdem de rebus Graeca desideres; et eandem quidem sententiam sequitur quam tu, nam Aristum Athenis audiuit aliquam diu, cuius tu fratrem 25

---

1 incoasti *pr μ, νγ₁φ₁,βς* incohasti *δεζ* implendum *γφ* impelendum *ν* 3 malent *rς* mallent *ceteri* haec *π,δς* hoc *ceteri (*h' *ambigue μν)*; *cf p.* 35,21 nesciunt *Δr; cf* poterunt *u.* 4 *s* 4 ea mihi non sane *Γ* da mihi nunc satisne *Δ (*nunc *ex parte in ras π) r (hic* dic *interpretatus cum aliis)* ea mihi non satis *Durandus t.* eam *Turnebo auctore Lambinus tbm ft recte. de* sane *cf p.* 3,8. 29,1 *Tusc.* III 10,22 haec et *Kayseri suasu b. ad* et haec *ut supra ad* ne haec quidem *intellegendum* legent *uel* legere uolent poterunt ς potuerunt *ceteri* 5 potuerunt *Γβς* contempnent *φ* contem(p)nant *ceteri* 7 Accius *π,ς* Actius *Γρ,ς* Attius *tmr* 8 *debebat pergere* philosophi non delectant*, sed spem significaturus mutauit orationem* 9 ut illi *Δ (*si ut illi . . . euripidem *in ras π)* fuerint *Γ (*~runt *μ)* Aeschylum *(*~i~*) Γ (*as~ *ν)* Aeschinem *Δ* Sophoclen Euripiden *r, et ita is in talibus semper* 10 mirentur *Γ* 11 sunt *tb* 12 autem *Δtbmr* uarro *Γ (*uaro *ν); coniunxi, cf de re p.* I 10,15 *de fin.* II 8,23 14 animo *om Δtbmr; cf Tusc.* I 1,1 ea studia quae retenta animo remissa temporibus longo interuallo intermissa reuocaui 16 perculsus *ex Lambinus* et *om Γ* 19 his *π,γφ₁φ₂, plerique* ω hiis *ρ,μφ* iis ς *tbmr* 23 nihil ut *Δ, ex* nihil φ_2*;* nihil in *μνφ₁* ut nihil in $\gamma\gamma_1$ *(del* in *γ)* isdem ς his~ *π,γφ,ς* hiis~ *ρ,ν* iis~ $\mu\varphi_2$,ς 24 Graecia *Δ* desideres *Aldus Nepos* desideret *ΓΔ (*~retur ς*)* ~rentur *ci t* Graecia desideret *defendas cl p.* 29,15 *(et de* Graecia *orat.* 8,25*), sed tamen illud quod posui aptius uidetur huic omni orationi; cf de diu.* II 2,5 25 athetus *π (non ρ)* fratrem tu *Γ*

Antiochum. quam ob rem da quaeso te huic etiam generi litterarum.»

Tum ille «Istuc quidem considerabo, nec uero sine te. sed de 4 13
te ipso quid est» inquit «quod audio?»

«Quanam» inquam «de re?»

«Relictam a te ueterem *Academi*am» inquit «tractari autem nouam.»

«Quid ergo» inquam «Antiocho id magis licuerit nostro familiari, remigrare in domum ueterem e noua quam nobis in nouam e uetere? certe enim recentissima quaeque sunt correcta et emendata maxime. quamquam Antiochi magister Philo, magnus uir ut tu existimas ipse, negaret in libris, quod coram etiam ex ipso audiebamus, duas Academias esse erroremque eorum qui ita putarent coarguit.» *

«Est» inquit «ut dicis; sed ignorare te non arbitror quae contra Philonis Antiochus scripserit.»

«Immo uero et ista et totam ueterem Academiam, a qua absum 14
tam diu, renouari a te nisi molestum est uelim», et simul «adsidamus» inquam «si uidetur.»

«Sane istuc quidem» inquit, «sum enim admodum infirmus. sed uideamus idemne Attico placeat fieri a me quod te uelle uideo.»

«Mihi uero» ille; «quid est enim quod malim quam ex Antiocho iam pridem audita recordari et simul uidere satisne ea commode dici possint Latine?»

---

3 istud ς *r* te] re ϱ,βxς 6 ueterem Academiam *Bentleius* ueterem iam ⊿Γ *(*ne rem tam *ν* ierem iam *φ)* ueterem illam *Maduigius emend.* 115 *r* tractari *intellego non scribendo explicari sed cognosci legendo et commentando* 8 quid? ergo *tbm* id *del Ernestus* 10 correpta ϱ, *ω praeter* εϑ 11 pholo *μνφ* 12 estimas *uel* ext~ *uel* ext~ Γ negat *(uel* negauit*) Dauisius tbmr* negarat *Asc* 1. *ft fuit* negare solet, *ut persaepe in opinionibus philosophorum* 13 putarent Γπ ~runt *ω tbmr. cf Maduigius de fin.* III 20,67 16 Philonem *in mg* ππ$_2$, *supra add* ϱ, ς Philonia *Maduigius emend.* 116 *b;* Philonis *'non expunxit sed seclusit' m;* Philonis sententiam *t,* rationem Ph. *Nettleshipius 'Academy'* VIII 607, ea Ph. *r. modum loquendi post alios (et ipsum Maduigium de fin.* IV 25,69*) nuper copiose illustrauit Vahlenus prooem.* 1899/1900,5 *ss; cf maxime ad Att.* XII 23,2 ex Apollodori . . . inuenire, *ibid.* XIII 32,3 eum uideo in Libonis praetorem, *orat.* 70,233 sume de Gracchi apud censores illud, *Lucull.* 44,136*; Varro r. r.* I 1,10 de Magonis dempsit scripsit *γφ,ς tb* 17 ista ς istam *ceteri* absum tam *Iohannes Arretinus in mg cod. Monac.* 763*, aut in textu aut in mg β* absum iam *e corr γ (quod nescio cur tbmr praetulerint:* te afuisse a nobis tam diu dolui *epist.* II 1,2*)* absuntam *ν* absumptam π,μν$_1$ assumptam *pr γ et fere ceteri (*aqua *plerique)* 18 reuocari *operarum culpa, quamquam non inepte, Goerenzius (cf Lucull.* 22,70 *de orat.* II 48,199*)* 20 istuc *μγφ* istud *ceteri, r. cf Seyffertus ad Laelium p.* 93 *ed.* II quid est π,αζ 22 inquit ille *Manutius, sed uide Maduigium de fin.* I 3,9 *Stangelium Tullian.* 17

Quae cum essent dicta, in conspectu consedimus omnes.

Tum Varro ita exorsus est: «Socrates mihi uidetur, id quod constat inter omnes, primus a rebus occultis et ab ipsa natura inuolutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, auocauisse philosophiam et ad uitam communem adduxisse, ut de uirtutibus et de uitiis omninoque de bonis rebus et malis quaereret, caelestia autem uel procul esse a nostra cognitione censeret uel, si 16 maxime cognita essent, nihil tamen ad bene uiuendum. hic in omnibus fere sermonibus, qui ab is qui illum audierunt perscripti uarie copioseque sunt, ita disputat ut nihil adfirmet ipse refellat alios, nihil se scire dicat nisi id ipsum, eoque praestare ceteris, quod illi quae nesciant scire se putent, ipse se nihil scire id unum sciat, ob eamque rem se arbitrari ab Apolline omnium sapientissimum esse dictum, quod haec esset una hominis sapientia, non arbitrari sese scire quod nesciat. quae cum diceret constanter et in ea sententia permaneret, omnis eius oratio tantum in uirtute laudanda et in hominibus ad uirtutis studium cohortandis consumebatur, ut e Socra-

---

1 essent *γς coniectura sed recte puto;* sunt ς *Lambinus* sint *ceteri propter* possint *puto p.* 40,24. quae cum dicta *Gulielmius tbm hexametrum quaerentes (cf Helmius 'Lucian und Menipp' p.* 150 *n.* 1*), cuius etiam exitum fugiens* omnes *cum Durando del r. de fin.* V *exit in* perreximus omnes *(Varronis* I *rer. rust. in* factum discedimus omnes*). certe* omnes *de tribus dictum non debuit quemquam offendere: Hortens. fr.* 16 *M.* cum uterque nostrum adnuissent omnesque . . . uenissemus*, Lucull.* 44,135 *med. Min. Fel.* 4,1*; etiam de duobus Lucull.* 19,63 *de fin.* II 32,105 2 o̥ ϙ̀ 9ſtat ınter *in ras π;* id quod constat inter omnes *del m, quem contra uide Vahlenum prooem.* 1899/1900,4 *s Brut.* 23,90*)* 3 ab *ex 'Msto.' del Ursinus; cf Tim.* 1,1 4 omnibus ⊿ fuerant *ci Ernestus* 6 de *ante* uitiis *om ⊿tbmr. cf de fin.* IV 25,71 ad uirtutes et ad uitia nihil interesse*, quamquam usus Ciceronis inconstans est, ut p.* 36,15 *et* 43,7 *scribit* de uita et moribus*, idem in re eadem* de uita et de moribus *de re p.* I 10,16 *et Tusc.* III 4,8*, et similiter uariat in aliis* 7 censet *ex Balliolensi Dauisius* censere *Walkerus* 8 conferre *post* uiuendum *add libri Poggiani corrector, item Rom,* adferre *Drechslerus ephem. gymn. Austriac.* XXXVII 724, ualere *post* tamen *t,* facere *deesse putabat Klotzius. intellege potius* esse *(τὴν φυσικὴν θεωρίαν μηδὲν εἶναι πρὸς ἡμᾶς Diog. Laert.* II 21, rectene an secus nihil ad nos, aut si ad nos nihil ad hoc tempus *in Pis.* 28,68*). figuram post Gronouium explicuit r* 9 iis *ν* hiis *φ* his *fere ceteri* 10 copioseque *Γδεϑς* et copiose ς *Lambinus (poterat utrumque, cf r)* copiose *ceteri* 11 prestare se *μ* ſtare* [m], *deinde* ceteris *in ras, π* 12 putant *μγφ* 13 se rem Γ hominum *ci Dauisius (μηδένα Plato apol.* 21 *A, μηδένα ἀνθρώπων Xen. apol.* 14*, ἀνδρῶν πάντων uersus notus)* 14 dictum] iudicatum *de Lambini coniectura Schuetzius, cf de sen.* 21,78 *Lael.* 2,7. 10. 4,13 *Val. Max.* III 4 *ext.* 1 hominis Γ omnis ⊿tmr omnino *ci Ernestus. cf Plato apol.* 23 *A κινδυνεύει . . . τῷ ὄντι ὁ θεὸς σοφὸς εἶναι καὶ ἐν τῷ χρησμῷ τούτῳ τοῦτο λέγειν ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη σοφία ὀλίγου τινὸς ἀξία ἐστὶν καὶ οὐδενός* se *γφ,ς tbm* 16 tantum *Dauisius ad Lactant. epit. cap.* 37*, cf de re p.* I 10,16 tantum de uita et de moribus solitum esse quaerere*, Diog. Laert.* II 45 *Sext. adu. math.* VII 8*;* tamen *(ita ex Gruteri coniectura r) uel* tum ς tam *plerique* hominibus omnibus *fere ⊿ positu a Ciceronis consuetudine alieno* omnibus hominibus ς *Manutius* 17 e] et *γφ* ex *Asc* I *t*

ticorum libris maximeque Platonis intellegi potest. Platonis autem 17
auctoritate, qui uarius et multiplex et copiosus fuit, una et consentiens duobus uocabulis philosophiae forma instituta est Academicorum et Peripateticorum, qui rebus congruentes nominibus differebant. nam cum Speusippum sororis filium Plato philosophiae quasi heredem reliquisset, duo autem praestantissimo studio atque doctrina Xenocratem Calcedonium et Aristotelem Stagiritem, qui erant cum Aristotele Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycio, illi autem qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium, coetus erant et sermones habere soliti e loci uocabulo nomen habuerunt. sed utrique Platonis ubertate completi certam quandam disciplinae formulam composuerunt et eam quidem plenam ac refertam, illam autem Socraticam dubitanter de omnibus rebus et nulla adfirmatione adhibita consuetudinem disserendi reliquerunt. ita facta est, quod minime Socrates probabat, ars quaedam philosophiae et rerum ordo et descriptio disciplinae. Quae quidem 18
erat primo duobus ut dixi nominibus una; nihil enim inter Peripateticos et illam ueterem Academiam differebat. abundantia quadam ingenii praestabat, ut mihi quidem uidetur, Aristoteles, sed idem fons erat utrisque et eadem rerum expetendarum fugiendarumque partitio.

Sed quid ago» inquit «aut sumne sanus qui haec uos doceo? 5
nam etsi non sus Mineruam, ut aiunt, tamen inepte quisquis Mineruam docet.»

---

1 max. Xenophontis intell. *ci Dauisius cl memor.* I 1,11 *(*IV 7,6*), sed uide Tusc.* V 4,11 *Quintil. inst. orat.* V 7,28 3 instituta *Δ (*~tutione *ς)* constituta *Γ. aegre dicas utrum aptius* 6 duo *Γπ, sed γ et π ab altera manu, φ a prima corr* duos, *ut reliqui (etiam* $\pi_1\pi_2\varrho$*) et r* praestantissimos *μν,ς tbm ft recte (uide Stangelii Tulliana* 49*), sed cf Tusc.* IV 1,2 praestanti sapientia et nobilitate Pythagoras, *de fin.* II 16,51 praestantissimis ingeniis homines, *similiter alias, in Anton.* XI 9,23 tuum istuc praestantissimum studium 7 Calchedonium *bmr* Chalc~ *Asc* II *t* Calcedonium *ut ΓΔ (*~nichū *ν* ~nicum *ς) ita Abrincensis de orat.* III 32,128 Stagiritem $\pi,\nu_1\gamma\varphi$ ~ten *μ(r)* Stagir|tem *ν* Stageritem *uel* ~rytem *uel* ~ridem *uel* Strageritem *ceteri* 9 quia *(ita ci r) uel* qui a $\pi\pi_1\varrho,\mu\nu_1\gamma\varphi$*;* illi qui autem φ_2 10 gignasium *π* gynn~ *γ,ς* ginn~ *φ,ς* 11 complecti *pr γ, φ,δ* complexi *ϑ (*ubertatem *unus ex his, ut Kraffertus progr. Auric.* 1883,12*)* 12 formam *Burneianus, 'fortasse recte' ait r* 13 dubitanter *b cl de inuent.* II 3,10 sine ulla adfirmatione simul quaerentes dubitanter unum quidque dicemus*;* dubitantem *Γt* dubitationem *Δ (sed* tionē *π in ras) r* 14 adhibita 9fuetudinē *in ras π;* consuetudine *μν* 15 *ante* quod *iteratum* disserendi *Δ (sed in ras paulo maiore, sub qua agnoscebam* .... ff... d . o, *π), idem ut uid in mg olim add, nunc del γ* 16 discriptio *m, cf p.* 38,7 19 mihi *om ς Rom* quidem *om ς Goerenzius* mihi uidetur quidem *ceteri, sed signis transponendi pr additis μ,* q̣dem *in ras π. usitatum ordinem etiam Lambinus restituerat; cf. p.* 54,1. 55,19 *s; Tusc.* III 34,84 uerum quidem haec hactenus *libri* 20 fugiendarumque *om π* 23 non sum Minerua γ_1*, pr γ* ~am $\nu_1\varphi,\varsigma$ *non* fuſ mıneruam *(*non *in ras, uid fuisse* ñ ſum ſuſ m~*) π*

Tum Atticus «Tu uero» inquit «perge Varro; ualde enim amo nostra atque nostros, meque ista delectant cum Latine dicuntur et isto modo.»

«Quid me» inquam «putas, qui philosophiam iam professus sim populo nostro me exhibiturum.»

19 «Pergamus igitur» inquit «quoniam placet. Fuit ergo iam accepta a Platone philosophandi ratio triplex, una de uita et moribus, altera de natura et rebus occultis, tertia de disserendo et quid uerum quid falsum quid rectum in oratione prauumue quid consentiens quid repugnet iudicando.

Ac primum illam partem bene uiuendi a natura petebant eique parendum esse dicebant, neque ulla alia in re nisi in natura quaerendum esse illud summum bonum quo omnia referrentur, constituebantque extremum esse rerum expetendarum et finem bonorum, adeptum esse omnia e natura et animo et corpore et uita. corporis autem alia ponebant esse in toto alia in partibus, ualetudinem uires pulchritudinem in toto, in partibus autem sensus integros et praestantiam aliquam partium singularum, ut in pedibus celeritatem, uim in manibus, claritatem in uoce, in lingua etiam explanatam uocum impressionem; animi autem quae essent ad comprehendendam ingeniis

---

4 professus iam *Γ* sum *μγφ,ϑς* 5 me iam *ν* me *om Δr, post* sim *addiderat Lambinus* 6 inquit *om ΓϑV, quod quidem abesse potest, cf p.* 46,16. 51,1. 22 *Brut.* 35,133 *al.* 6. 7 a Platone accepta *Rom. cf Augustinus de ciu. Dei* VIII 4 Plato .. philosophiam perfecisse laudatur, quam in tres partes distribuit, *c. Acad.* III 17,37 *Diog. Laert.* III 56 *Sextus adu. math.* VII 9 *Apoll. Sid. c.* 15,100 7 ratio philosophandi, *transpositum a correctore, π* una pars de *ci r cl de fin.* V 4,9, *sed cf de off.* II 14,48 9 uerum et quid *Δ* uerum sit quid *ex Dauisii coniectura r* consentiens] consequens sit *Krischius stud. Gotting.* 1845,178 *(55) adn.* 1, *sine* sit *b, cl Tusc.* V 24,68 *orat.* 32,115 *Lucull.* 28,91 *de leg.* I 24,62, *adde de diu.* II 72,150 *de fin.* I 19,63 *de leg.* I 17,45*; sed tamen in eadem re posuit* consentaneum esse *Lucull.* 7,22. 9,28, *et* consentanea et consequentia *copulauit de fin.* III 15,48, *cf de off.* II 5,18 *Tim.* 3,8*; de fin.* III 3,10 ratio nostra consentit, pugnat oratio 10 repugnat *σ. aequabilitatis causa uaria moliti sunt docti:* consentiat *nescio quis teste Goerenzio,* consentiens sit *Goerenzius cl orat.* 32,115 *Tusc.* V 24,68 *(Lucull.* 7,22*),* repugnans *ς Manutius tbr* repugnans esset *m* 11 primam *Δ praeter ς, quod uereor ut recte teneat r cl p.* 46,4. 49,7 partem illam *ς Rom r* artem *ci r, cf p.* 46,3*; de diu.* I 29,60 illa tertia pars rationis et mentis, *de fin.* V 4,9 repetebant *r; cf de fin.* IV 17,47 V 11,33 12 *(*nisi*)* in] a *μ, om ϑ* 13 summum illud *π (non ϱ ut uid), σμν, sed illud alterum magis uidetur esse ex usu Ciceronis, qui* illud summum bonum *habet de fin.* III 1,2, hoc s. b. *ibid.* IV 6,15, sua summa bona *ibid.* 16,45 referentur *σμφ,ς* reff~ *ν* 15 omnia e natura *om Γ (*omnia *add γ)* omnia a natura *ες bm, sed recte Turnebus 'secundum naturam: id enim* e *significat in hoc genere'; cf de fin.* V 9,26 ut aliud equo sit e natura aliud boui, *de leg.* I 21,56 16 ualitudinem *fere libri* 17 pulcritudinem *nonnulli uelut π,σμν* 18 singularium $\pi_1,\mu\varphi,\varsigma$ 20 expressionem *αβς, nonnulli adscripto altero, idque ci Manutius, scripsit Schuetzius. contulerunt de orat.* III 48,185 numerosum est in omnibus sonis atque uocibus quod habet quasdam impressiones et quod metiri possumus interuallis aequalibus*; 'τύπον uel τύπωσιν dicit' Turnebus* ingenii *Γς, cum Manutio aliisque del tbm,*

uirtutem idonea, eaque ab his in naturam et mores diuidebantur. naturae celeritatem ad discendum et memoriam dabant, quorum utrumque mentis esset proprium et ingenii; morum autem putabant studia esse et quasi consuetudinem, quam partim assiduitate exercitationis partim ratione formabant, in quibus erat philosophia ipsa. in qua quod inchoatum est neque *absolutum* progressio quaedam ad uirtutem appellatur, quod autem absolutum, id est uirtus, quasi perfectio naturae omniumque rerum quas in animis ponunt una res optima. ergo haec animorum; uitae autem (id enim erat tertium) adiuncta 21 esse dicebant quae ad uirtutis usum ualerent. iam uirtus in animi bonis et in corporis cernitur et in quibusdam quae non tam naturae quam beatae uitae adiuncta sunt. hominem enim esse censebant quasi partem quandam ciuitatis et uniuersi generis humani, eumque esse coniunctum cum hominibus humana quadam societate. ac de summo quidem atque naturali bono sic agunt; cetera autem pertinere ad id putant aut adaugendum aut [ad] tenendum, ut diuitias

sed Lambin ingeniis *recte interpretabatur: 'nam qui docilitate et memoria praestant, ingeniosi dicuntur, facileque comprehendunt ea, quae sunt ad bene uiuendum idonea'; cf de re p.* III 3,4 *de leg.* I 17,46 *de nat. deor.* II 2,5 *Tusc.* III 1,2*;* ingeniis *tertio casu positum putat r*

1 iis ς *Rom tbmr* hiis π_1,6μν et in mores *ex Halmi coniectura b. uide m, qui confert de fin.* IV 7,16 diuiserunt naturam hominis in animum et corpus *alia, et supra ad p.* 41,6 morem γφ 2 et ad memoriam γφ 3 esse *ci Orellius probante Halmio* 4 exercitationis assiduitate *Δtbr* (assiduitate* exercitionis, *prior* e *e corr,* μ*); cf pro S. Roscio* 53,154 adsiduitate molestiarum, *Tusc.* II 17,40 de consuetudine exercitationis, *de off.* II 15,53 consuetudine beneficentiae *(cf ibid.* 18,63*)* 5 ipsa philosophia *Γm* 6 incoatum γς incoactum *v* incohatum ς *r* absolutum δεθς *(*inchoatum est neque credo desit absolutum *Lincolnensis)* perfectum *non deterius* ς *Rom, om ceteri* 7 id est *del Krahnerus de Varrone ex Marciani Capellae satura supplendo cap.* I *(progr. Friedland.* 1846*) p.* 2, absolutum, uirtus, id est quasi *Christio auctore bm, et probabat t,* absolutum, ipsa uirtus, quasi *Kayserus eodem consilio sed prauo illo quidem, ut mihi uidetur cum r, si quidem hoc agitur ut illa moralis ratio intellegatur petita esse a natura; et cf p.* 52,11 facta . . . praue id est peccata 10 nam *Goerenzius tbmr. apparet Ciceronem disputationis Graecae capita ponere parum accurate excerpta; quare etiam quidquid in his est ταυτολογίας ferendum non abiciendum cum Dobraeo aduers.* II 372 uirtus animi bonis et corporis cernitur in quibusdam *Δ, et* in *quidem ante* animi *et* corporis *abesse potest, ut om r;* et *autem ante* in *tertium cum certe tenendum sit (nisi malis cum Bentleio* praeterquam *inserere ante* animi*), in illis quoque malui alterius codicum generis auctoritatem sequi* 12 enim *om Δtr,* autem *ci m, sed* enim *peraptum est, quoniam illa quae beatae uitae adiuncta sunt, i. e. patria parentes liberi amici alia, humana societate continentur; cf Sextus adu. math.* XI 45 esse *post* quandam *u.* 13 σμν 14 hominibus] omnibus *ex Ernesti coniectura b* humana] communi *ci I. F. Gronouius obseru.* III 6, *bm. cf de fin.* V 23,65 nihil est . . quod latius pateat quam coniunctio inter homines hominum, *ibid.* III 19,62 IV 2,4 *de off.* III 6,28. *consulto ea significari uidetur societas quae homini cum homine sit* καθ' ὅσον ἄνθρωπος, *ut ait Aristoteles eth.* VIII 13. 1161^{b} 8*; cf Augustinus de ciu. Dei* XIX 3 *sub fin. (ex Varronis de philosophia)* gentes quas ei societas humana coniungit 15 atque de naturali γφ 16 aut ad agendum *Δv* aut tenendum ς aut ad tuendum ς *Rom* aut tuendum *cum codice Mem-*

ut opes ut gloriam ut gratiam. ita tripartita ab his inducitur ratio 6 bonorum. Atque haec illa sunt tria genera, quae putant plerique 22 Peripateticos dicere. id quidem non falso, est enim haec partitio illorum; illud imprudenter, si alios esse Academicos qui tum appellarentur alios Peripateticos arbitrantur. communis haec ratio, et utrisque hic bonorum finis uidebatur, adipisci quae essent prima in natura quaeque ipsa per sese expetenda aut omnia aut maxima; ea sunt autem maxima, quae in ipso animo atque in ipsa uirtute uersantur. itaque omnis illa antiqua philosophia sensit in una uirtute esse positam beatam uitam, nec tamen beatissimam, nisi adiungerentur etiam corporis et cetera quae supra dicta sunt ad uirtutis usum 23 idonea. ex hac descriptione agendi quoque aliquid in uita et officii ipsius initium reperiebatur, quod erat in conseruatione earum rerum quas natura praescriberet. hinc gignebatur fuga desidiae uoluptatumque contemptio, ex quo laborum dolorumque susceptio multorum magnorum*que* recti honestique causa et earum rerum quae erant congruentes cum praescriptione naturae; unde et amicitia exsistebat

miano Lambinus r (quia Gracci solcant in hac re ponere φυλάττεσθαι*)* aut ad tenendum *fere ceteri.* aut ad augendum *(hoc cum Victorio)* aut ad tenendum *commendat Deiterus progr. Auric.* 1892,21 *cl p.* 50,7 *et de fin.* II 13,40 *cum adnotatione Madvigii, quae non satis apta sunt*

1 tripartita *an* tripertita *in archetypo fuerit ambiguum:* triptita *compendio dubio* πρ,γφφ$_1$6μν$_1$,ς ~part~ *v cum aliis* iis ς *Rom tbmr* hiis π_1,6μν 4 tum *Asc* I dum *ΓΔ;* appellantur γφ *m.* 'uerendum est ut qui tum appellarentur *recte emendatum sit; exspectares saltem* q. tum appellabantur' *t, unde b eam coniecturam recepit, m uerbis* qui dum *crucem praefixit. at quod oratione recta esset* qui tum appellabantur, *id si oblique enuntiare uolebat scriptor (id quidem non necessario sed certe non falso),* appellarentur *ponendum erat nihil aliud:* tum cum uidebantur quo modo uiderentur id quaeritur *est in Lucullo* 27,88, uideo igitur causas esse permultas quae istum impellerent *pro S. Rosc.* 33,92, *cum absolute esset* multae causae istum impellebant, *similiter accus.* IV 6,11 ueri simile non est ut ille . . . religioni suae . . . pecuniam anteponeret, *et sunt propinqua quaedam alibi; cf de nat. deor.* I 27,77 *ex.* qui ita tum *ci r* 6 uidebatur *Asc* I uidetur γφ,ς uideatur *ceteri* prima in *Γ*δεθς in prima *ceteri* prima *(om* in*) tbmr auctore Dauisio cl de fin.* II 11,33 quae prima data sint natura*;* prima naturae *ci Bremius de fin. l. d. mihi non incredibile uidetur Ciceronem, cum sibi τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν primum dicenda essent Latine, ea esse uoluisse* prima in natura, *quem ad modum iis quae* prima secundum naturam *nominentur similia esse dicit* prima in animis *de fin.* V 7,18 9 antiqua illa *Γ (om plura turbans v,* illa ant. $\nu_1\varphi_2$*); cf de re p.* II 10,18 omnique illo antiquo . . errore sublato 11 etiam *Γπ* et ω *tbmr; cf de re p.* III 3,5 *de fin.* III 21,72 12 discriptione *m, cf p.* 38,7 13 *conicias fuisse* in conseruatione sui et in appetitione earum rerum, *cf de fin.* V 9,24 omne animal . . id agit ut se conseruet, quod hic ei primus . . appetitus a natura datur, se ut conseruet atque ita sit affectum ut optime secundum naturam affectum esse possit. hanc initio institutionem confusam habet et incertam, ut tantum modo se tueatur . . . cum autem processit paulum . . . tum . . . coeptatque et ea quae naturae sentit apta appetere et propulsare contraria*; ibid.* III 6,20 IV 10,25. 13,34. 28,78 15 contentio ρ,ς 16 que ω *soli. possis etiam* m. et magnorum 17 descriptione *Δr. uide u.* 14 *Lucull.* 46,140 'adpetitus *siue* adpetitio *uel simile substantiuum, quod sit contrarium su-*

et iustitia atque aequitas, eaeque et uoluptatibus et multis uitae commodis anteponebantur.

Haec quidem fuit apud eos morum institutio et eius partis quam primam posui forma atque descriptio. de natura autem (id 24
enim sequebatur) ita dicebant ut eam diuiderent in res duas, ut altera esset efficiens, altera autem quasi huic se praebens, eaque efficeretur aliquid. in eo quod efficeret uim esse censebant, in eo autem quod efficeretur tantum modo materiam quandam; in utroque tamen utrumque: neque enim materiam ipsam cohaerere potuisse si nulla ui contineretur, neque uim sine aliqua materia; nihil est enim quod non alicubi esse cogatur. sed quod ex utroque, id iam corpus et quasi qualitatem quandam nominabant — dabitis enim profecto ut in rebus inusitatis, quod Graeci ipsi faciunt a quibus haec iam diu tractantur, utamur uerbis interdum 7
inauditis.» «Nos uero» inquit Atticus; «quin etiam Graecis licebit 25
utare cum uoles, si te Latina forte deficient.» «Bene sane facis; sed enitar ut Latine loquar, nisi in huiusce modi uerbis, ut philosophiam aut rhetoricam aut physicam aut dialecticam appellem, quibus ut aliis multis consuetudo iam utitur pro Latinis. quali-

---

periori fugas,' *aut post* rerum *u.* 16 *aut post* naturae *intercidisse censet t, quod satis probabile dicit m; at uerissime Helmius continuari monet* recti honestique et earum rerum

1 eaeque *t* ea eque *μγφ* ea⁎eque *σ* ea que *ν* haeque *uel* heque *Δ (*heaeque π_1 h(a)ecque *ς)* haec *Lambinus* et *prius tacite om r* multis] cunctis *ci Dauisius* 2 añ|ponebant* *σ* 3 partis *Walkerus* artis *ΓΔ; cf p.* 43,11. 49,7 4 discriptio *m, cf p.* 38,7 5 docebant *Γ (*~bat *μ), quod quamquam singulare est cum* ita *coniunctum tamen uerum esse non posse haud contenderim* 6 ea quae *σνφ,ς t;* eaque *(ita uel* ea que *libri plerique) uolo esse* et ea res, *ut statim* in eo quod efficeretur *et p.* 53,22 *simillime;* ea qua *Manutius b* ex qua *Turnebus Lambinus, idem uel* eaque ex qua *uel* ea ex qua *uel* ex eaque *probans* ex eaque *scripsit m, idem ex sua coniectura r* 7 efficerentur *Γ, pr* ϱ ~ret ς 8 tantum modo *om Δ tbmr, sed t dubitans, et certe non propter ea reiciendum est quae proxime secuntur, praesertim cum ea ipsa non satis accurate expressa uideantur e Graecis, quae talia fuerint* οὐδέτερον δ' ἄνευ θατέρου εἶναι δυνατόν. *cf Lactantius diu. inst.* VII 3,1 Stoici naturam in duas partes diuidunt, unam quae efficiat, alteram quae se ad faciendum tractabilem praebeat: in illa prima esse uim sentiendi, in hac materiam, nec alterum sine altero posse *(*esse posse *Parrhasius* quicquam posse *Brandtius)* 10 uim esse sine *Christio auctore b, quod intellegendum potius quam scribendum* 11 nihil . . . cogatur *ex Lambini suspicione del Huelsemannus; cf Plato Tim.* 52 *AB* quod ex utroque constaret, id corpus *ci m.* τὸ δ' ἐξ ἀμφοῖν ἤδη σῶμα καὶ ποιότητα ἐκάλουν. *de ellipsi cf m uol.* I *p.* 238,13 *de off. (a.* 1882*) p.* 16,9 *Plutarchus de commun. notit.* 50 *p.* 1085 *E* τὴν μὲν οὐσίαν καὶ τὴν ὕλην ὑφεστάναι ταῖς ποιότησι λέγουσι *(Stoici)* . . . τὰς δὲ ποιότητας αὖ πάλιν οὐσίας καὶ σώματα ποιοῦσι· ταῦτα δὲ πολλὴν ἔχει ταραχήν *etiam apud Ciceronem, cf p.* 48,3. 11. 13 13 habitis *Γ (cum ras corr γ,* ~tus φ_2*)* habetis *uel* habebitis ς 17 enitar inquit *Durandus, cf ad p.* 43,6

1 n ut in *sed* ut *linea del π* eiuscemodi *Γϑ* 18 ut rhetoricam *ci t cl de fin.* III 2,5, *at ibi est* ut ipsa philosophia ~cen *uel* ~cem *in tribus nominibus* ς ~cen *Manutius*

litates igitur appellaui quas *ποιότητας* Graeci uocant, quod ipsum apud Graecos non est uulgi uerbum sed philosophorum, atque id in multis; dialecticorum uero uerba nulla sunt publica, suis utuntur. et id quidem commune omnium fere est artium; aut enim noua sunt rerum nouarum facienda nomina aut ex aliis trans- 5
ferenda. quod si Graeci faciunt, qui in his rebus tot iam saecla uersantur, quanto id nobis magis concedendum est, qui haec nunc
26 primum tractare conamur.» «Tu uero» inquam «Varro bene etiam meriturus mihi uideris de tuis ciuibus, si eos non modo copia rerum auxeris, ut effecisti, sed etiam uerborum.» «Audebimus ergo» 10
inquit «nouis uerbis uti te auctore, si necesse erit. — Earum igitur qualitatum sunt aliae principes aliae ex his ortae. principes sunt unius modi et simplices, ex his autem ortae uariae sunt et quasi multiformes. itaque aer (hoc quoque utimur enim pro Latino) et ignis et aqua et terra prima sunt; ex his autem ortae animantium 15
formae earumque rerum quae gignuntur e terra. ergo illa initia et, ut e Graeco uertam, elementa dicuntur; e quibus aer et ignis mouendi uim habent et efficiendi, reliquae partes accipiendi et quasi patiendi, aquam dico et terram. quintum genus, e quo essent astra

---

1 *ποιότητας in mg μγ,ς* poeotetas $\sigma\varphi_1\varphi_2$*,ε* poeotecas *γφ* poeothetas *π,αζς* poetjtas, j *ex* e *μ* poeticas *ν,* poticas *ν, alii aliter* uocant] appellant *γm* 3 dialeticorum *Γ praeter* φ_2*,* ς 5 *cf ad p.* 53,25 *Plutarchus cf Hieronymus comm. in epist. ad Galat.* 3,26 *t.* VII 1 *col.* 516 *C Vall.* ut autem et nos nobis fingendorum nominum licentiam praesumamus, rebus quippe nouis, ut ait quidam, noua fingenda sunt nomina *(cf de fin.* III 1,3 *de nat. deor.* I 17,44 *orat.* 62,211 *frg. K* 10 *p.* 412 *m) Martianus Capella* V 510 6 hiis *σμν,ς* iis ς *Rom* s(a)ecla *π,βες* s(a)ecula *ceteri* 7 nobis magis *γφ,ϑ* ~maius *σμν* magis nobis *fere Δ (et r), sed* magıſ *ex* maıuſ *ft pr π. in simillima sententia scripsit de fin.* III 2,5 quanto id nobis magis est concedendum 9 meritus $\gamma\varphi_1\varphi_2$*,ϑς* ~tis *φ* 10 ut fecisti ς *Lambinus* uti (utei) ~ *Klotzius bm; efficere laboris est* 11 erit *Γπ,ϑς* fuerit *liber Poggii Rom* est *ceteri Victorius* 12 iis ς *Rom tbm* hiis π_1*,σμν,ς* 13 vnı moı̄ *ita scriptum ut legi possit* hui~ *μ* huius mo͞i *non satis perspicue ν* iis ς *Rom tbm* hiis π_1*,σμν,ς* uarie orte *γ(m)* uarie *(om* ortae*) μ* 14 hoc *om Δr (hic* aer quoque — utimur enim pro Latino — *prae)* utimur *(*utuntur π_1*)* enim *ΓΔ, nisi quod* enim *om liber Poggii et Rom;* utimur iam *cl p.* 46,19 *tb* enim utimur iam *m (in adnotatione scribit 'poteram etiam* hoc quoque utimur enim iam'*), qui idem ad uol.* I *p.* 164,26 *cum Madvigio obseruat Ciceronem nusquam* quoque enim *aut* enim quoque *scripsisse nisi forte minus diligenter de fin.* II 33,108*; quo magis tenendum puto id quod libri praebent; nam in* enim *quarto loco posito non magis haerendum est quam in* autem *uelut de diu.* II 57,117 quid tam diuinum autem *et* quando ista uis autem, *pro Cluent.* 60,167 *aut in* igitur *de diu.* I 15,27 ille mihi uidetur igitur uere augurari et *om Δ praeter Balliolensem* 15 primae *Burneianus, Walkero auctore tb* iis ς *Rom tbm* hiis π_1*,μν,ς* 16 et *om Bodleianus Manutius, sed dicit* ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα, *cf Dielsius de elemento p.* 69 18 reliqua partis *ex Halmi coniectura bm, ut* partis *quartus casus esset. apte r contulit Tusc.* I 17,40 eam porro naturam esse quattuor omnia gignentium corporum, ut . . . terrena et umida . . . in terram et in mare ferantur, reliquae duae partes, una ignea altera animalis, . . . in caelestem locum subuolent; *Tim.* 5,16

mentesque, singulare eorumque quattuor quae supra dixi dissimile
Aristoteles quoddam esse rebatur. Sed subiectam putant omnibus 27
sine ulla specie atque carentem omni illa qualitate (faciamus enim
tractando usitatius hoc uerbum et tritius) materiam quandam, ex
qua omnia expressa atque effecta sint, quae tota omnia accipere possit
omnibusque modis mutari atque ex omni parte eoque etiam interire,
non in nihilum sed in suas partes, quae infinite secari ac diuidi
possint, cum sit nihil omnino in rerum natura minimum quod di-
uidi nequeat. quae autem moueantur omnia interuallis moueri, quae
interualla item infinite diuidi possint. Et cum ita moueatur illa uis 28
quam qualitatem esse diximus, et cum sic ultro citroque uersetur,
et materiam ipsam totam penitus commutari putant et illa effici
quae appellant qualia; e quibus in omni natura cohaerente et con-
tinuata cum omnibus suis partibus unum effectum esse mundum,
extra quem nulla pars materiae sit nullumque corpus; partis autem
esse mundi omnia quae insint in eo, quae natura sentiente teneantur,
in qua ratio perfecta insit, quae sit eadem sempiterna (nihil enim 29
ualentius esse a quo intereat); quam uim animum esse dicunt mundi,
eandemque esse mentem sapientiamque perfectam, quem deum ap-
pellant, omniumque rerum quae sunt ei subiectae quasi prudentiam
quandam procurantem caelestia maxime deinde in terris ea quae

---

1 singulare π,ς ~res *ceteri* quatuor *π, alii* 2 putant *liber Poggii Rom* putat *reliqui Δ* putabant *Γ* 4 et tritius] contritius *γφ permutatis compendiis* ר *et* ɔ. et contritius *m* ex] e *νγφ,ς tbm* 5 efficta *Turnebo auctore Lambinus, quod non falsum iudico ut r, sed non satis certum* tota omnia *cum cruce t* tot formas *Bentleius* formas omnis *ex Dauisii coniectura b* sola omnia *Ranconetus apud Guietum* una omnia *m* omnia *(del* tota*) ci Heinius philol.* XXIV 484. *de* omnia *cf Lucull.* 37,118 ex materia in se omnia recipiente, tota *cl u.* 12 *de nat. deor.* III 39,92 *aliis satis defendit r.* '*Plato . . pro hoc* tota *habet κατὰ πᾶν ἑαυτοῦ' (Tim.* 51 *A) Faber* possit *δεϑ* possunt *μγφ* possint *ceteri* 6 mutari ς *ut uid, Dauisius* mutare *ΓΔ, cf u.* 12 *(διασχηματιζόμενον Plato Tim.* 50 *C)* eque *Γ* eamque *Christius* atque *m* eaque *de Dauisii coniectura t eadem sententia qua* etiam omnia interire *ci Lambinus, contra quem recte Faber* '*de materia ipsa tutius fuerit opinor accipere*'. eoque *non* atque adeo *esse iudico ut r sed* et ea re *ut de fin.* III 5,16 nisi sensum haberent sui eoque se diligerent, *de nat. deor.* II 11,30 11 qualitatem *cf ad p.* 46,11 citroque *Γ* introque *πρ* que π_1 in utroque *ω* 12 et] etiam *t* materiam *(*iam *add* $\nu_2\gamma\varphi$*)* totam ipsam *Γ* illa] ita ς *ut uid, Manutius* 13 in *ex suspicione Dauisii del tbm, qui praeter m etiam illa* cum omnibus suis partibus *a* natura *seiungunt* cohercente *πρ (sed in mg* coherente *π* choerente *ρ), ω praeter ϑ* 14 unum *om Δr; cf Tim.* 4,12. 5,16 *de nat. deor.* II 33,84 15 quẽ, e *in ras pr ut uid π* qu(a)eque *γφ* materiae *(*materia *φ)* pars *Γm non praestantius opinor altero in hac quidem sententia, qua non de certis quibusdam materiae partibus agitur sed* nulla pars *ponitur ut* nihil *uel* ne minimum quidem*: cf Tusc.* III 20,49 uoluptatem . . . in qua uirtutis nulla pars insit, *ibid.* V 6,15 uitae beatae nullam partem relinquunt, *Tim.* 5,16 ut nulla pars huiusce generis excederet extra partes *μ,ς m* 19 esse *om Γ* 20 *post* appellant *non incidunt tb* sint *m* prouidentiam *Lambinus, sed uide de nat. deor.* II 22,58

pertineant ad homines; quam interdum eandem necessitatem appellant,
quia nihil aliter possit atque ab ea constitutum sit, inter*dum* ** quasi
fatalem et immutabilem continuationem ordinis sempiterni; non num-
quam quidem eandem fortunam, quod efficiat multa improuisa et
necopinata nobis propter obscuritatem ignorationemque causarum. 5
8
30 Tertia deinde philosophiae pars, quae erat in ratione et in dis-
serendo, sic tractabatur ab utrisque. quamquam oriretur a sensibus
tamen non esse iudicium ueritatis in sensibus. mentem uolebant
rerum esse iudicem, solam censebant idoneam cui crederetur, quia
sola cerneret id quod semper esset simplex et unius modi et tale 10
quale esset (hanc illi *ἰδέαν* appellabant iam a Platone ita nomi-
31 natam, nos recte speciem possumus dicere). sensus autem omnis
hebetes et tardos esse arbitrabantur nec percipere ullo modo res eas
quae subiectae sensibus uiderentur, quod essent aut ita paruae ut
sub sensum cadere non possent, aut ita mobiles et concitatae ut 15
nihil umquam unum esset *et* constans, ne idem quidem, quia con-
tinenter laberentur et fluerent omnia. itaque hanc omnem partem

---

1 pertineant $\pi\pi_1$, *ϱ e corr, νγφ,ς* ~nent *pr* ϱ, *μ, fere ω* 2 esse possit *Lambinus, cf paulo infra* inter *ΓΔ sed* interdum π_1*; hoc idem et* item*, quod coniecerat Bentleius, in mg habent* $\pi\pi_2\varrho$. inter *cum cruce posuit t, delendum esse coniciebat Muellerus philol.* XIX 629*, tenet r eum usum loquendi agnoscens quo Liuius scribit uelut* XXIII 2,1 maxime tamen inter corrupta omnia licentia plebis *et alii similiter, sed nemo cum singulari numero, nedum Ciceronem ita scripsisse credam; ad* possit *autem infinitiuus, quem docti ex illo* inter *effici uoluerunt* (fieri *ci Manutius,* ire *ci Dauisius,* euenire *Turnebus bm,* interuenire *ci t), non requiritur, cf Lucull.* 26,82 *Maduigius de fin.* IV 18,48 V 28,84*; itaque* interdum *uerum iudico, ut* interdum . . . interdum . . . non numquam *pariter posita sint (ut* saepe . . . non numquam . . . interdum, quondam *de diu.* I 48,98*) in commemorandis explicandisque nominibus ἀνάγκης εἱμαρμένης τύχης, de quibus cf r. post* interdum *u.* 2 *interciderit* fatum id est seriem *(uel* s. causarum*), cf de nat. d.* I 20,55 *de diu.* I 55,125. 56,127 *de fato* 9,19 *fr.* 2 *Aetius plac.* I 28,4 *εἱμὸν αἰτιῶν τοντέστι τάξιν καὶ ἐπισύνδεσιν ἀπαράβατον, Gell.* VII 2 *in.* 3 num numquam *πρ* 4 quidem *om Γtbm;* nonnumquamque idem *conicio (cf p.* 38,10*)* 4.5 *Lactantius diu. inst.* III 29,2 *s* philosophi . . . fortunae sexum mutant eamque non deam sicut uulgus sed deum esse dicunt. eundem tamen interdum naturam interdum fortunam uocant, 'quod multa' inquit Cicero 'efficiat inopinata nobis . . . causarum'. *ibid.* 18 stultitia igitur et error et caecitas et, ut Cicero ait, ignoratio rerum atque causarum naturae ac fortunae nomina induxit 4 et *Lambinus (cf Tusc.* III 13,28. 19,45*)* haec *uel* hec *ΓΔ* ac *Halmio auctore r* 6 oratione $\nu_1\varphi_1\varphi_2$*, ci Lambin; uide de fin.* IV 7,18 7 oreretur *tb* 8 tñ ñ *in ras π* non *om Γ* 9 esse rerum *νγφ,ς tb* 11 idean *μ* ideam *uel* ydeam *ceteri* appellant *π,γ tbmr* appellabantur *pr μ* iam *om μ;* iam . . . nominatam *del m ut quae* '*non uideatur Cicero scripsisse*'*, sed cf Tusc.* I 24,58 *orat.* 3,10 12 omnes *μ,ς m* 13 percipi *ex Christii sententia b,* '*quod perceptio sit mentis, non sensuum*'*; at id ipsum negatur* eas] ullas *γφ tbm* 14 quod *Γ* quae *Δr* aut ita essent $\gamma_1\varphi$ *tbm* autem ita essent *γ* 15 sensu *γ,ς* 16 et *add t,* aut *r, cf Lucull.* 42,129 *de har. resp.* 9,18*; nam* nihil unum *coniungenda esse, quod in adnotatione ait r, non credo* ne idem *Manutius* eidem *ΓΔ (*eisdem $\varphi_1\varphi_2$*)* et idem *(del* quidem*) Walkerus* 17 *s Nonius p.* 148 opinabile Cicero Academicorum lib. I 'itaque h. o. artem r. o. appellabat' *(sic libri testibus superioribus: Lindsayus* ~bant *nulla adnotatione). cf Tim.* 2,3

rerum opinabilem appellabant; scientiam autem nusquam esse censebant nisi in animi notionibus atque rationibus. qua de causa definitiones rerum probabant et has ad omnia de quibus disceptabatur adhibebant; uerborum etiam explicatio probabatur, id est qua de causa quaeque essent ita nominata, quam *ἐτυμολογίαν* appellabant; post argumentis quibusdam et quasi rerum notis ducibus utebantur ad probandum et ad concludendum id quod explanari uolebant. in qua tradebatur omnis dialecticae disciplina, id est orationis ratione conclusae; huic quasi ex altera parte oratoria uis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuae ad persuadendum accommodatae. Haec forma erat illis prima, a Platone tradita; cuius quas acceperim dissupationes si uultis exponam.»

«Nos uero uolumus» inquam, «ut pro Attico etiam respondeam.»

«Et recte quidem» inquit «respondes; praeclare enim explicatur Peripateticorum et Academiae ueteris auctoritas.»

«Aristoteles igitur primus species quas paulo ante dixi labe- 9

1 opinabilium *Goerenzius* 2 notionibus *(i. e. ἐννοίαις, cf Tusc.* I 24,57*) ex 'codice uno uetere' Lambinus* motionibus *ΓΔ, quod Turnebus et Faber defendunt non apte ad persuadendum; nam Plato leg.* X *p.* 897 *c non conferendus est* diffinitiones *fere libri* 4 explicari *Γ (corr γ)* probatur *fere ω* 5 esset *μ (sed pr corr* essent*), π,αβς. fuitne* quaeque res esset *?* ethymologiam *uel* ethim~ *libri* appellant *ς Rom* 6 quibusdam *om Δr* notis ducibus *ΓΔ, nisi quod* motis ~ *$γ_1$φ, pr γ.* notis *(om* ducibus*) Manutius* notationibus *t cl top.* 2,10. 8,35*, sed ibidem* sunt uerba rerum notae*;* et rerum notis quasi ducibus *Dauisio auctore (cl de fin.* III 15,49*) bm (Vahlenus prooem.* 1899/1900,16 *confert Tusc.* IV 30,64 *de nat. deor.* I 15,40*); mihi non satis certum est Ciceronem* quasi *uoluisse* ducibus *potius quam* rerum notis *adiungere:* quasi signa quaedam et notas *Lael.* 17,62, nomina tamquam rerum notas *de fin.* V 25,74 7. 8 in quo *Manutius br* denique *m* ibique *ci Dauisius* itaque *Huelsemannus* ita *Maduigius emend.* 117 in qua *cum cruce t, quod mihi a Cicerone neglegenter scriptum uidetur cum aliis et referendum ad tertiam philosophiae partem, de qua his omnibus agitur; cf p.* 53,22*, et quo referimus* in qua *p.* 44,5*? cf de nat. deor.* I 8,20 *in.* 8 tractabatur *σ* dialetice *uel* dyal~ *Γ* dialectica *uel* dialetica *uel* dyal~ *fere ω* 9 conclusa *ϱ, fere ω* oratoria *del t,* dicendi *del Turnebus; cf p.* 4,12 *Brut.* 75,261 cum ad hanc elegantiam uerborum Latinorum, quae etiam si orator non sis et sis ingenuus ciuis Romanus tamen necessaria est, adiungit illa oratoria ornamenta dicendi*, de orat.* III 21,80 quique ad eam *(dialecticam)* rationem adiungat hunc rhetoricum usum moremque exercitationemque dicendi*, de fin.* V 4,10 *de inu.* I 23,33 10 accommodate *malebat Ernestus* 11 forma *cum Δ om docti praeter t* prima] primum *Krischius p.* 197 *(75) adn. t* forma *Maduigius bm cl p.* 42,3. 46,4 *de fin.* IV 8,19 *in.* V 4,9 *Tusc.* III 17,38 *ex.* disciplina *praeeunte Dauisio Klotzius* prima forma *r* tradita disciplina *Krischius cf de re p.* II 29,51 quare prima sit haec forma .. tyranni inuenta nobis in ea re p. 12 dissupationes *Baiterus (apud t), qui eandem corruptelam monstrauit de orat.* III 54,207*;* disputationes *ΓΔ* immutationes *(ita t) uel* mut~ *ci Dauisius* commut~ *Krischius l. d.* 14 quidem *om Δtbmr; cf. de re p.* III 32,44 'sic plane iudico'. 'et rectissime quidem iudicas*, de leg.* I 5,16 inquit *Atticus; cf de leg.* I 13,35 *ibique Vahlenus. deinde continuatur oratio Varronis nomine non addito, ut p.* 46,16. 51,21 16 igitur *om Δr; cf p.* 47,11. 51,21 *Brut.* 35,133

factauit, quas mirifice Plato erat amplexatus, ut in iis quiddam diuinum esse diceret. Theophrastus autem, uir et oratione suauis et ita moratus ut prae se probitatem quandam et ingenuitatem ferat, uehementius etiam fregit quodam modo auctoritatem ueteris disciplinae; spoliauit enim uirtutem suo decore imbecillamque reddidit, 5
34 quod negauit in ea sola positum esse beate uiuere. Nam Strato eius auditor quamquam fuit acri ingenio tamen ab ea disciplina omnino semouendus est; qui cum maxime necessariam partem philosophiae, quae posita est in uirtute et in moribus, reliquisset totumque se ad inuestigationem naturae contulisset, in ea ipsa pluri- 10
mum dissedit a suis. Speusippus autem et Xenocrates, qui primi Platonis rationem auctoritatemque susceperant, et post eos Polemo et Crates unaque Crantor in Academia congregati diligenter ea quae a superioribus acceperant tuebantur. Iam Polemonem audiuerant
35 assidue Zeno et Arcesilas. sed Zeno, cum Arcesilam anteiret aetate 15
ualdeque subtiliter dissereret et peracute moueretur, corrigere conatus est disciplinam. eam quoque si uidetur correctionem explicabo, sicut solebat Antiochus.»

«Mihi uero» inquam «uidetur, quod uides idem significare Pomponium.» 20

10 «Zeno igitur nullo modo is erat qui ut Theophrastus neruos uirtutis inciderit, sed contra qui omnia quae[que] ad beatam uitam pertinerent in una uirtute poneret nec quicquam aliud numeraret in bonis idque appellaret honestum quod esset simplex quoddam et
36 solum et unum bonum. cetera autem etsi nec bona nec mala essent 25

1 *Nonii pars codicum p.* 470 Cicero Academicorum lib. I 'quas mirifice Plato *(uel* Plauto*)* erat amplexari *(*amplexari *lemma uid ad proxima pertinens, per quod interciderit* amplexatus*)* iis *Rom* hiis $π_1$,σμνν$_1$,ς his *ceteri* 3 prae se *post* quandam *γφ tbm. cf de leg. agr.* II 2,4 uocem unam prae uobis indicem uestrarum erga me uoluntatum ac studiorum tulistis ferret *Ernestus b* 9 in *ante* moribus *om μγφ,ς tbmr; cf p.* 41,6 10 se *om γφ,ς* 11 discedit *ν,εϑς* 12 Polemon *Γ* 13 Crantor *ex* Cratero *γ, ex* Crator *π et* $φ_2$ Crator $π_1$ϱ,σμνν$_1$,φφ$_1$,ς eis *π,εζς* 14 utebantur *Δ. de mendo cf de leg.* II 18,45 *(p.* 129,4 *V.)* audiuerant***, nt *in ras π* audierant *ν,ς* audiuerunt *ς Rom* 15 Archesilaus *ζ* ~las *fere ceteri* Archesilam $π_1$,ν,ς, *e corr π et γφ* ~las *pr γφ,* $φ_1φ_2$ arceſilla^{h}3 *(corr pr) μ* Archesilaum *pr π,* ϱ*, ceteri* 16 moueretur *cum cruce b* partiretur *(et* definiret *pro* dissereret*) Bentleius; uide Vahlenum de leg. p.* 130,2*, qui confert epist.* XV 21,4 ingenium eius .. extuli laudibus ... quod ita iudicabam: acute mouebatur *(cf Lucull.* 11,34. 15,47*)* 18 Antiocus *uel* Anthiocus *uel* Anthiochus *nonnulli* 21 neruis *π* 22 incideret *primo Chisianus, Lambinus (ex 'uetere codice') Dauisius bm* ~rent *ν.* inciderit *quamuis dubitans reliqui cl pro Sulla* 11,32 ecquem tu horum ... aut tam sceleratum statuis fuisse ut haec omnia perire uoluerit, aut tam miserum ut et se perire cuperet et nihil haberet quod saluum esse uellet*, accus.* II 46,113 *(Lieuenus 'die consec. temp. des Cicero' p.* 11 *et* 45*)* quae ς qu(a)eque *ceteri* quaecumque *ci r p.* VIII 25 *omissa per neglegentiam turpitudinis mentio. de sequentibus cf Arius Didymus apud Stobaeum ecl.* II 7,7^{a} *uol.* II *p.* 79,18 *W.* καὶ

tamen alia secundum naturam dicebat alia naturae esse contraria; his ipsis alia interiecta et media numerabat. quae autem secundum naturam essent ea sumenda et quadam aestimatione dignanda docebat, contraque contraria; neutra autem in mediis relinquebat, in quibus ponebat nihil omnino esse momenti. sed quae essent sumenda 37
ex iis alia pluris esse aestimanda alia minoris. quae pluris ea praeposita appellabat, reiecta autem quae minoris. atque ut haec non tam rebus quam uocabulis commutauerat, sic inter recte factum atque peccatum officium et contra officium media locabat quaedam, recte facta sola in bonis actionibus ponens, praue id est peccata in malis; officia autem conseruata praetermissaque media putabat ut
dixi. cumque superiores non omnem uirtutem in ratione esse di- 38
cerent sed quasdam uirtutes quasi natura aut more perfectas, hic omnis in ratione ponebat; cumque illi ea genera uirtutum quae su-

---

τὰ μὲν (scil. τῶν ἀδιαφόρων) εἶναι κατὰ φύσιν τὰ δὲ παρὰ φύσιν τὰ δὲ οὔτε παρὰ φύσιν οὔτε κατὰ φύσιν. 7[b] *p.* 80,14 *ἔτι δὲ τῶν ἀδιαφόρων τὰ μὲν πλείω ἀξίαν ἔχειν τὰ δ' ἐλάττω· καὶ τὰ μὲν καθ' αὑτὰ τὰ δὲ ποιητικά· καὶ τὰ μὲν προηγμένα τὰ δ' ἀποπροηγμένα τὰ δ' οὐδετέρως ἔχοντα. προηγμένα μὲν ὅσα ἀδιάφορα ὄντα πολλὴν ἔχει ἀξίαν, ὡς ἐν ἀδιαφόροις· ἀποπροηγμένα δὲ ὅσα πολλὴν ἔχει ἀπαξίαν ὁμοίως· οὔτε δὲ προηγμένα οὔτε ἀποπροηγμένα ὅσα μήτε πολλὴν ἔχει ⟨ἀξίαν μήτε πολλὴν⟩ ἀπαξίαν.* 7[e] *p.* 82,20 *πάντα δὲ ⟨τὰ⟩ κατὰ φύσιν ληπτὰ εἶναι, καὶ πάντα τὰ ⟨παρὰ⟩ φύσιν ἄληπτα.* 7[f] *p.* 83,10 *πάντα δὲ τὰ κατὰ φύσιν ἀξίαν ἔχειν, καὶ πάντα τὰ παρὰ φύσιν ἀπαξίαν.* 7[g] *p.* 84,18 *τῶν δ' ἀξίαν ἐχόντων τὰ μὲν ἔχειν πολλὴν ἀξίαν τὰ δὲ βραχεῖαν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀπαξίαν ἐχόντων ἃ μὲν ἔχειν πολλὴν ἀπαξίαν ἃ δὲ βραχεῖαν. τὰ μὲν ⟨οὖν⟩ πολλὴν ἔχοντα ἀξίαν προηγμένα λέγεσθαι, τὰ δὲ πολλὴν ἀπαξίαν ἀποπροηγμένα, Ζήνωνος ταύτας τὰς ὀνομασίας θεμένου πρώτου τοῖς πράγμασι. his, quae ex copiosa Didymi narratione excerpsi, accurate collatis elucet quo nomine Cicero errauerit, siue illa partitione τὰ μὲν προηγμένα τὰ δ' ἀποπροηγμένα (p. 80,16) perperam relata ad τὰ πλείω ἀξίαν ἔχοντα, cum deberet referri ad ἀδιάφορα, siue deceptus, quod Maduigius statuit de fin. III 15,50, 'a Graeco scriptore, qui minus accurate locutus esset, ut facit Sext. Emp. Pyrrh. Hypotyp. III 191', qui quidem προηγμένα appellat τὰ ἱκανὴν ἔχοντα ἀξίαν, ἀποπροηγμένα autem τὰ μὴ ἱκανὴν ἔχοντα ἀξίαν, quae idem adu. math. XI 62 rectius τὰ ἱκανὴν ἀπαξίαν ἔχοντα; cf I. Lipsius manud. ad Stoic. philos. p. 102. aliter nec mihi quidem probabilius r. certe haec nec mutando expedienda sunt cum Dauisio, qui* media *ci pro* sumenda *u.* 5, *nec resecando cum Halmio, qui illa* his ipsis . . . numerabat *u.* 2 *etiam nescio quo modo de latinitate suspecta habet, nec transponendis eisdem post* minoris *u.* 6 *cum Christio, quae ratio ipsa per se reiectanea est. rectius haec Cicero exponit de fin.* III 15,51. *cf Bonhoefferus 'die Ethik des Stoikers Epictet' p.* 171

3 extimatione Γ (est~ ν_1) αβζκς dignanda, ~a *in ras* π, *ex* ~o γ dignando *ceteri* Γ digna *ci Rathius* eligenda *ci Ernestus* dicebat *Lambinus, cf p.* 46,5 5 esse *ex Ernesti coniectura del b; cf p.* 43,16. 48,11. 81,21 *de nat. deor.* II 12,32 (I 30,83) *Stangelius Tullian.* 17 *s, de ponendi uerbo de leg.* II 3,6 *Brut.* 45,165 6 iis ς *Rom* hiis π_1σμνφ his *fere ceteri* extimanda at phf σμφ,θς existimanda γ,δς pleris *μν, sed* μ *in mg* pleris 9 quaedam *del Walkerus* 11 conseruata *scripsi, cf de inu.* II 22,66 *de off.* I 18,59. 39,141, *de mendo supra p.* 48,4; et seruata Γ*Δ* seruata *cum Lambino tbmr deleto* et, *quod ferri non posse Maduigius docet de fin.* V 22,64 *p.* 718 ponebat *ci Lambinus* 12 diceret π,αβκ 13 quasi Γ que *sed del manu altera* π, *om ceteri et tbmr. cf p.* 44,7 14 omnes *pr* γ, θς *m* supra *p.* 44,10 *s*

pra dixi seiungi posse arbitrarentur, hic nec id ullo modo fieri posse disserebat, nec uirtutis usum modo ut superiores sed ipsum habitum per se esse praeclarum, nec tamen uirtutem cuiquam adesse quin ea semper uteretur; cumque perturbationem animi illi ex homine non tollerent naturaque et condolescere et concupiscere et extimescere et efferri laetitia dicerent, sed ea contraherent in angustumque dedu- 39
cerent, hic omnibus his quasi morbis uoluit carere sapientem; cumque eas perturbationes antiqui naturales esse dicerent et rationis expertes aliaque in parte animi cupiditatem alia rationem collocarent, ne his quidem adsentiebatur. nam et perturbationes uoluntarias esse putabat opinionisque iudicio suscipi et omnium perturbationum matrem esse arbitrabatur immoderatam quandam intemperantiam. Haec fere de moribus.

11 De naturis autem sic sentiebat, primum ut in quattuor initiis rerum illis quintam hanc naturam, ex qua superiores sensus et mentem effici rebantur, non adhiberet; statuebat enim ignem esse ipsam naturam quae quidque gigneret et mentem atque sensus. discrepabat etiam ab isdem, quod nullo modo arbitrabatur quidquam effici posse ab ea quae expers esset corporis, cuius generis Xenocrates et superiores etiam animum esse dixerant, nec uero aut quod efficeret aliquid aut quod efficeretur posse esse non corpus.

40 Plurima autem in illa tertia philosophiae parte mutauit. in qua primum de sensibus ipsis quaedam dixit noua, quos iunctos esse censuit e quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille *φαντασίαν*,

---

1. 2 hic . . . disserebat *om* ω 4 perturbati *ν* ~tiones *Walkerus tb; cf Wesenbergus ad Tusc.* IV 31,65, *de fin.* III 10,35 *de orat.* II 84,343 5 naturaque eum condolescere *ci Dauisius* 6 ea *om* ν,ς eam *Ernestus* eas *Walkerus tb* adducerent *ci Lambinus, et sane ita Cicero pro Quinctio* 5,19 *part. or.* 30,104 *Lael.* 5,20, *sed uide de nat. deor.* II 65,164 *de orat.* II 17,71 7 morbis *cf Tusc.* III 4,7. 5,10 9 in alia *Lambinus tbm; cf r* 10 hiis π_1,σμφ iis ς *Rom* 11. 12 matrem esse arbitrabatur ππ,Γ (~arbitrantur $\varphi_1\varphi_2$) a. m. e. ρ,ω (arbitratur~ ς) *r* a. e. m. *Ald* 14 in *om liber Vrsini Asc* I *m (hic ex* IV *ortum ratus), item b scribens* uti *et Dauisius* adderet *posito u.* 16 *pro* adhiberet 16 ipsam eam naturam *Christii suasu tb; cf Maduigius de fin.* II 28,93 *m ad part.* III *uol.* I *p.* 100,7 17 quae cuique gigneret mentem *Maduigio auctore (ed. Turic.* II *p.* 854) *b. recte m interpretatur 'quae in singulis rebus quae gignerentur ea esset natura quae gigneret' cl de fin.* I 6,18 quae uis sit quae quidque efficiat *(Diog. Laert.* VII 134 *τοῦτον γὰρ (τὸν θεὸν) . . διὰ πάσης αὐτῆς (τῆς ὕλης) δημιουργεῖν ἕκαστα); sed* etiam *pro* et *r ft uere*
18 isdem γ his~ πρ hiis~ π_1,σ iis~ *ceteri fere* arbitrabantur Γ *(corr in* σγ) ς 19 ab ea *'natura scilicet' Turnebus;* a re ea *ci Dauisius*
20 dixerunt γφ,ς *Rom* 21 *τὸ ποιούμενον i. e. πάσχον: Zeno fr.* 85 *Arn.* 22 autem] aut *ν et ft pr* μ etiam γφ *tbm* 23 uinctos π,φ,ς inuictos σ
24 *'durissimam et tamen certissimam dissolutionem membrorum, quae eidem praepositioni subici debebant' (uide p.* 54,2), *explicuit Maduigius de fin. p.* 798 *s* phantasiam *uel* f~ *libri Plutarchus Cic.* 40 *ἐκεῖνος γάρ ἐστιν, ὥς φασιν, ὁ καὶ τὴν φαντασίαν καὶ τὴν συγκατάθεσιν (p.* 54,3) *καὶ τὴν ἐποχὴν (p.* 57,7 *Lucull.* 18,59 *al.) καὶ τὴν κατάληψιν (p.* 54,9 *Lucull.* 6,17. 10,31. 47,145

nos uisum appellemus licet, et teramus quidem hoc uerbum, erit enim utendum in reliquo sermone saepius — sed ad haec quae uisa sunt et quasi accepta sensibus adsensionem adiungit animorum, quam esse uult in nobis positam et uoluntariam. uisis non omnibus adiunge- 41
bat fidem, sed iis solum quae propriam quandam haberent declarationem earum rerum quae uiderentur; id autem uisum cum ipsum per se cerneretur, comprehendibile — feretis haec?» «nos uero» inquit; «quonam enim alio modo *καταληπτόν* diceres?» — «sed cum acceptum iam et adprobatum esset, comprehensionem appellabat, similem iis rebus quae manu prenderentur; ex quo etiam nomen hoc duxerat [at], cum eo uerbo antea nemo tali in re usus esset, plurimisque idem nouis uerbis (noua enim dicebat) usus est. quod autem erat sensu comprensum id ipsum sensum appellabat, et si ita erat comprensum ut conuelli ratione non posset scientiam, sin aliter inscientiam nominabat; ex qua existebat etiam opinio, quae esset inbecilla et cum falso incognitoque communis. sed inter scientiam et in- 42

al.) ... ἐξονομάσας πρῶτος ἢ μάλιστα Ῥωμαίοις, τὰ μὲν μεταφοραῖς (cf p. 47,5) τὰ δ' οἰκειότησιν ἄλλαις γνώριμα καὶ προσήγορα μηχανησάμενος. Caelius Aurelianus acut. morb. III 13 omnis phantasia, cuius diuersitates Latini uisa uocauerunt ut Tullius, siue illa naturalia siue contra naturam fuerint, animi non corporis esse noscuntur. *cf Macrobius in somn.* I 3,2 *(ad Lucull.* 27,88)

1 appell*m' [a *ut uid*] π appellamus *ceteri* teramus *μφ, pr γ* t'ramus *ν* t'ran[9] *σ* teneamus *Δ, e corr γ, tbmr. cf p.* 48,4 *Luc.* 6,18 uisum, iam enim hoc pro *φαντασίᾳ* uerbum satis hesterno sermone triuimus, *de fin.* III 4,15 *de nat. d.* I 34,95 hoc quidem uerbum *σ et Halmio auctore br* hoc uerbum quidem *ceteri codices, cum cruce m coniciens* h. u.; idem erit enim utendum. *cf p.* 42,19 3 ascensionem *Γ (corr in γ)* 5 iis *ς Lambinus* hiis π_1,*σν* his *ceteri* habebant *γφ* ~bat $\varphi_1\varphi_2$ 6 uidentur *γφ,ης* 7 comprehendibile *π,σμφ*$_2$, *plerique ω* ~prendibile *π in mg, νγ (corr ex* ~ē*) φφ*$_1$ *tm* ~prehensibile *uel* ~prensibile *δϑς* ferebat *in mg π* hoc *Dauisio auctore tbm, cf Lucull.* 29,95 8 inquit *Atticus opinor (*Pomponius i. *Lallemandus* Atticus i. *ci Goerenzius* i. Atticus *Durandus), qui etiam p.* 46,15 *Varroni respondet similiter interroganti, cf p.* 50,13. inquam *Ald tbm* quoniam *ν, pr γ, ς* quam π_1 q̊nā enī m̊ captalempton dıceres? | *praeter* q̊ *in ras ft pr, deinde* | Sed *in ras ν uel νι litt pr ut uid π;* alio, *quod plane de more ponitur, om Δν r* catalēpton *μ* catalerripton *σ* cathalēton *ν* calepton *γφ* captalempton *π* ~tor *ϱ, uaria ω (cf Guil. Schulzii orthographica in ind. lect. Marpurg.* 1894) *καταληπτικὸν ci Ritterus et Prellerus hist. phil. Gr. p.* 396 *ed.* VIII 9 probatum *Γς* conprensionem *γφ. cf ad p.* 53,24 *Plutarchus* 10 iis *ς Rom* hiis π_1,*σμν* his *ceteri* prehenderentur *uel* praeh~ *μ,ς r* 11 ac *γφ, del Manutius* in re] iure *μ, ω plerique* 13 comprensum *π* 9p̄nſū *σ* comprehensum *ϱ, ceteri, tbr* *τὴν δὲ δι' αἰσθητηρίου κατάληψιν αἴσθησιν ἐκάλει Arnimius Zenon. fr.* 62 *cl Diog. L.* VII 52 comprensum *π* ~prehensum *ϱ, ceteri, tbr* 14 si *ν* sui π_1,*φ* *ἀμετάπτωτον uel ἀμετάθετον ὑπὸ λόγου: Arius Didymus ap. Stob. ecl.* II 7,11[m] *uol.* II *p.* 112,13 *W. Sextus adu. math.* VII 151 15 existebat *scripsi* ~erat *π* ~eret *ϱ,ω* extiterat *Γ (*extitat *φ); cf p.* 45,14. 17 *post* inbecilla *putauerim intercidisse* adsensio, *cf Tusc.* IV 7,15 opinationem ... uolunt esse inbecillam adsensionem, *Sextus ibid.* VII 151 *δόξαν δὲ τὴν ἀσθενῆ καὶ ψευδῆ συγκατάθεσιν, Arius l. d. p.* 111,20 *ss τὴν γὰρ ἄγνοιαν μεταπτωτικὴν εἶναι συγκατάθεσιν καὶ ἀσθενῆ ... διὸ καὶ μηδὲ δοξάζειν τὸν σοφόν. διττὰς γὰρ εἶναι δόξας, τὴν μὲν ἀκαταλήπτῳ συγκατάθεσιν τὴν δὲ ὑπόληψιν ἀσθενῆ* 16 *fuitne* et uero

scientiam comprehensionem illam quam dixi collocabat, eamque neque in rectis neque in prauis numerabat, sed soli credendum esse dicebat. e quo sensibus etiam fidem tribuebat, quod ut supra dixi comprehensio facta sensibus et uera esse illi et fidelis uidebatur, non quod omnia quae essent in re comprehenderet, sed quia nihil quod cadere in eam posset relinqueret, quodque natura quasi normam scientiae et principium sui dedisset unde postea notiones rerum in animis inprimerentur; e quibus non principia solum sed latiores quaedam ad rationem inueniendam uiae reperiuntur. errorem autem et temeritatem et ignorantiam et opinationem et suspicionem et uno nomine omnia quae essent aliena firmae et constantis assensionis a uirtute sapientiaque remouebat. Atque in his fere commutatio constitit omnis dissensioque Zenonis a superioribus.»

12 43 Quae cum dixisset [et], «Breuiter sane minimeque obscure exposita est» inquam «a te Varro et ueteris Academiae ratio et Stoicorum. horum esse autem arbitror, ut Antiocho nostro familiari placebat, correctionem ueteris Academiae potius quam aliquam nouam disciplinam putandam.»

Tum Varro «Tuae sunt nunc partes» inquit «qui ab antiquorum ratione desciscis et ea quae ab Arcesila nouata sunt probas, docere quod et qua de causa discidium factum sit, ut uideamus satisne ista sit iusta defectio.»

cum? ignotoque *γφ* 16 *ss Sextus ibid. κατάληψιν δὲ τὴν μεταξὺ τούτων (ἐπιστήμης καὶ δόξης) ... τὴν δὲ κατάληψιν κοινὴν ἀμφοτέρων (τῶν σοφῶν καὶ τῶν φαύλων) εἶναι καὶ ταύτην κριτήριον ἀληθείας καθεστάναι*

1 cōpn̄ſionē *σ* 2 paruis *Γ (corr in γ)* soli *t uerebatur ut sanum esset,* solum ei *Christius; uide Zellerum de philos. Graec.* III 1 *p.* 83 *adn.* 2 *ed.* III

4 conp̄ſio *σ* 5 q̊d *in ras ft pr π, om Γ* cōprender& *σ* 6 in eam *comprehensionem* quodque eam natura *ci Manutius* q. n. eam *Faber* 9 muniendam *γ* intuendam φ_1 reperirentur *ci Gruterus* aperiuntur *ci Manutius* aperirentur *ex Dauisii coniectura tbm. cf p.* 45,13 *Val. Max.* V 1 *ext.* 6 *med. Verg. Aen.* IX 195 10 ignorationem *Burneianus, quod ft recte commendat r; cf de nat. deor.* I 1,2 *ex. pro Cluent.* 39,109 suspitionem *Γπ,ς tb* 12 hiis π_1,*σμν*,*ς* iis *ς Rom* 13 'constitit *i. e. substitit, non ultra progressa est' Maduigius emend.* 120; *loquitur enim ex Antiochi sententia.* consistit *γ,ηϑ* constit *φ* 14 et *del Manutius* 16 uerum esse autem *cum libris plerisque (*u. a. e. *ϑ) r, quod mihi non probatur, non quod* putandam *sine* esse *stare posse non putem sed quia aegre desideratur subiecti apud infinitiuum significatio; quam assequor accepto a Goerenzio et Muellero (progr. Landsberg.* 1865,18) horum *(*eam *ci Ernestus); intellegitur enim* horum disciplinam *breuitate nota, de qua cf p.* 16,17, *de re p.* III 35,48 tibi ... Rhodiorum ... nullane uidetur esse res p., *in Pis.* 18,42 nullum est supplicium putandum, quo affici casu aliquo etiam boni uiri fortesque possunt. autem *cum κ del Orellius t, corruptelam signauit b* ut *σμ* et *ν* at *φφ*$_1$,*ϑ, add γ* ac φ_2 ab *κ* at et *ς* ut ab π_1 at ab *ceteri* 17 nouam aliquam *γφ tbm* 19 tum *ς* tunc *ceteri, tb* du(a)e *Δ* nunc] non *φ* modo *γ* 20 ratione nunc *Δ praeter ς* descistis *μ (sed corr pr) νφφ*$_1$ *(*φ_2 *ambigue), ς* desistis *γ* deciscis π_1 Archesila *μ e corr, σγφ,κπ*$_1$,*ς* arte sua *ν* docere *sed* re *del π* doce $\pi_1\varrho$, *ω praeter ς* 21 dissidium *μγφ,ς* desidium *σν*

Tum ego «Cum Zenone» inquam «ut accepimus Arcesilas sibi 44
omne certamen instituit, non pertinacia aut studio uincendi, ut mihi quidem uidetur, sed earum rerum obscuritate quae ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem et [uel ut] iam ante Socratem Democritum Anaxagoram Empedoclem omnes paene ueteres, qui nihil cognosci nihil percipi nihil sciri posse dixerunt, angustos sensus imbecillos animos breuia curricula uitae et ut Democritus in profundo ueritatem esse demersam, opinionibus et institutis omnia teneri, nihil ueritati relinqui, deinceps omnia tenebris circumfusa esse dixerunt. itaque Arcesilas negabat esse quicquam quod sciri posset, 45
ne illud quidem ipsum quod Socrates sibi reliquisset, ut nihil scire se sciret; sic omnia latere censebat in occulto neque esse quicquam quod cerni aut intellegi posset; quibus de causis nihil oportere neque profiteri neque adfirmare quemquam neque assensione approbare, cohibereque semper et ab omni lapsu continere temeritatem, quae

1 Archesilas *νγφ,π,ς* 2 *s* quidem mihi *Γπ, cf p.* 42,19 3—10 *cf Lactantius diu. inst.* III 4,11. 28,12 *s* Anaxagoras pronuntiat circumfusa esse tenebris omnia, Empedocles angustas esse sensuum semitas queritur ... Democritus quasi in puteo quodam sic alto ut fundus nullus sit ueritatem iacere demersam; *cf* 30,6. *Empedocles fr.* 2 *D. (Sext. adu. math.* VII 123*)* *στεινωποὶ μὲν γὰρ παλάμαι κατὰ γυῖα κέχυνται; Democritus fr.* 117 *D. (Diog. L.* IX 72*)* *ἐτεῇ δὲ οὐδὲν ἴδμεν· ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀλήθεια, cf Lucull.* 10,32; *Anaxagorae de tenebris nihil alibi traditum, ad quem potius illud* imbecillos animos *referas cum Pappenheimio 'der angebliche Heraclitismus des Skeptikers Ainesidemos' (Berol.* 1889*)* 13 *n.* 2 *propter fr.* 21 *D. (Sext. ibid.* 90*)* *ὑπ' ἀφανρότητος αὐτῶν (sensuum) οὐ δυνατοί ἐσμεν κρίνειν τἀληθές, ut illud* opinionibus omnia teneri *conicias ad Xenophanis illud (fr.* 34 *D. Sext. ibid.* 49. 110*)* *redire δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται.* breuia curricula uitae *Pappenheimius l. d. ad illam Hippocrateam uocem refert cl Diog. L.* IX 73; *Protagoras ibid.* *βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου* 3 *ne quis* ea *coniciat, cf de re p.* I 3,5 eorum multorum pestes quae .. secutae sunt, *Maduigius de fin.* II 13,39 *m ad part.* III *uol.* I *p.* 205,33 4 et iam ante *Dauisius ad Lactantii epit. cap.* 32 et ueluti amantes *ΓΔ* uelut iam ante *Muretus uar. lect.* IX 14 Socratem] Hippocratem *ci Pappenheimius l. d.* 5 Enpedoclem *π* Enpod~ *μ* 6 *uide ad u.* 10 7 inbecilles *σγφ,π₁,ς* et *om σγφ* 8 demersam *γφ,εθς* dim~ *σμν,ς, in mg π* diuersam *π, ceteri ω* diuersa omnia *in mg π* 9 ueritate *Γ* *intellegas ἐφεξῆς πάντα;* denique *Bentleius tbm* densis *Heusdius Ciceronis φιλοπλάτωνος p.* 263 *n.* 1; *cf Lucull.* 39,122 10 dixerunt *aut hic aut u.* 6 *abiciendum esse Manutius suspicatus est, cui hic obtemperarunt tbm, illic Ernestus aliique; cf* diceret *similiter iteratum de fin.* IV 17,47, dicebant *Lucull.* 44,135, dicitur *de orat.* II 18,75 *(cf* 3,13*)*, demonstrabit *de inu.* II 35,107, cognoscunt *de nat. deor.* II 58,145, differemus *ibid.* III 7,18, *m ad p.* III *uol.* II *p.* 14,27 Archesilas *π, μ e corr, γφ,ς* possit *ν* 11. 12 ut ... sciret *habent Γ praeter ν, nisi quod* se scire sciret *γ* reliquisset. Vt nihil se scire se sciret. Ne illud quidem ..... reliquisset. Sic *(*se *del pr,* Ne ..... reliquisset *del corrector) μ; eadem om Δν tbmr; quae si interpolator addidit, praeclare is quidem Ciceronis morem obseruauit, qui saepe pronominibus ἐπεξηγητικῶς addit quae abesse possunt, ut ne ea quidem iterare dubitet quae proxime ante dixerit, cf de nat. deor.* III 10,26 *alia; quo minus nunc, cum respiciat ad p.* 41,12, *cf Lucull.* 9,28 *s* 23,74 12 censebat *ς Lambinus* ~bant *ceteri, del Goerenzius* 13 possit *Δr* 14 quamquam *σμ sed* quem~ *in mg σ* quēquam, e *in ras, fuit* quā~ *aut* quıc~ *π* assertione *Δ praeter ς* 15 *ne* que *breui uocali adiungatur,* decere contra cohibere *ci Hauetus albi gratulatorii in honorem Herwerdeni scripti p.* 88

tum esset insignis cum aut falsa aut incognita res approbaretur, neque hoc quidquam esse turpius quam cognitioni et perceptioni assensionem approbationemque praecurrere. huic rationi quod erat consentaneum faciebat, ut contra omnium sententias disserens de sua plerosque deduceret, ut cum in eadem re paria contrariis in partibus momenta rationum inuenirentur facilius ab utraque parte assensio 46 sustineretur. Hanc Academiam nouam appellant — quae mihi uetus uidetur, si quidem Platonem ex illa uetere numeramus, cuius in libris nihil affirmatur et in utramque partem multa disseruntur, de omnibus quaeritur nihil certi dicitur; sed tamen illa quam exposui uetus, haec noua nominetur. quae usque ad Carneadem perducta, qui quartus ab Arcesila fuit, in eadem Arcesilae ratione permansit. Carneades autem nullius philosophiae partis ignarus et, ut cognoui ex iis qui illum audierant maximeque ex Epicureo Zenone, qui cum ab eo plurimum dissentiret unum tamen praeter ceteros mirabatur, incredibili quadam fuit facultate et to

*

quid autem stomachatur Mnesarchus, quid Antipater digladiatur cum 17
Carneade tot uoluminibus?

*

1 tum *ς Asc* II, *corr ex* cum *π* cum *ceteri* cum *corr* tum *σ* tum *ϑ, in mg γ* 2 esse *ς Manutius* ēē *in ras π* esset *ceteri* pr(a)eceptioni *ν,βϑς* assessionem *φ* assertionem *Δ* 4 disserens de sua *Γ* dies iam *Δ; cf Brut.* 25,97 *Tusc.* II 25,60 *de orat.* I 8,30 III 18,67 *(*non quid ipse sentiret ostendere, sed contra id quod quisque se sentire dixisset disputare*) August. c. Acad.* III 17,38 *ex.* dicens in eam *Gesnero praeeunte Maduigius emend.* 121, *r* dicens eo iam *Helmius* 5 plerosque *σμ,ς, e corr γ* pleresque *pr γ, γ₁φ* plerumque *ν* plenos *ς* pleros *ceteri Δ* *post* deduceret *aliquid interciderit uelut* atque efficeret 6 ascensio *μνφ* assertio *Δ* 7 appellabant *γφ,ς* 10 exposuisti *Durandus Krischius p.* 176 (50) *adn. tbmr, cf p.* 55,14. *nec tamen satis mihi exploratum est non ipsum Ciceronem peccasse neglegentia, qui similiter de diu.* I 39,87 *Quintum ea dicentem faciat se dixisse excepisse adiunxisse quae non is ipse sed Marcus et in prooemio quidem (*3,5 *s) dixerat* 11 producta *μν,ς* pducta, p *in ras π* 12 Archesila *μ e corr, νγφ,π,ς* Arcesille *μ* Archesila *ν* ~lae *γφ,π,ς, del m, ut solent talia, si quae abundare uidentur, infestare, uelut nomina Cleanthis Tusc.* III 32,77, *Eudemi de diu.* I 25,53, *Epicuri Lucull.* 14,45 *Antiochi ibid.* 34,111, *Aristippi de fin.* II 12,35, *Metelli post red. in sen.* 10,25 *(de quo Vahlenus prooem.* 1901,8 *adn.), Memmii ad Att.* IV 17,3 *(*16,6*), Laidos epist.* IX 26,2 14 iis *φ,ς* hiis *σμνγφ₂,π₁,ς* his *πϱ,γ₁,ς* illis *ς* Epicureo *μ,ς* Epicuro *uel* Epyc~ *ceteri* 16 fuit ị̄o facultate ¬ doctrina *sed* ctrina *a correctore add μ* fuit facultate et to *σγγ₁φφ₁φ₂* fuit facultate *Δν r* f. f. et copia dicendi *de Christii coniectura tbm probabiliter, cf pro Quinct.* 2,8 summam copiam facultatemque dicendi, *in Verr. act.* I 4,10 quae tanta facultas dicendi copia, *epist.* V 12,3, *de Carneade Lucull.* 18,60 *de orat.* I 11,45 II 38,161 III 18,68 *(Krischius p.* 179 (53) *adn.* 1*).* facultate dicendi *ci r* *de subscriptionibus codicum uide praefationem*

17. 18 *(fr.* 1*) Nonius p.* 65 digladiari dictum est dissentire et dissidere, dictum a gladiis. Cicero Academicorum lib. I 'quid ... uoluminibus'. idem tertio *(p.* 62,4 *s). de Antipatro cf Lucull.* 6,17. 9,28. 34,109 17 Mnesarchus *Iunius* m⋆n⋆sarcus *Harl* mnsarcus *ceteri, ex* mensarcus *Wolf* stomachetur *Sigonius* digladiatur *pr Flor* ~etur *ceteri*

ACADEMICVS II

*

2 atqui si id crederemus, non egeremus perpendiculis non normis non regulis

*

4 quid lunae quae liniamenta sint potesne dicere [ne], cuius et nascentis et inseniscentis alias hebetiora alias acutiora uidentur cornua

*

6 quid tam planum uidetur quam mare; e quo etiam aequor illud poetae uocant

*

8 in aqua remum integrum quasi fractum uidemus

*

9 quid mare nonne caeruleum? at eius unda cum est pulsa remis, purpurascit, et quidem aquae tinctum quodam modo et infectum

*

11 alius adultis, alius ualentibus alius aegris, alius siccis alius uinulentis

*

12 furiosis et ebriis omnia duplicia uidentur

*

2—*p.* 59,3 *ex disputatione a Cicerone contra sensuum ueritatem habita, cf p.* 64,7
2. 3 *(fr.* 8*) Nonius p.* 162 perpendiculi *(~*la *Quicheratus)* et normae. Cicero Academicorum lib. II 'atqui ... regulis' id *scil. oculos uera nuntiare* non egeremus *om Leid* 4. 5 *(fr.* 6*) Nonius p.* 121 hebes *(*habes *Leid)* positum pro obscuro aut obtuso. Cicero Academicorum lib. II 'quid ... cornua' 4 sint *Iunius* sunt *libri* potest ne *Wolf* ne *del Iunius* 5 et inseniscentis *Wolf, om Leid* et senescentis *Iunius tbmr* habetiora *Leid*
6. 7 *(fr.* 3*) Nonius p.* 65 aequor ab aequo et plano Cicero Academicorum lib. II uocabulum accepisse confirmat: 'quid ... uocant'. *cf Varro de l. L.* VII 23 6 e quo] ego *Leid* ab aequo *Quicheratus* 8 *Seruius in Verg. ecl.* 2,27 'si numquam fallat imago': nulla enim res ita decipit quem ad modum imago; nam et in speculo contraria ostendit uniuersa, et in aqua remum integrum quasi fractum uidemus, quod etiam Cicero in Tusculanis plenius docet. *error scholiastae unde natus sit non apparet. de remo fracto cf Lucull.* 7,19. 25,79*; de speculo res dubia, cf Sextus hypot.* I 48 9. 10 *(fr.* 7*) Nonius p.* 162 purpurascit Cicero Academicorum lib. II 'quid ... infectum' *aut* lib. IV *legendum, quae uidetur etiam Klotzii sententia fuisse, aut Ciceronem hos libros retractantem plura mutasse censet r cl Lucull.* 33,105*; quod mihi nulla necessitate statui uidetur* 9 at eius] adius *pr Leid* 10 aqui etinctum quod ad modo *pr Leid;* aqua *Iunius* aquae tinctae .. et infectae *Guietus, quae Quicheratus Nonii esse existimat;* aquae tinctu quodam [modo] et infectu *ci L. Muellerus. sententia Nonii culpa truncata; intellege uelut* infectum esse colorem uidemus 11 *(fr.* 9*) Nonius p.* 394*s* siccum dicitur et sobrium maditum *(sic uel* madidum *plerique* aditum *Leid* non madidum *Mercerus* modicum *Goetzius)* ... Cicero Academicorum lib. II 'alius ... uinulentis' *'praecessit ut puta:* alius pueris' *L. Muellerus* alius ad. *Bern* alios ~ *ceteri* ualentibus *Quicheratus* lentibus *libri* senibus *Pius* aegris *Bern* eugris *ceteri* al. ad. al. adulescentibus, al. aegris alius sanis *(*al. *s. add ed. Non. a.* 1511*)* alius siccis *tbr*
12 *Lactantius de opificio Dei* 9,1 libet hoc loco illorum reprehendere uanitatem, qui dum uolunt ostendere sensus falsos esse multa colligunt in quibus oculi fallantur, inter quae illud etiam quod furiosis ... uideantur. *cf Barthelius p.* 14

si quando enim nos demersimus ut qui urinantur, aut nihil superum 1 aut obscure admodum cernimus

*

quibus etiam alabaster plenus unguenti putre esse uidetur 3

*

error ... falsi pro uero approbatio 4

*

nihil ab homine percipi posse, nihilque remanere sapienti nisi diligentis- 5 simam inquisitionem ueritatis propterea quia si incertis rebus esset assensus etiam si fortasse uerae forent liberari errore non posset, quae maxima est culpa sapientis

*

quae cum similitudine ueri concinere maxime sibi uideretur 9

*

probabile uel ueri simile ..., quod nos ad agendum sine adsensione 10

---

1. 2 *(fr.* 10*) Nonius p.* 474 urinantur Cicero in Academicis lib. II 'si ... cernimus' 1 demisimus *Sigonius* 3 *(fr.* 11*) Nonius p.* 545 alabaster Cicero Academicorum lib. II 'quibus ... uidetur'. *barbaros aliquos dicit, cf Herodot.* III 22*s Plut. adu. Col.* 4 *p.* 1109 *B* putrer *(*putret*)* esse *dett* puter esse *tbr* putris esse *ci Gerlachius* putere *Pius m* putrere *L. Muellerus* uideatur *Aldina Nonii m*
4 *Augustinus c. Acad.* I 4,11 «audi ergo» inquit *(Licentius)* «quod heri etiam nisi intercessisses protulissem: error *(cf p.* 55,9 *Lucull.* 20,66*)* mihi uidetur esse falsi pro uero approbatio; in quem nullo pacto incidit qui ueritatem quaerendam semper existimat. falsum enim probare non potest qui probat nihil; non igitur potest errare, beatus autem esse facillime potest. *cf ibid.* 9,24 *(Augustinus in recapitulatione)* ubi enim arcem locauerunt Academici ... nisi in erroris definitione? 5*ss Augustinus c. Acad.* I 3,7 placuit .. Ciceroni nostro beatum esse qui ueritatem inuestigat etiam si ad eius inuentionem non ualeat peruenire ... quis ignorat eum affirmasse uehementer nihil *eqs. cf* II 5,11. *ad Academicos ea quae supra posui redire cum Hirzelio 'Untersuch. zu Cic. philos. Schriften'* III 297 *adn.* 2 *statui de Hortensio dialogo* 81*s; aduersatus est Ohlmannus de S. Augustini dialogis in Cassiciaco scriptis (diss. Argent.* 1897*)* 36*ss* 9 *(fr.* 2*) Nonius p.* 43 concinnare est facere ... recte autem concinnare et consentire intellegi potest quasi concennare *(sic pr Leid:* concinere *Wolf* concentare *ci Lindsayus),* ut multis diuerse canentibus unus efficitur modus. Plautus asinaria (216) ..... M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. IV (22,60) 'cum is cum quibus re concinebat uerbis discrepare'. idem in Academicorum *(*naeadami *Leid)* lib. II *(sic Leid:* I *Wolf)* 'quae ... uideretur'. *fragmentum ad Antiochi sententiam de uetere Academia et Stoicis inter se consentientibus referens libro* I *tribuebat Krischius p.* 180 *(*54*) tbmr; intellege potius* Carneades docebat sapientem eam uisionem secuturum quae ... uideretur, *cf Lucull.* 31,99. 34,107. 11,36 *p.* 32,12. 27 *Augustinus c. Acad.* II 5,12 III 1,1. 18,40 qui cum *Wolf tbr* quicum *ex Halmi sententia m* ueri *ci Lindsayus* uerbi *libri tbmr* concinnere *Leid* concinere *Wolf, ex* concinnare *Harl* maxime *om Leid*
10*ss (fr.* 33 *tbr* 19 *m) Augustinus c. Acad.* II 11,26 probabile uel ueri simile Academici uocant, quod ... agamus tamen. ut uerbi causa utrum hesterna nocte tam liquida ac pura hodie tam laetus sol exort[ur]us esset si nos quispiam rogaret, credo [quod] id nos scire negaremus, diceremus tamen ita uideri. 'talia' inquit Academicus 'mihi uidentur ... sapientem.' ..... quid putatis inquam Ciceronem, cuius haec uerba sunt, inopem fuisse Latinae linguae, ut minus apta rebus quas sentiebat nomina imponeret? *cf ibid.* 10,24 *(Alypius)* uideamus quaeso prius ne per hanc quaestionem ... in uerbi controuersiam decidamus, quod te ipso insinuante et *(*ex *edd)* auctoritate illa Tulliana turpissimum esse saepe confessi sumus*;* 11,25 *(Licentius)* saepe abs te audiui turpe esse disputantibus in uerborum quaestione immorari, cum certamen nullum de rebus remanserit. *cf p.* 63,16*s*

potest inuitare; sine adsensione autem dico ut id quod agimus non opinemur uerum esse aut nos id scire arbitremur, agamus tamen. . . . talia mihi uidentur omnia quae probabilia uel ueri similia putaui nominanda; quae tu si alio nomine uis uocare, nihil repugno; satis enim mihi est te iam bene accepisse quid dicam, id est quibus rebus haec nomina imponam; non enim uocabulorum opificem sed rerum inquisitorem decet esse sapientem.

*

frangere auaritiam, scelera ponere, uitam suam exponere ad imitandum iuuentuti

*

qui enim serius honores adamauerunt, uix admittuntur ad eos nec satis commendati multitudini possunt esse

*

Academico sapienti ab omnibus ceterarum sectarum, qui sibi sapientes uidentur, secundas partes dari, cum primas sibi quemque uindicare necesse sit; ex quo posse probabiliter confici eum recte primum esse iudicio suo qui omnium ceterorum iudicio sit secundus. [16]fac enim uerbi causa Stoicum adesse sapientem; nam contra eos potissimum Academicorum exarsit ingenium. ergo Zeno uel Chrysippus si interrogetur qui sit sapiens respondebit eum esse quem ipse descripserit; contra Epicurus uel quis alius aduersariorum negabit suumque potius peritissimum uoluptatum aucupem sapientem esse contendet. inde ad iurgium. clamat Zeno et tota illa porticus tumultuatur hominem natum ad nihil aliud esse quam honestatem, ipsam suo splendore ad se animos ducere nullo prorsus commodo extrinsecus posito et quasi lenocinante mercede, uoluptatemque illam Epicuri solis inter se pecoribus esse communem, in quo-

---

2 nos *Cas* non *Fris Par tbmr* *exemplum aliquod etiam apud Ciceronem fuisse puta* 4 nihil] non *m* 8. 9 *(fr. 5) Nonius p.* 104 exponere pro exempla boni ostentare. Cicero Academicis lib. II 'frangere . . . iuuentuti'. *cf de leg.* III 13,31 8 ponire *ex* poni *pr Leid, unde* poenire *uel* punire *Guietus Lindsayus; sed* uitia ponemus *scripsit de orat.* III 12,46, suscipere scelera *saepe* mitandum *pr Leid* 10. 11 *(fr. 4) Nonius p.* 69 adamare Cicero Academicorum *(~co pauci)* lib. II 'qui . . . esse' 12 *ss (fr.* 34 *tbr* 20 *m) Augustinus c. Acad.* III 7,15 *s* est in libris Ciceronis quos in huius causae patrocinium scripsit locus quidam, ut mihi uidetur mira urbanitate conditus, ut non nullis autem etiam firmitate roboratus. difficile est prorsus ut quemquam non moueat quod ibi dictum est, Academico . . . . . Epicuro. ita peraeque prope de omnibus sectis copiosissime Cicero iucundissimum legentibus quasi spectaculum praebet, uelut ostendens nullum illorum esse qui non, cum sibi primas partes dederit, quod necesse est, secundas ei dicat dare quem non repugnare sed dubitare conspexerit. in quo ego nihil aduersabor nec eis ullam auferam gloriam. uideatur sane quibuslibet Cicero hic non iocatus, sed inania et uentosa quaedam, quod ab ipsorum Graeculorum leuitate abhorreret, sequi et colligere uoluisse. *etsi probabile est Augustinum nonnulla in his suo more 'propter faciliorem intellectum uel praetermisisse uel paululum commutasse' ut ait ipse de ciu. Dei* II 9 *(cf* III 15 XIX 1 *med.) uel ad suum loquendi usum accommodasse (ut* quam *pro* nisi *u.* 22, qui *pro* uter *p.* 61,10*; cf Tim.* 11,40 *de nat. d.* I 11,26 II 28,70*), tamen etiam illa quae proponit u.* 15 *ss ita mihi uisa sunt Ciceronianum leporem prae se ferre, ut ea non putauerim omittenda cum r; libro* II *adscripsi cum eodem* 14. 15 suo iudicio *m* 17 interrogetur *Cas* ~entur *Fris Par tbr* quis *edd* 22 quam ad *tb*

rum societatem et hominem et sapientem trudere nefas esse. contra ille conuocata de hortulis in auxilium quasi Liber turba temulentorum quaerentium tamen quem incomptis unguibus bacchantes asperoque ore discerpant uoluptatis nomen suauitatem quietem teste populo exaggerans instat acriter ut nisi ea beatus nemo esse posse uideatur. in quorum rixam si Academicus incurrerit, utrosque audiet trahentes se ad suas partes, sed si in illos aut in istos concesserit, ab eis quos deseret insanus imperitus temerariusque clamabitur. itaque cum et hac et illac aurem diligenter admouerit, interrogatus quid ei uideatur dubitare se dicet. roga nunc Stoicum qui sit melior, Epicurusne qui delirare illum clamat, an Academicus qui sibi adhuc de re tanta deliberandum esse pronuntiat: nemo dubitat Academicum praelatum iri. rursus te ad illum conuerte et quaere quem magis amet, Zenonem a quo bestia uocatur, an Arcesilan a quo audit 'tu fortasse uerum dicis sed requiram diligentius': nonne apertum est totam illam porticum insanam, Academicos autem prae illis modestos cautosque homines uideri Epicuro?

*

(Academicis) morem fuisse occultandi sententiam suam nec eam cuiquam nisi qui secum ad senectutem usque uixissent aperire consuesse.

*

ACADEMICVS III

*

in tanta animantium uarietate homini ut soli cupiditas ingeneraretur cognitionis et scientiae

*

---

3 tantum *Patricius m; fuitne* Penthea*?* 10 quis *edd* 17. 18 *(fr.* 35 *tbr* 21 *m) Idem ibid.* III 20,43 quisquis autem putat hoc sensisse Academicos *(non posse ab homine inueniri ueritatem),* ipsum Ciceronem audiat. ait enim illis morem . . . consuesse. quae sit autem ista Deus uiderit, eam tamen arbitror Platonis fuisse. *ibid.* III 18,41 *(dubito an non ex Cicerone)* Metrodorus *(cf Lucull.* 6,16. 24,78) . . . primus dicitur esse confessus non derecto (decreto *edd)* placuisse Academicis nihil posse comprehendi, sed necessario contra Stoicos huiusmodi eos arma sumpsisse. *libro* II *adscripsi cum r; Varronis in* III *disputationi tribuit Krischius p.* 186 (60). *cf Lucull.* 18,60 *Tusc.* V 4,11 *Sextus hypot.* I 234 *Ohlmannus de S. Augustini dialogis in Cassiciaco scriptis (diss. Argent.* 1897*)* 75 *s*

20 *quae secuntur usque ad p.* 62,8, *quae Varronis orationi omnia aut pleraque adscribit Krischius p.* 185 (59) *s et r, prooemii potius arbitror esse, de quo Cicero* VIII *K. Sext. a.* 710/44 *Vibone scribit ad Atticum* XVI 6,4 nunc neglegentiam meam cognosce. de gloria librum ad te misi. at in eo prohoemium id (idem *ex Wesenbergi coniectura m)* est quod in Academico tertio. id euenit ob eam rem quod habeo uolumen prohoemiorum; ex eo eligere soleo, cum aliquod σύγγραμμα institui. itaque iam in Tusculano, qui non meminissem me abusum isto prohoemio, conieci id in eum librum quem tibi misi. cum autem in naui legerem Academicos, adgnoui erratum meum. itaque statim nouum prohoemium exaraui et tibi misi; tu illud desecabis, hoc adglutinabis. *secundo quoque Academico et quarto sua prooemia fuisse hinc non recte colligitur* 20. 21 *(fr.* 14*) Nonius p.* 123 ingeneraretur ut innasceretur Cicero Academicorum lib. III 'in . . . scientiae'. *cf Lucull.* 10,31 *de leg.* I 7,22

1 quod si liceret ut iis qui in itinere deerrauissent sic uitam deuiam secutos corrigere errorem paenitendo, facilior esset emendatio temeritatis

*

4 digladiari autem semper, depugnare in facinorosis et audacibus quis non cum miserrimum tum etiam stultissimum dixerit?

*

6 aliqua potestas sit, uindicet se in libertatem

*

7 mihi autem non modo ad sapientiam caeci uidemur sed ad ea ipsa quae aliqua ex parte cerni uideantur hebetes et obtunsi

*

9 disputationem se habuisse cum M. Varrone homine omnium facile acutissimo et sine ulla dubitatione doctissimo

*

11 fixus

*

Reliqua librorum III *et* IV *fragmenta suis locis Lucullo subscribentur*

1—3 *(fr.* 16*) Lactantius diu. inst.* VI 24,1 nec tamen deficiat aliquis aut de se ipse desperet, si aut cupiditate uictus aut libidine impulsus aut errore deceptus aut ui coactus ad iniustitiae uiam lapsus est; potest enim reduci ac liberari, si eum paeniteat actorum et ad meliora conuersus satis Deo faciat. quod fieri posse Cicero non putauit, cuius haec in Academico tertio uerba sunt 'quod si . . . temeritatis'. *sententiam cum Luculli cap.* 43 *confert Barthelius p.* 5 *non probabiliter; immo cf Luc.* 3,9 *et cum eodem Lact.* III 7,9 2 secutos *uel* ~tus *codices* ~tis *editiones Lactantii, Patricius tb* 4. 5 *(fr.* 12*) Nonius p.* 65 digladiari dictum est dissentire et dissidere, dictum a gladiis. Cicero Academicorum lib. I *(p.* 57,17 *s)* . . . idem tertio 'digladiari . . . dixerit'. *de sententia cf de re publ.* I 5,9 4 et depugnare *Quicheratus m* in] cum *Iunius tbr* facinerosis *mg Harl r* 6 *(fr.* 21 *tbr* 15 *m) Nonius p.* 419 uindicare trahere liberare . . . Cicero Academicorum lib. III 'aliqua . . . libertatem'. *cf de re publ.* I 5,9 si sit *Aldina Nonii* 7. 8 *(fr.* 32 *tbr* 18 *m) Lactantius diu. inst.* III 14,15 cedo igitur quid didiceris aut in qua secta ueritatem deprehenderis. in Academia scilicet, quam secutus es quam probasti. at haec nihil docet nisi ut scias te nihil scire. tui ergo te libri arguunt quam nihil a philosophia disci possit ad uitam. haec tua uerba sunt: 'mihi . . . obtunsi *(ita codd)*'. *Academicis Sigonius adscripsit, libro* II *Krischius p.* 183 *(*57*),* III *ego (cf consol. fragm. ap. Lact.* III 14,20*), quae omnia ambigua esse apparet* 9. 10 *(fr.* 36 *tbr* 22 *m) Augustinus de ciu. Dei* VI 2 denique et ipse Tullius huic *(M. Varroni)* tale testimonium perhibet, ut in libris Academicis dicat eam quae ibi uersatur disputationem se habuisse cum Marco Varrone 'homine' inquit 'omnium . . . doctissimo'. non ait eloquentissimo uel facundissimo, quoniam re uera in hac facultate multum inpar est, sed 'omnium' inquit 'facile acutissimo', et in eis libris, id est Academicis, ubi cuncta dubitanda esse contendit, addidit 'sine ulla dubitatione doctissimo'. *cf August. c. Acad.* II 9,23 acutissimis ac doctissimis uiris, *et sic uel similiter saepe Varronem appellat de ciuitate Dei. ex Augustino Claudianus Mamertus de statu animae* II 8 11 *(fr.* 17*) Diomedes* I

DE CATVLO INDICIA EX LVCVLLO EXCERPTA CERTIORA

3,9 in Hortensii uilla quae est ad Baulos, cum eo Catulus et 3
Lucullus nosque ipsi postridie uenissemus quam apud Catulum fuissemus. *cf* 25,80 Catuli Cumanum, *Augustinus c. Acad.* III 16,35

*

4,11 isti libri duo Philonis, de quibus heri dictum a Catulo est 6
4,12 illa dixit Antiochus quae heri Catulus commemorauit a patre 7
suo dicta Philoni
7,18 Philo autem dum noua quaedam commouet . . . et aperte 9
mentitur, ut est reprehensus a patre Catulo, et . . . *cf* 4,12 is *(Philo)* qui ista quae sunt heri defensa negat Academicos omnino dicere. etsi enim mentitur. . .

*

10,32 uolunt enim — et hoc quidem uel maxime uos animad- 13
uertebam moueri — probabile aliquid esse et ueri simile, eaque se uti regula et in agenda uita et in quaerendo ac disserendo. *cf Acad.* II *p.* 59,9 *ss Lucull.* 11,33—36. 17,54
18,60 Carneadem . . . etiam heri audiebamus solitum esse *eo* delabi 17
interdum ut diceret opinaturum id est peccaturum esse sapientem. *cf* 21,67. 24,78. 35,112. 48,148 *(Catulus:)* ad patris reuoluor sententiam, quam quidem ille Carneadeam esse dicebat, ut percipi nihil putem posse, adsensurum autem non percepto id est opinaturum sapientem existumem, sed ita ut intellegat se opinari sciatque nihil esse quod comprehendi ac percipi possit.

*

4,10 Catulus «Etsi heri . . id quod quaerebatur paene explicatum 24
est . . . tamen exspecto ea quae te pollicitus es Luculle ab Antiocho audita dicturum.» «Equidem» inquit Hortensius «feci plus quam uellem; . . . a me . . ea quae in promptu erant dicta sunt . . .
9,28 postulabat Hortensius ut id ipsum saltem perceptum a 28
sapiente diceretis, nihil posse percipi

---

*

p. 377,13 *K.* figor ambigue declinatur apud ueteres tempore perfecto; reperimus enim fictus et fixus: Scaurus de uita sua 'sagittis' inquit 'confictus', Varro ad Ciceronem tertio 'fixum', et Cicero Academiarum *(sic codices* ~micarum *editiones interpolatae, t* ~micorum *Keilius bmr)* tertio malcho in opera adfixa' et Vergilius *(Aen.* IV 15*)* 'si mihi non animo fixum' *adscribit Keilius* 'fixum *dixit Cicero in Lucullo* 9,27, stabile fixum ratum esse debeat; . . . *itaque lacunam' (ante* malcho*)* *'indicaui. nam ea quae secuntur ex alio scriptore, cuius nomen uel excidit uel in corrupto uocabulo* malcho . . . *latet, citata esse uidentur'*. malleo *et* opere *hariolatur r, idem a Diomede Varronianum exemplum cum Ciceroniano permutatum suspicatus* *Incertum adscribo hoc: Nonius p.* 433 sensus et sensa hoc separantur. sensus enim sunt qui sentiunt, sensa quae sentiuntur. Cicero de oratore *(*I 8,32*)* 'et quod exprimere dicendo sensa possumus *** nam primum manifestum est et sapere nos cum incitatio sit uel sensus'; *scilicet haec posteriora cum eiusdem Ciceronis esse suspicatus sit Rothius conicias fuisse in Academicis. pergi potuit* uel mentis, et agere aliquid cum animus motus sit ad appetendum; *cf Lucull.* 8,24. 10,30. 11,34

1 4,12 *(Philo)* ista quae sunt heri defensa negat Academicos omnino dicere

3 7,17 fabricemur ... uerba, ne hic *(Cicero)* sibi ... hoc licere putet soli. *cf Acad.* I *p.* 46,14 *ss.* 7,18 uisum ... hoc pro φαντασίᾳ uerbum satis hesterno sermone triuimus *(cf Acad.* I *p.* 54,1*)*. 8,22 ἐννοίας .. notitias appellare tu uidebare

7 25,79 *(Cicero)* heri non necessario loco contra sensus tam multa dixeram. 13,42 haec ... concidunt etiam minutius. ut enim de sensibus hesterno sermone uidistis item faciunt de reliquis. *cf* 7,19 *Acad.* II *p.* 58,2—59,3

11 4,10 causa *(Antiochi)* ... hesterno sermone labefacta est

*

12 4,10 etsi heri .. id quod quaerebatur paene explicatum est ... tamen exspecto ea quae te pollicitus es Luculle ab Antiocho audita dicturum.

CODICES LVCVLLI

A Vossianus 84
F Florentinus Marcianus 257
M Monacensis 528
V Vindobonensis 189 *(deficit inde a* 32,104*)*
N Nostradamensis Parisinus 17812, *adhibitus ubi deficit V*
B Vossianus 86

LVCVLLVS

1 1 Magnum ingenium Luci Luculli magnumque optimarum artium studium, tum omnis liberalis et digna homine nobili ab eo percepta doctrina quibus temporibus florere in foro maxime potuit caruit omnino rebus urbanis. ut enim [urbanis] admodum adulescens cum 5 fratre pari pietate et industria praedito paternas inimicitias magna cum gloria est persecutus, in Asiam quaestor profectus ibi permultos annos admirabili quadam laude prouinciae praefuit; deinde absens factus aedilis, continuo praetor (licebat enim celerius legis praemio); post in Africam, inde ad consulatum; quem ita gessit ut diligentiam 10 admirarentur omnes ingenium agnoscerent. post ad Mithridaticum bellum missus a senatu non modo opinionem uicit omnium quae de 2 uirtute eius erat sed etiam gloriam superiorum; idque eo fuit mirabilius quod ab eo laus imperatoria non admodum expectabatur, qui adulescentiam in forensi opera, quaesturae diuturnum tempus Murena 15 bellum in Ponto gerente in Asiae pace consumpserat. sed incredibilis quaedam ingenii magnitudo non desiderauit indocilem usus disciplinam. itaque cum totum iter et nauigationem consumpsisset partim in percontando a peritis partim in rebus gestis legendis, in Asiam factus imperator uenit, cum esset Roma profectus rei militaris 20

---

1 *de inscriptione uide p.* 26,21. 28,23. 33,4. 23. 65,20 *et praefationem, de prooemio p.* 28,23 2 lucıluculli, *quinta littera et sexta cum parte septimae in ras, sexto loco uid* l *fuisse V* attıum *pr A* 3 oīmſ, ıſ *in ras rec, A* per accepta *V* ꝑcepta *B* 4 qui quibus *Huelsemannus* l̲caruit *rec A, item ut uid B* 5 rebuſ humanıſ ut enım urbanıſ admodum *AB, sed* urbaṇıſ *rec A* reb; humanıſ utenī admodum *V. corr dett Ven* II*; mendi originem explicauit Dauisius* 6 et *add V* 7 profectoſ *pr A* per multos *cum aliis maluerunt tb praeter usum Ciceronis* 8 *p̄fuit *ex* ꝑfuit *A* praefuıt, efuı *in ras,* a *et* t *red B* 10 ita, i *rec in ras ampliore A* ıſta *pr V* ut *add V* 11 ing. prudentes agn. *ci Reitzensteinus cl Tac. Agric.* 40 *ex.* 12 mıſſıſ *pr AVB* 14 expectabatur *dett Rom* ſpect~ *AVB* 15 aduleſcentıā *ex* ~a *AV* ad ̲uleſcentıa *B* 16 aſıa *Vtr* Asiam *dett, unde* in Asia in pace *Gulielmius m* in [Asiae] pace *b. cf pro Cluent.* 69,195 in communi Italiae pace 17 uſum *pr B* 19 ꝑcontendo *A* ꝑ contenda *pr V* per contanda *B* legendıſ, d *aliquando fuit deleta V* 20 ꝑfect̓ *ex* p~ *A scholiasta Gronouianus ad orat. pro lege Manilia* 10,28 *p.* 441,10 *Orell.* constat Lucullum usque ad tempora consulatus expertem fuisse

rudis. habuit enim diuinam quandam memoriam rerum — uerborum maiorem Hortensius; sed quo plus in negotiis gerendis res quam uerba prosunt, hoc erat memoria illa praestantior. quam fuisse in Themistocle, quem facile Graeciae principem ponimus, singularem ferunt, qui quidem etiam pollicenti cuidam se artem ei memoriae, quae tum primum proferebatur, traditurum respondisse dicitur obliuisci se malle discere, credo quod haerebant in memoria quaecumque audierat et uiderat. tali ingenio praeditus Lucullus adiunxerat etiam illam quam Themistocles spreuerat disciplinam; itaque ut litteris consignamus quae monimentis mandare uolumus sic ille in animo res insculptas habebat. tantus ergo imperator in omni genere belli 3 fuit, proeliis oppugnationibus naualibus pugnis totiusque belli instrumento et adparatu, ut ille rex post Alexandrum maxumus hunc a se maiorem ducem cognitum quam quemquam eorum quos legisset fateretur. in eodem tanta prudentia fuit in constituendis temperandisque ciuitatibus, tanta aequitas, ut hodie stet Asia Luculli institutis seruandis et quasi uestigiis persequendis. Sed etsi magna cum utilitate rei p. tamen diutius quam uellem tanta uis uirtutis atque ingenii peregrinata afuit ab oculis et fori et curiae. quin etiam cum uictor a Mithridatico bello reuertisset, inimicorum calumnia triennio tardius quam debuerat triumphauit; nos enim consules introduximus paene in urbem currum clarissimi uiri. cuius mihi consilium et auctoritas quid tum in maximis rebus profuisset dicerem, nisi de me ipso dicendum esset, quod hoc tempore non est necesse; ita priuabo potius illum debito testimonio quam id cum mea laude communicem.

---

bellorum, post in consulatu historiis studuisse ut bella destituta *(descripta ci Dauisius;* bellica instituta *Maduigius emend.* 123*)* cognosceret. hunc *(hoc Graeuius)* in illo dialogo qui scribitur *(inscribitur Dauisius)* Lucullus Cicero docet, unde et in Hortensio Lucullus historiam laudauit. *cf Sall. Iug.* 85,12

1 **ēnī [et, *add ut uid*] *V* dīuinā *ex* ~a *V* 5 ej*, j *ex* i [*hasta*] *A* & ei *V* ei* *cum ras ex* & *B* 7 malle, *prior* l *add B* hærebant *ex* har~ *B* 8 et *V*, *corr* aſſ *A;* aut *B. in re ambigua tamen illud praetuli: de fin.* v 19,52 res gestas audire et legere uelle, *de sen.* 6,20 quod si legere aut audire uoletis externa prędıctuſ, *in mg* ł p̄dıt *V* 11 ınculptaſ *B* 12 ınſtrumentı *V* 14 quamquē quam, e *ex* a *B* legıſſet *ex* ~ſſe *V.* legisset *cum quarto casu ut* cognoscere 16 hodıe ſt& *sed* ſt& *in ras ampliore A* hodieęſtet& *(h add)*, et *add V* hodıe *ſt_& [e] *B* 17 ſęd *punctis ut uid erasis V* 18 u*ıſ [ı] *B* 19 afuit *rec A* affuit *V* 20 uertıſſ& *pr V* ącalumnıa *A* 22 urbē *ex* ~e *AVB* clarıſſımumırı *corr* clarıſſımuuırı *(sic) B* 24 ıta^q: *Vm; cf de diuin.* II 9,24 *Tusc.* V 23,66 25 illum potius *dett Ven r* cūmea *ex* cumea *AV* cūęa *B*

2 4 Sed quae populari gloria decorari in Lucullo debuerunt, ea fere sunt et Graecis litteris celebrata et Latinis. nos autem illa externa cum multis, haec interiora cum paucis ex ipso saepe cognouimus. maiore enim studio Lucullus cum omni litterarum generi tum philosophiae deditus fuit quam qui illum ignorabant arbitrabantur, nec uero ineunte aetate solum sed et pro quaestore aliquot annos et in ipso bello, in quo ita magna rei militaris esse occupatio solet ut non multum imperatori sub ipsis pellibus otii relinquatur. cum autem e philosophis ingenio scientiaque putaretur Antiochus Philonis auditor excellere, eum secum et quaestor habuit et post aliquot annos imperator, quique esset ea memoria quam ante dixi ea saepe audiendo facile cognouit quae uel semel audita meminisse potuisset. delectabatur autem mirifice lectione librorum de quibus audiebat.

5 Ac uereor interdum ne talium personarum cum amplificare uelim minuam etiam gloriam. sunt enim multi qui omnino Graecas non ament litteras, plures qui philosophiam, reliqui qui etiam si haec non inprobent tamen earum rerum disputationem principibus ciuitatis non ita decoram putent. Ego autem cum Graecas litteras M. Catonem in senectute didicisse acceperim, P. autem Africani historiae loquantur in legatione illa nobili, quam ante censuram obiit, Panaetium unum omnino comitem fuisse, nec litterarum Graecarum nec philosophiae 6 iam ullum auctorem requiro. Restat ut iis respondeam, qui sermonibus eius modi nolint personas tam graues inligari. quasi uero clarorum uirorum aut tacitos congressus esse oporteat aut ludicros sermones aut rerum conloquia leuiorum. etenim si quodam in libro uere est a nobis philosophia laudata, profecto eius tractatio optimo

---

1 popoları *pr A* pocuları *pr B* decorare *pr V* 4 generi *dett Ven* genere *AVB* 6 ┐ *h. e.* et *add B* proqueſtorę *V* alıquot *ex* ~quıd *V*, *ex* ~quod *B* alıqđ *A* 11 quıq; *rad corr* cuıq; *B* quıc̄que *V* cumque, cum *in ras (spatio conuenit* quıc*) A* quoıq: *F* eſſe *pr A* ēē *pr V* e& *corr* ēe* *B* ea memorıa *corr* eā ~ā *B* qua *Bentleius (cf idem ad Horat. serm.* I 6,15 *Maduigius de fin.* I 8,29 *R. Foersterus ann. philol. suppl.* XXVII 178*) tbm probabiliter non ut certum sit* ea *corr* eā *B* 12 memınıſſ& *B* potuıſſe *pr A* 13 audierat *ci Ernestus* 14 at *Durandus bm; cf Brut.* 49,181 *thes. l. L.* II 1077 uel mınuā *V* 15 glorıā, g *e corr et* lorı *in ras ft pr B* 16 pluraſ *pr V* quı *add A, om dett Ernestus r (iidem u.* 18 putant*); aliqui qui Bentleius adsentiente Dauisio (qui ci etiam* reliquique*); cf p.* 83,14 18 decorem *pr B* 20 legione *V, pr A* a censura *Duebnerus in Muelleri frg. hist. Graec.* II *p.* XX e c. *Ed. Schwartzius coniectan. (ind. lect. Rostoch.* 1889*)* 4. *cf de re p.* VI 11 cum autem ... censorque fueris et obieris legatus Aegyptum Syriam Asiam Graeciam, deligere iterum consul*; Marx ad Lucil.* 464 *p.* 172 cenſurā * obnt panę tı*um, *lineola add, uid* ~tuum *fuisse A* 21 quomıtem *pr B* comıtē, com *in ras angusta, reliqua red ut uid A* ne ph~ *pr AV* 24 tacıtaſ *pr V* congreſſoſ *A, inter scribendum corr* ~uſ *B* 26 laudatam *V. Hortensium significat*

atque amplissimo quoque dignissima est. nec quicquam aliud [ut] uidendum est nobis, quos populus R. hoc in gradu conlocauit, nisi ne quid priuatis studiis de opera publica detrahamus. quod si cum fungi munere debebamus non modo operam nostram umquam a popular coetu remouimus sed ne litteram quidem ullam fecimus nisi forensem, quis reprendet otium nostrum, qui in eo non modo nosmet ipsos hebescere et languere nolumus sed etiam ut plurimis prosimus enitimur. Gloriam uero non modo non minui sed etiam augeri arbitramur eorum quorum ad populares inlustrisque laudes has etiam minus notas minusque peruolgatas adiungimus.

Sunt etiam qui negent in iis qui *in* nostris libris disputent 7
fuisse earum rerum de quibus disputatur scientiam. qui mihi uidentur non solum uiuis sed etiam mortuis inuidere.

Restat unum genus reprehensorum, quibus Academiae ratio non 3
probatur. quod grauius ferremus, si quisquam ullam disciplinam philosophiae probaret praeter eam quam ipse sequeretur; nos autem quoniam contra omnes qui *se scire arbitrantur* dicere quae uidentur solemus, non possumus quin alii a nobis dissentiant recusare. quamquam nostra quidem causa facilis est, qui uerum inuenire sine ulla contentione uolumus idque summa cura studioque conquirimus. etsi enim omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus eaque est et

---

1 aliud ut uidendum *AVB, sed* ut *erasum A, expunctum supra addito* ÷ *h. e.* est *V, praeterea in hoc supra primam* d *erasa littera aut signum (/.?) et expunctis* den *supra add rec* tan *(ut esset* uitandū*), in intercolumnio erasum* /.t *ut uid;* aliut *olim fuisse ci t* 2 R. *add B* 3 de *add B* tum quum *de Goerenzii coniectura Klotzius* cumfungı *ex* co f~ *uel* eo f~ *B*
3.4 eo cum ~ debebamuſ non *(h. e.* et non*) rec V, in eodem post* nrām *(u.* 4*) in extremo uersu appicta rec* a*, ante uersus ab* umquā *et a* ſed *(u.* 5*) incipientes item* b *et* c*, credo ut significaretur* debebamus *et* remouimus*, quae in uersibus* a *et* b *sunt, correcta esse ad* facimus*, quod in* c *est* 4 numquam *dett Ven tbmr, quod dubito an non necessarium sit in hac similitudine praedicatorum; Liuii quidem non dissimile hoc est* XXXII 20,7 haec adhortatio praetoris non modo quemquam unum elicuit ad suadendum sed ne fremitum quidem aut murmur contionis ... mouit *(cf* XXV 26,10*)* 5 coeture mouimuſ *ut uid corr* coetu*remouemuſ *AV, sed in A etiam prima* e *nescio quo modo ex corr et* ~ımuſ *radendo restitutum;* cae ture|mouim *pr B* ıllam *pr V* fæcımuſ *ex* fac~ *A* facım *VB* 7 **pſimuſ *ex* promſimuſ*, sequitur* ſed *(u.* 8*) additis in mg inferiore quae omissa erant B* 8 emtımur*, in* e *nescio quid corr A* emtıtur *pr V* mınuı*ſed *ex* mınuiſſet *A* mınuſ *& pr V* 11 in *add Asc*
12 disputetur *ci Ernestus* 17 oīmſ quıdicere quaeuidentur *(*aliis *add rec) A* oīmſ quıdicere | qūąęuidentur *punctis sub* quae *erasis (ita* omneſ quıdicere quaeuidentur *Fr), in mg* q̄ ŧ quı ſcire | ſibı . uident *(et sic* omnes dicere qui scire sibi uidentur *Rom) V* omnes qui scire sibi uidentur dicere quae uidentur *dett* ~ qui se scire arbitrantur ~ *ex Halmi coniectura b, cf p.* 69,7 18 alia *B* dıſſentıent *B* 19 nrām *V* nrā*, a *e corr ut uid A* nrā* [m] *B*
facılıſē *corr* facılıſēſt*, in mg* ŧ facılıor *V*

in ipsis rebus obscuritas et in iudiciis nostris infirmitas, ut non sine causa antiquissimi et doctissimi inuenire se posse quod cuperent diffisi sint, tamen nec illi defecerunt neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus. neque nostrae disputationes quicquam aliud agunt nisi ut in utramque partem dicendo et audiendo eliciant et tamquam exprimant aliquid quod aut uerum sit aut ad id quam proxime accedat; nec inter nos et eos qui se scire arbitrantur quicquam interest, nisi quod illi non dubitant quin ea uera sint quae defendunt, nos probabilia multa habemus, quae sequi facile, adfirmare uix possumus. hoc autem liberiores et solutiores sumus, quod integra nobis est iudicandi potestas nec ut omnia quae praescripta [et quibus] et quasi imperata sint defendamus necessitate ulla cogimur. nam ceteri primum ante tenentur adstricti quam quid esset optimum iudicare potuerunt; deinde infirmissimo tempore aetatis aut obsecuti amico cuidam aut una aliquoius quem primum audierunt oratione capti de rebus incognitis iudicant et ad quamcumque sunt disciplinam quasi tempestate delati ad eam tamquam ad saxum adhaerescunt. nam quod dicunt omnia se credere ei quem iudicent fuisse sapientem, probarem, si id ipsum rudes et indocti iudicare potuissent (statuere enim qui sit sapiens uel maxime uidetur esse sapientis); sed ut potuer*int, aut, ut debuer*unt, omnibus rebus auditis cognitis etiam reliquorum sententiis iudicauerunt, aut re semel audita ad unius se auctoritatem contulerunt; sed nescio quo modo plerique errare malunt eamque sententiam quam adamauerunt pugnacissime defendere quam sine pertinacia quid constantissime dicatur exquirere.

Quibus de rebus et alias saepe nobis multa quaesita et disputata

---

2 ınuerare *pr V* 3 dıf fiſſi* ſint *ex* ~ſſiſ ınt *B* 5 utı ın *B* et audiendo *om Vtbr; cf de nat. d.* I 20,56 elıcıant *M* elıceant *AVB* 8 quıdefendunt *pr A* 9 ſeque *pr A* 11 perſcripta *pr V* et quibus *om Rom;* ab aliquibus *ci Schuetzius* a quibusdam *dett r* 12 *&* *B* hec *in ras rec A* 15 cuipiam *Lambinus m (cf Reisigii scholae* III 65 *ed.* III*) recte, nisi forte ipsam illorum orationem Cicero imitatur* 18 omnia-
ea
ſa cre dere*, in intercolumnio* ŧ ōnino | ſec· *(ita r) V* 19 ıd *add A* rudeņſ *V* rudeſ *radendo ex* rudaſ *B* Statuere| *in ras A* ſtatuereeꝛnım· *in ras paulo capaciore V; fuerit in utroque* ſtat uere *uel* ſtatu uere 20. 21 ut potuerunt omnıbuſ *AVB.* ut potuerint, potuerunt o. r. a., c. e. r. s. Nunc autem iudicauerunt *(postea* At iud. *uel* Iud. autem*, et sic tbmr)* re semel audita, atque ad u. s. a. c. *Lambinus tbmr, quod parum cum iis conuenit quae secuntur; cum enim hoc enuntiato omnes dici uideantur leuiore illa ratione iudicare, qui potest per* sed *addi plerosque ita iudicare; in eodemque uitio aliorum coniecturae sunt uelut C. F. Hermanni philol.* VII 467. *quare praestat certe illud quod posui: duabus iudicandi rationibus propositis per* sed *adiungitur earum plerosque non eam sequi quam debeant. minus apte sed tamen rectius Lambino Muretus uar. lect.* VII 18 *sic* ut potuerint: o. r. a., c. e. r. s. iudicarunt, an, re semel audita, ad u. s. a. c.? *similiterque Weidnerus philol.* XXXVIII 90 24 ea*m quae *ex* enım ~ *A* 25 qđ *V* 26 alıaſepe *pr B* nobis *om V* a nobis *Lambinus; uide Madvigium de fin.* I 4,11

sunt et quondam in Hortensi uilla quae est ad Baulos, cum eo Catulus et Lucullus nosque ipsi postridie uenissemus quam apud Catulum fuissemus. quo quidem etiam maturius uenimus, quod erat constitutum si uentus esset Lucullo in Neapolitanum mihi in Pompeianum nauigare. cum igitur pauca in xysto locuti essemus, tum eodem in spatio consedimus.

Hic Catulus «Etsi heri» inquit «id quod quaerebatur paene ex- 4
plicatum est, ut tota fere quaestio tractata uideatur, tamen expecto 10
ea quae te pollicitus es Luculle ab Antiocho audita dicturum.»

«Equidem» inquit Hortensius «feci plus quam uellem; totam enim rem Catu*le Lucull*o integram seruatam oportuit. et tamen fortasse seruata est; a me enim ea quae in promptu erant dicta sunt, a Lucullo autem reconditiora desidero.»

Tum ille «Non sane» inquit «Hortensi conturbat me expectatio tua, etsi nihil est iis qui placere uolunt tam aduersarium; sed quia non laboro quam[quam] ualde ea quae dico probaturus sim, eo minus conturbor. dicam enim nec mea nec ea, in quibus non, si non fuerint, uinci me malim quam uincere. sed mehercule ut quidem nunc se causa habet, etsi hesterno sermone labefacta est, mihi tamen uidetur esse uerissima. agam igitur sicut Antiochus agebat. nota enim mihi res est; nam et uacuo animo illum audiebam et magno studio, eadem de re etiam saepius, ut etiam maiorem expectationem mei faciam quam modo fecit Hortensius.»

Cum ita esset exorsus, ad audiendum animos ereximus.

At ille «Cum Alexandriae pro quaestore» inquit «essem, fuit 11
Antiochus mecum, et erat iam antea Alexandriae familiaris Antiochi

---

1 hortẽnſi uilla *(i add rec) ex* hortẽ ſiuilla *A* quã .. fuiſſemuſ *in mg superiore add V* 4 Ixneopolitanum *ex* ineop~ *A* ineop~ *pr V* pompo Ianũ *pr A* 8 tota*fere [d] *B* expecta *pr B* 9 te *add B* 11 catulo *AVB* Lucullo *dett Ven* 11 *tbmr* Catule Lucullo *scripsi* ſeruatam *F* 15 ẽ*inſ *ex* etiſ *ut uid A* 16 quam *Rom* quamquã *AV* quaquam *ft ex* quã~ *B* |ea *euanidum A* ſi*eo *ex* ſimeo *A* ſim*|eo, e *in ras, ex* ſime|bo *ut uid B* 17 *****dicã [dicã] *V* nec ea *om V, add B* nonſi · fuerint *B* ſi non fuerint *AV sed post* ſi *supra add rec* va *h. e.* uera *V.* si *(*uera *add Lambinus)* non fuerint, non uinci me m. *Ven r* ~ uinci non m. *t* non, si falsa fuerint, u. me m. *m;* et ea, in q., si non fuerint, u. me m. *b* 18 uincę uincere *V* meerculą *B* 19 cauſa *V* labefacta *VB tbmr, e quibus r omnino negat Ciceronem labefaciendi uerbo usum esse, iniuria:* labefecit *est pro Sestio* 47,101, labefacta *consentientibus libris de har. resp.* 27,60 21 magnoſ *V* 22 ex_eſpectationem/ei *ex* ~nemei *V* 24 anim., *fueritne* ~m' *incertum B* 25 essem *Rom* iſſem *AVB*

Heraclitus Tyrius, qui et Clitomachum multos annos et Philonem audierat, homo sane in ista philosophia quae nunc prope dimissa reuocatur probatus et nobilis; cum quo et Antiochum saepe disputantem audiebam — sed utrumque leniter; et quidem isti libri duo Philonis, de quibus heri dictum a Catulo est, tum erant allati Alexandriam tumque primum in Antiochi manus uenerant; et homo natura lenissumus (nihil enim poterat fieri illo mitius) stomachari tamen coepit. mirabar; nec enim umquam ante uideram. at ille Heracliti memoriam inplorans quaerere ex eo uiderenturne illa Philonis, aut ea num uel e Philone uel ex ullo Academico audiuisset aliquando. negabat, Philonis tamen scriptum agnoscebat; nec id quidem dubitari poterat, nam aderant mei familiares docti homines P. et C. Selii et Tetrilius Rogus, qui se illa audiuisse Romae de Philone et ab eo 12 ipso duo illos libros dicerent descripsisse. tum et illa dixit Antiochus quae heri Catulus commemorauit a patre suo dicta Philoni et alia plura; nec se tenuit quin contra suum doctorem librum etiam ederet, qui Sosus inscribitur. tum igitur et cum Heraclitum studiose audirem contra Antiochum disserentem et item Antiochum contra Academicos, dedi Antiocho operam diligentius, ut causam ex eo totam cognoscerem. itaque conplures dies adhibito Heraclito doctisque conpluribus et in is Antiochi fratre Aristo et praeterea Aristone et Dione, quibus ille secundum fratrem plurumum tribuebat, multum temporis in ista una

---

1 qui*, i *in ras, fuit* quae *A* clito* machum *ex* ~tuſ m~ *A* phil*onem [i] *A* ~l~ *V* filonem *B* 3 *&* *(post* quo*) B, add A, om Vtbmr; particulam pendentem agnosco, de qua Maduigius de fin. exc.* 1 *p.* 788 *ss Antonius* ‘*Studien zur latein. Gramm.*’ 1 39 *ss; poterat enim pergere* et quondam ex Antiocho causam totam cognoui, *quod nunc multis interiectis posuit aliis uerbis u.* 19 4 leuiter *dett Ven; cf u.* 7 quideſt *pr B* 5 phil*oniſ [i] *A* alexandriã, ã *e corr, nescio an in ras A* 6 anthiochi* [a *ut uid] A* antiochia *V* 7 ille *pr V* 8 ‡ *h. e.* enim *add B* id *ante* umquam *potuisse excidere monet r, requiritur non magis quam uelut de re p.* 1 30,46 scio tibi ita placere, saepe enim ex te audiui 9 uiderent_neç *B* 10 uel e] uelle *AB, pr V* fil*onẽ [i] *AB* philonem *V* au* diuiſſe* [t *bis] A* audiuiſ ſe *ex* ~uiſ ſ *(h. e.* set *uel* sed*) B* 11 phil*oniſ [i] *A* f~ *B* ne *ci r non recte* dubitare *pr A* ~ri *corr* re, *dein* i *litura restitutum B* 12 omſ *AVB, sed* ł homines *mg V, uariae lectionis indicium : supra* o *appictum B* 13 tretiliuſ *V. nomen reliqui quamuis singulare, cf Guil. Schulzius de nomin. propr. Lat. (comment. societ. litt. Gotting. n. s.* v 5*)* 242*;* Tetrinius *dett Vrsini* Crepereius Rocus *ci r (cf denarius* CIL 1 482*).* metiliu *codd epist.* VII 18,3, *ubi* M. Aemilii *Manutius cl Asconio p.* 32,13 *K.* au*diuiſ—ſ*e,romae *ex* autdiuiſ feromae *A (*rom̃ *B)* fil*one [i] *AB* philione *V* 14 duo *V, rec A* illos duos *Ven* ~ duo *tbm; usus utrumque recipit* illa *ex* illi *AV, ex* ille *B* antiochoſ *pr B* 15 philioni *AVB sed media* i *erasa AB; insiticium esse temere ci r* 16 nec**ſe [eſ] *V* 17 *cf p.* 33,21 cum et *Goerenzius m, et sane similia exempla praesto multa, compar nullum* hera_chlytum, ẏ *ex* i *pr, B* 18 antiochũ+ | contra, *in mg add* + diffe-rentẽ · | & item an tiochum · *A* differentẽ *pr V* 20 conp*leṛeſ [u] *A*

disputatione consumpsimus. sed ea pars quae contra Philonem erat praetermittenda est; minus enim acer est aduersarius is qui ista quae sunt heri defensa negat Academicos omnino dicere; etsi enim mentitur, tamen est aduersarius lenior. ad Arcesilan Carneademque ueniamus.»

Quae cum dixisset, sic rursus exorsus est: «Primum mihi uidemini» (me autem nomine appellabat) «cum ueteres physicos nominatis facere idem quod seditiosi ciues solent cum aliquos ex antiquis claros uiros proferunt quos dicant fuisse populares, ut eorum ipsi similes esse uideantur. repetunt i a P. Valerio qui exactis regibus primo anno consul fuit, commemorant reliquos qui leges populares de prouocationibus tulerint cum consules essent; tum ad hos notiores, C. Flaminium, qui legem agrariam aliquot annis ante secundum Punicum bellum tr. pl. tulerit inuito senatu et postea bis consul factus sit, L. Cassium Q. Pompeium. illi quidem etiam P. Africanum referre in eundem numerum solent; duo uero sapientissimos et clarissimos fratres P. Crassum et P. Scaeuolam aiunt Tib. Graccho legum auctores fuisse, alterum quidem ut uidemus palam, alterum ut suspicantur obscurius. addunt etiam C. Marium; et de hoc quidem nihil mentiuntur. horum nominibus tot uirorum atque tantorum expositis eorum se institutum sequi dicunt. similiter uos cum perturbare ut illi rem p. sic uos philosophiam bene iam constitutam uelitis, Empedoclen

5 13 14

1 phi*onem [i] *AB* philonem *V* 2 p̄termite*nda *pr ex* ∽mittn∽ *aut* ∽mittan∽ *B* acer, ace *in ras*, r *red A* 4 leuior *dett Ven* carnedemq· *pr V* 6 dixiſſ*& *B* 7 noatiſ, min *ex parte in ras, fuerit* noatiſ, *B* 10 reptunt *pr A* (ii) a *Dauisius* iam *AVB* iam a *dett Lambinus bm* enim a *r. cf de tota hac enumeratione Tusc.* I 48,116 ualerio *AB* 11 leḡ *B* 12 tum ad hos notiores *scil. ueniunt, quod ipsum intercidisse uidebatur Kaysero (cf p.* 115,14. 151,15 *Tusc.* I 48,116 ueniunt inde ad propriora, *similia multa), sed uide Vahlenum ann. gymn. Austr.* XXIV 243 *s, qui confert de diu.* II 70,144 post idem ad Antiphontem, *Acad. p.* 60,20 inde ad iurgium*; cf p.* 105,17 *Maduigius de fin. p.* LXIX *ad p.* 316 13 agra*-riam [g] *A* ant̄ *B* 15 l· caſſium quae pompeiū *A* ∽caſſiumq·∽ *VB* 16 e*ndem *A* duouero *V, pr ut uid A* 17 *de permutatione in B facta uide praefationem* aiunt tib; gracchō, *tum* ō *litura deletum et in exitu add* ſ *B* aiuntiḅ; gracchoſ, ſ *add V* aiuſ. tib. gracchoſ, ſ. tib. *in ras sex fere litt,* ſ *add A* aiunt Ti. Graccho *tbmr* auctores legum *Ven mr* 18 ut uidemus *et* ut suspicantur *ex Gruteri et Guieti sententia del tb, dementiri r: nam quod de Mario illi dicuntur nihil mentiri, non est cur putentur dementiri de reliquis omnibus* 19 metiuntur, *prior* t *ex* c *pr ut uid A* m&iuntur *V* 21 ſimile*, e *ex* i [*ft* ī] *A (*similiter *dett Ven* II*)* ſimile *VB* similes *dett probante Dauisio. apparet peccatum ab eo qui iungeret* institutum simile 22—*p.* 73,8 *cf p.* 56,3—10. 83,13. 107,1—7 22 uos *del ci Lambin, cf de leg.* III 2,5 uṭuoſ *A* enpedoclen *AB* ∽clem *V*

Anaxagoran Democritum Parmeniden Xeno*phanen*, Platonem etiam et Socratem profertis. sed neque Saturninus, ut nostrum inimicum potissimum nominem, simile quicquam habuit ueterum illorum nec Arcesilae calumnia conferenda est cum Democriti uerecundia. et tamen isti physici raro admodum, cum haerent aliquo loco, exclamant quasi mente incitati, Empedocles quidem ut interdum mihi furere uideatur, abstrusa esse omnia, nihil nos sentire nihil cernere nihil omnino quale sit posse reperire; maiorem autem partem mihi quidem omnes isti uidentur nimis etiam quaedam adfirmare plusque profiteri se scire quam sciant. Quod si illi tum in nouis rebus quasi modo nascentes haesitauerunt, nihilne tot saeculis summis ingeniis maxumis studiis explicatum putamus? nonne cum iam philosophorum disciplinae grauissimae constitissent tum exortus est *ut* in optuma re p. Tib. Gracchus qui otium perturbaret sic Arcesilas qui constitutam philosophiam euerteret et in eorum auctoritate delitisceret qui negauissent quicquam sciri aut percipi posse. quorum e numero tollendus est et Plato et Socrates, alter quia reliquit perfectissimam disciplinam, Peripateticos et Academicos, nominibus differentes re congruentes, a quibus Stoici ipsi uerbis magis quam sententiis dissenserunt, — Socrates autem de se ipse detrahens in disputatione plus tribuebat is quos uolebat refellere; ita cum aliud diceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione quam Graeci εἰρωνείαν uocant; quam ait etiam in Africano fuisse Fannius, idque propterea uitiosum in illo non putandum quod idem fuerit in Socrate.

1 ana*xagoran [g] x *red ut uid, A* parmeniden, *in priore* n *nescio quid cum ras corr B* Xenophanem Platonem *Victorius* xeno platonem *AVB, sed* xeno· *et in mg add* /· phontē *V* 2 uĕm *V* 3 ueterem *pr AVB* 4 arceſſilę *uel* ∽le *B, pr AV* 5 hęrentalıquo ā*lico [i] *ex* hęrent|alıco *V* 6 ınciu̯tatı *AV* furere uideat̄, e uıd *e corr et, praeter* e *ut uid, in ras;* e *quae sequitur ft ex* t *B* 8 reperire *corr* ∽rırı *B* mihi quidem omnes *a reliquis seiungit r speciose non uere, nam* maiorem partem *apparet esse* plerumque *non* plerosque, *et opponitur* raro admodum *u.* 5 10 se *om V* 10—12 *cf p.* 109,1—3 13 exortus *dett Rom* exorſuſ *AVB* ut *post* tum *add V, post* est *dett Ven* II 14 tıb· *rad ex* tıb; *B, ex* tıbı *A* tıbı *V* Ti. *tbmr* perturbar&ur *V* ſi *pr V* 15 ıneorū *ft rad ex* me∽ *A* auctorıtatē *A* ∽tem *V* delitesceret *Ven m* 16 aut *ex* ut *B* 21 trıbuebat hıſ *AV* trıbu*e batıſ [a] *(*h *pr) B* alıud/· atq·, *in mg* /· *Δ* cognoſcenſ *V* dıcer& *ex* ∽re *B* 22 est *dett Rom* ·ēē̄t· *A* e& *VB* graecılronıan, *prior* ı *red ut uid,* I *e corr uel add A* greci ıronıan *corr* grę∽ *V* graeci* ıronıan *ex* ∽cıı ron∽ *B* in omni oratione simulatorem, quem εἴρωνα Graeci nominarunt, Socratem accepimus *de off.* I 30,108*; cf Hirzelius quaest.* II 1,365 23 a*ıt *ex* aut *A* fan̄ nıuſ *B. cf de orat.* II 67,270 *Brut.* 87,299

Sed fuerint illa uetera si uoltis incognita: nihilne est igitur 6
actum, quod inuestigata sunt, posteaquam Arcesilas Zenoni ut pu- 16
tatur obtrectans nihil novi reperienti sed emendanti superiores in-
mutatione uerborum, dum huius definitiones labefactare uolt, conatus
est clarissimis rebus tenebras obducere. cuius primo non admodum
probata ratio (quamquam floruit cum acumine ingeni tum admirabili
quodam lepore dicendi) proxime a Lacyde solo retenta est, post
autem confecta a Carneade. qui est quartus ab Arcesila; audiuit
enim Hegesinum, qui Euandrum audierat, Lacydi discipulum, cum
Arcesilae Lacydes fuisset. sed ipse Carneades diu tenuit, nam no-
naginta uixit annos, et qui illum audierant admodum floruerunt. e
quibus industriae plurimum in Clitomacho fuit (declarat multitudo
librorum), ingenii non minus in Hagnone, in Charmada eloquentiae,
in Melanthio Rhodio suauitatis; bene autem nosse Carneaden Stra-
toniceus Metrodorus putabatur. iam Clitomacho Philo uester operam 17
multos annos dedit; Philone autem uiuo patrocinium Academiae non
defuit. Sed quod nos facere nunc in[e]gredimur, ut contra Academicos
disseramus, id quidam e philosophis et ii quidem non mediocres fa-
ciundum omnino non putabant, nec uero esse ullam rationem dispu-
tare cum iis qui nihil probarent, Antipatrumque Stoicum qui multus
in eo fuisset reprehendebant; nec definiri aiebant necesse esse quid
esset cognitio aut perceptio aut, si uerbum e uerbo uolumus, con-

1 ueteribus *Bentleius tbm, sed* incognita *sunt quae non certa ratione sunt perquisita, significatione ducta ab usu iudiciario; cf p.* 54,16. 57,1. 76,5. 99,1. 6. 103,19. 146,7. 148,10 *de diu.* II 14,33 *al.* uetera *de nat. d.* III 32,80 2 inuestigatum est *Ven; uide Madvigium emend.* 127 *ss* acerſilaſ *A* 3 obtractanſ *V* ꝛnoui *e corr manu antiquissima (*ꝛ *dimidia cum* o *et* u *dimidia cum* i *in ras) A* emendandiſ ſuperioraſ *pr B* 3 inmutatione *corr* ~neſ *AB* 4 ꝺum *ex* in *pr ut uid A* 6 cum *corr* tum *V* 7 ſole *pr V* 8 confecta *dett Manutius* conficta *AVB* 9 hegeſſin*ū *ex* ~imū *B* egeſinum *V* 11 quillū *A* 13 Hagnone *Christius, cf Academicorum index Herculanensis* 23,4 *p.* 84 *Mekleri Zellerus de philos. Graec.* III 1,525 *n. ed.* III hac ~~nonne~~ *B* hac ꝛonne *V* hacquam, quam *in ras* VI *uel* VII *litt A* Aeschine *r cum Dauisio cl de orat.* I 11,45, *ubi quod Hagnon non commemoratur, ne Melanthius quidem* in**|char mada *(ex* charmada *cum ras pr)* eloquentiae *V* in carmade loquentiae *corr* in carneade eloquentiae *A* 14 melanthio, nt *ft ex* m, hio *in ras A* rodio *AB, pr V* carneadem *V* carneadeꝛ, leꝛ *in ras paulo ampliore A* carneadenſ tratoniceuſ *corr* ~den* ſtr~ *B* 15 clitomacho *sed prima litterae* m *hasta del ut uid A* philo [i] *B* 16 philone *sed posterior* i *paene erasa B* uiuo *ex* ~ui *A* 17 quðſ *pr nisi fallor A* inegredimur *corr* inegr~ *B*, in*gr~ *A* inegredimur *V* et *pr AV* 18 quidam [*fuerit* e] *ex* quadam *A* et *red uid A* hi *V* facundū** *ex* facunt dū *ut uid, certe fuit* ~nt~ *A* facunt dum *ex* facium dum *ut uid V* 19 uero*, o *e corr A* uerū *VB* uerum enim *Ven* enim *dett Goerenzius; cf p.* 53,20 *Tusc.* I 24,57 *ex.* 20 cū*ȷiſ, ū *et* i *red ut uid,* ȷ *add A* cum hiſ, h *lineola transuersa delecta, postea ipsa lineola erasa V* 21 fuiſſe *pr B* agebant *pr B* ꝛeceſſeeſſe *in ras x fere litt A* 22 aut *prius add B*

prehensio, quam *κατάληψιν* illi uocant; eosque qui persuadere uellent
esse aliquid quod conprehendi et percipi posset inscienter facere dice-
bant, propterea quod nihil esset clarius *ἐναργείᾳ* — ut Graeci, per-
spicuitatem aut euidentiam nos si placet nominemus fabricemurque
si opus erit uerba, ne hic sibi» (me appellabat iocans) «hoc licere
soli putet — sed tamen orationem nullam putabant inlustriorem
ipsa euidentia reperiri posse, nec ea quae tam clara essent defi-
nienda censebant. alii autem negabant se pro hac euidentia quic-
quam priores fuisse dicturos, sed ad ea quae contra dicerentur dici
18 oportere putabant, ne qui fallerentur. plerique tamen et definitiones
ipsarum etiam euidentium rerum non inprobant: et rem idoneam
de qua quaeratur et homines dignos quibuscum disseratur putant.
Philo autem dum noua quaedam commouet, quod ea sustinere uix
poterat quae contra Academicorum pertinaciam dicebantur, et aperte
mentitur ut est reprehensus a patre Catulo, et ut docuit Antiochus
in id ipsum se induit quod timebat. cum enim ita negaret quic-
quam esse quod conprehendi posset (id enim uolumus esse *ἀκατά-
ληπτον*), si illud esset, sicut Zeno definiret, tale uisum (iam enim
hoc pro *φαντασίᾳ* uerbum satis hesterno sermone triuimus) — uisum

ACADEMICVS III

4 *Quintilianus inst. or.* VI 2,32 insequitur *ἐνάργεια*, quae a Cicerone inlustratio et euidentia nominatur. *cf Krischius p.* 185 *(59), de inlustratione u.* 6 *part. or.* 6,20 16 *ss Augustinus c. Acad.* II 5,11 sed uerum non posse comprehendi ex illa Stoici Zenonis definitione arripuisse uidebantur, qui ait id uerum percipi posse quod ita esset animo impressum ex eo unde esset ut esse non posset ex eo unde non esset

1 qua**catalempſin*ȷlli *ex* quāquatalempſimilli *B;* catalempſin *etiam AV, cf p.* 54,8 2 aliquod *A* aliqđ *VB, cum ras corr* ~q̇d *F* 3 clariuſ ſenerge aut *pr AVB, corr* ~gea*ut *A* ~ge_a·ut *B, similiter V, sed in hoc correctionis signa erasa;* enarigia *Ven* II 4 euinden_tiam *B* 5 ne *dett Rom Ven* nec *AVB* 6 putet soli *Rom mr* rationem *Dumesnilus nou. ann.* CXV 760*; uide p.* 89,13 *de re p.* I 24,38 7 reperire *A* 8 cenſebant, c *in ras pr ex* cl *uel* d *ut uid,* b *ex* r *V* cenſerant *AB* negebant *pr B* proace_uidentia, h *add pr,* p *cum ras ex* b *B* 9 ad *om V* dicerentur|, r *extrema red opinor A* 10 *nequi*fallerent**, ne *in ras* IV *litt* [p *ut uid*] f *incertum ex* ſ *corr an red* [ur] *A* nequifallerentur, i *red uid,* f *ex* ſ *V* 11 euidentiū *corr* ~tiā, *sed illud restitutum radendo V* 15 Catuli *ex 'antiquo libro' Manutius, et solet sane* Catulus pater *dicere, nam p.* 8,9 *suam rationem habet* 17 aca*talēpton *A* acatalempton *VB (cf u.* 1*)* *καταληπτόν Ald Turnebus aduers.* VII 1 *b. scribit quasi posuerit* omnia incomprehensibilia esse, *fere ut de nat. d.* III 39,92 nihil esse quod deus efficere non possit, et quidem sine labore ullo *quasi scripserit* omnia deum efficere posse, *uel ut de re p.* II 4.9 nulli erant antea maritumi praeter Etruscos et Poenos, alteri mercandi causa latrocinandi alteri *haec extrema non congruunt cum prioribus nisi sic fere conformatis* soli maritumi erant Etrusci et Poeni 19 fantaſia *AVB* *Diog. Laert.* VII 50 *(cf* 46*)* *νοεῖται δὲ ἡ φαντασία ἡ*

igitur inpressum effictumque ex eo unde esset quale esse non posset ex eo unde non esset (id nos a Zenone definitum rectissime dicimus; qui enim potest quicquam conprehendi, ut plane confidas perceptum id cognitumque esse, quod est tale quale uel falsum esse possit) — hoc cum infirmat tollitque Philo iudicium tollit incogniti et cogniti; ex quo efficitur nihil posse conprehendi. ita inprudens eo quo minime uolt reuoluitur. Quare omnis oratio contra Academiam suscipitur a nobis, ut retineamus eam definitionem quam Philo uoluit euertere; quam nisi optinemus, percipi nihil posse concedimus.

7 19 Ordiamur igitur a sensibus; quorum ita clara iudicia et certa sunt, ut, si optio naturae nostrae detur et ab ea deus aliqui requirat contentane sit suis integris incorruptisque sensibus an postulet melius aliquid, non uideam quid quaerat amplius. nec vero hoc loco expectandum est dum de remo inflexo aut de collo columbae respondeam; non enim is sum qui quidquid uidetur tale dicam esse quale uideatur; Epicurus hoc uiderit et alia multa. meo autem iudicio ita est maxima in sensibus ueritas si et sani sunt ac ualentes et omnia remouentur quae obstant et inpediunt. itaque et lumen mutari saepe uolumus et situs earum rerum quas intuemur, et interualla aut contrahimus aut diducimus, multaque facimus usque eo dum aspectus ipse fidem faciat sui iudicii. quod idem fit in uocibus in odore in sapore, ut nemo sit nostrum qui in sensibus sui cuiusque generis iudicium requirat acrius. adhibita uero exercitatione et arte, ut oculi pictura teneantur aures cantibus, quis est quin cernat quanta

---

ἀπὸ ὑπάρχοντος κατὰ τὸ ὑπάρχον ἐναπομεμαγμένη καὶ ἐναποτετυπωμένη καὶ ἐναπεσφραγισμένη, οἷα οὐκ ἂν γένοιτο ἀπὸ μὴ ὑπάρχοντος; cf Sextus hypot. II 4 *adu. math.* VII 248. 426 *al., infra p.* 109,13 *ss (Zeno* 59 *Arn.)*

1 effictumque *dett Ven* II effectum que *A* ~quae *V* ~q; *B, quod etsi nonnumquam rectene corrigatur ambigi potest (uelut p.* 48,5 *Caes. de b. G.* VII 22,1, *cf de nat. d.* I 23,65 *Bonnelli lexicon Quintilianeum s. u.), tamen et hoc loco et p.* 109,14 *Graecum exemplum uix sinit dubitari, uide Tim.* 10,34 unde ēē *B, corr* ~ ēēt *AV* 1 *et* 2 quod *pro* unde *Lambinus cl p.* 109,13. 16 *s; sed uide Augustinum supra, itaque Ciceronem ait Maduigius de fin.* V 26,76 *id scribere debuisse, non scripsisse, quod Lambinus posuit, r autem partem tantum definitionis posuisse; mihi uid ὑπάρχον intellexisse quasi esset τὸ ὑποκείμενον* 3 pceptā *corr* ~tū *non deleta* a *V* 6 et**cognıtı, c *in ras A* 8 reteneamuſ *pr AV* re*|teneamuſ [*ft* c] *corr* ~tȷn~ *B* 10 quarū *pr A* 13 ne *A* 14 ınflexū *V* 15 ʜon*e—nī*ȷſ ſum *ex* ʜonne nımıſ ſum (ʜ *red*) *A* non enım*ıſ,ſum [m] *B* q̇ *add A* uıdeatur *B* uidetur *A; cf p.* 14,13 16 *Epıcuruſ [*punctum opinor*] ∈ *ex* e *A* me *pr V* 17 *ȷta *ex* ıſta *ut uid A* ıſta *V* 20 aut deducımuſ· multaq: facımuſ *in mg add V* eodem *pr V* 22 quı·ın *F* cujuſ quae, ȷ *in ras, fuit* c *uel* o, *etiam prior hasta litterae* u *ft add, ut fuerit* cuoıſ~ *A* 24 & oculı *V* et~ *A* &~ *B; an* si ei oculi? pıctu|ra teneantur, a tenea *red A* ut oculi ... cantibus *ex Dauisii suspicione del tbm, defendit post Ernestum r* quı*n̄cernat, n̄ *e corr, fuisse uid* quıncernat *A* quın cernet *corr* quı/n̄ ~ *rec V*

uis sit in sensibus. quam multa uident pictores in umbris et in eminentia quae nos non uidemus; quam multa quae nos fugiunt in cantu exaudiunt in eo genere exercitati, qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt aut Andromacham, cum id nos ne suspicemur quidem. nihil necesse est de gustatu et odoratu loqui, in quibus intellegentia etsi uitiosa est quaedam tamen. quid de tactu et eo quidem quem philosophi interiorem uocant aut doloris aut uoluptatis, in quo Cyrenaici solo putant ueri esse iudicium, quia sen-
(21) tiatur — potestne igitur quisquam dicere inter eum qui doleat et inter eum qui in uoluptate sit nihil interesse, aut ita qui sentiet non
21 apertissime insaniat? Atqui qualia sunt haec quae sensibus percipi dicimus talia secuntur ea quae non sensibus ipsis percipi dicuntur sed quodam modo sensibus, ut haec: 'illud est album, hoc dulce, canorum illud, hoc bene olens, hoc asperum': animo iam haec tenemus conprehensa non sensibus. 'ille' deinceps 'equus est, ille canis'. cetera series deinde sequitur maiora nectens, ut haec quae quasi expletam rerum conprehensionem amplectuntur: 'si homo est, animal est mortale rationis particeps'. Quo e genere nobis notitiae rerum inprimuntur, sine quibus nec intellegi quicquam nec quaeri *nec* dis-
22 putari potest. quod si essent falsae notitiae (*ἐννοίας* enim notitias appellare tu uidebare) — si igitur essent eae falsae aut eius modi

---

1 multı *V, pr B;* multa uıdent pıctoreſ *praeter* mul *red, ut incertum sit fueritne primitus* multa *an* multı *A* 2 nos *prius om V* fu+ıun *(uel* fuerit fıuun, *non fuit* fuıuı *neque* fuum*) B* 3 ınflatu*tȷ bıcınıſ *(posterior* t *ex parte in ras) nisi fallor ex* ınflatutı uıcınıſ *B* ınflatu|utı_bıcınıſ, *prior* u *add,* ıſ *in ras, rec V* 4 antıopam *punctum nescio an casu factum V* 5 quidenıhıl *pr B* deguſtau& *pr B* loquı****|ın *B* 6 uitiosa] obtusior *Schuetzius* uilior *b. cf de nat. d.* II 58,146 quıde *pr A* 8 cui assentiantur *Guietus* cui assentiamur *Dauisius* cui adsentiatur *passiue (cf p.* 87,8*) Maduigius emend.* 31 *bm* quia sentiat *(scil.* tactus*) ci Faber. nihil mutandum iudico cum Orellio et r, siue cum hoc interpreteris δι' αὐτὸ τὸ πεπονθέναι siue sentiri intellegas dolorem aut uoluptatem; quamquam dubites an interciderit* id unum *uel* solo illo, *cf p.* 108,11. 150,19 *Sextus adu. math.* VII 191 *φασὶν οὖν οἱ Κυρηναικοὶ κριτήρια εἶναι τὰ πάθη καὶ μόνα καταλαμβάνεσθαι καὶ ἀδιάψευστα τυγχάνειν, τῶν δὲ πεποιηκότων τὰ πάθη μηδὲν εἶναι καταληπτὸν μηδὲ ἀδιάψευστον* 9 quı doleat et ınter eū *in mg add V* 10 ıta quı* [ſ] *AB* ~quıſ *V* ſentıent *B* sentiat *dett Ald m. simile de fato* 8,15 *med.* 14 olenſ* [ı] *B* hoc ſperum *pr A* 15 ılla d~ *pr B* 16 ſer*ıeſ *ex* ſenıeſ *ut uid B* ut haec *post* amplectuntur *transponebat Walkerus* 17 rerū comprenſionem amplectuntur, *lineola add, uerbum medium in ras paulo ampliore,* a *red A* 18 ratıonıſ *in mg add V* 19 dıſputarı. *ABtbmr* aut|dıſputarı, aut *in mg add V.* nec *addidi cl de nat. d.* I 16,43 20 notıcıæ*·/appellare|**tu, æ *ex* a [ſ *corr* e *ut uid*] [cı *uel* eı], *in mg* ·/ennoeaſ enım| notıtıaſ *B* ennaeaſ *(posterioris* e *pars superior utrum e corr an red incertum in loco paene euanido; certe* o *non uidetur fuisse) A* enno eaſ *V* 21 eſſent*eae falſę, ea *in ras A* ~ea e/falſae *V* eſſent* eae ~ *ex* ~nte ae ~ *B* essent hae ~ *Ven r*

uisis inpressae qualia uisa a falsis discerni non possent, quo tandem his modo uteremur, quo modo autem quid cuique rei consentaneum esset quid repugnaret uideremus? Memoriae quidem certe, quae non modo philosophiam sed omnis uitae usum omnesque artes una maxime continet, nihil omnino loci relinquitur. quae potest enim esse memoria falsorum, aut quid quisquam meminit quod non animo conprehendit et tenet? Ars uero quae potest esse nisi quae non ex una aut duabus sed ex multis animi perceptionibus constat; quam si subtraxeris qui distingues artificem ab inscio: non enim fortuito hunc artificem dicemus esse illum negabimus, sed cum alterum percepta et conprehensa tenere uidemus alterum non item. cumque artium aliud eius modi genus sit ut tantum modo animo rem cernat, aliud ut moliatur aliquid et faciat, quo modo aut[em] geometres cernere ea potest quae aut nulla sunt aut internosci a falsis non possunt, aut is qui fidibus utitur explere numeros et conficere uersus; quod idem in similibus quoque artibus continget, quarum omne opus est in faciendo atque agendo. quid enim est quod arte effici possit nisi is qui artem tractabit multa perceperit?

Maxime uero uirtutum cognitio confirmat percipi et conprehendi 8 23
multa posse. in quibus solis inesse etiam scientiam dicimus, quam nos non conprehensionem modo rerum sed eam stabilem quoque et immutabilem esse censemus, itemque sapientiam artem uiuendi, quae ipsa ex sese habeat constantiam; ea autem constantia si nihil habeat percepti et cogniti quaero unde nata sit aut quo modo. quaero etiam ille uir bonus, qui statuit omnem cruciatum perferre, intolerabili

1 dıſcernȷ *ex* ~ne *B;* dıſcernı n̄poſſent, nı n̄ *e corr, quid fuerit incertum in loco euanido A* q̊* tandem, o *add,* t *e corr aut red, puto fuisse* qđ t~ *A* 2 iis *tbmr* aut̄ *ex* aut *B* re*ı [g] *B* conſentaneū, *lineola add, post* u *ft* ſ *erasa A* 3 uıdemuſ *V, pr AB* quæ *ex* qua *AV* 4 omnıſ uitae *AVB nisi quod* ſ *add uid in V;* omnem uitae usum *Walkerus tm* omnes *(uel* ~nis, *sed ut sit quartus casus)* uitae usus *Bremius br. omnem uitam tam saepe dicit Cicero, ut uix liceat dubitari* om̄ſ quı *A,* omnıſ quı *V,* omneſ quı *B, in omnibus corr* que; *ft fuit* omnisque uno *V* 8 aut *ex usu Ciceronis B* et *Vtb, corr* aṷt *A* aut ex duabus *Ven* 11, *cf p.* 41,6 quam *perceptionem dici (cf u.* 10*) recte scripsit Madvigius emend.* 139, *cf idem de fin.* II 19,61, *cui non recte obloquitur r, p.* 53,4; quas *Walkerus b* 10 dıceṁ *ex* ~m *B* negauımuſ *pr AVB* 11 uidebimus *Lambinus* 13 alıquo & *V* aut* [ē] *A* autem *V* aut̄ *B, cf u.* 2 geom&reſ *ex* ~rıſ *V* geometrıſ *AB (in hoc* ſ *et* c *quae sequitur e corr pr)* 14 aut *prius ex* ut *A* falſıſ, ıſ *ft e corr V* 17 poſſet *AB, pr V* 19 uırtutū, ū *in ras rec, uid fuisse* ~tıſ *A* 20 in quibus *i. e. in percipiendo et comprehendendo; eo enim quae sequitur disputatio spectat omnis* 20—22 *cf p.* 54,14 21 non *add rec A* 21. 22 &ımmutabılem *ex* &ıāmut~ *B Sextus hypot.* II 214 *ἡ μὲν γὰρ ἐπιστήμη βέβαιόν τι καὶ ἀμετάπτωτον πρᾶγμα εἶναι θέλει; cf Tim.* 3,8 23 ſeſe *AB* ſe *V* 24 pceptı *media euanida, ut fueritne* p *incertum sit A* nacta *AB* nec̲ta *V*

dolore lacerari potius quam aut officium prodat aut fidem, cur has sibi tam graues leges inposuerit, cum quam ob rem ita oporteret nihil haberet conprehensi percepti cogniti constituti: nullo igitur modo fieri potest ut quisquam tanti aestimet aequitatem et fidem, ut eius conseruandae causa nullum supplicium recuset, nisi is rebus adsensus
24 sit quae falsae esse non possint. Ipsa uero sapientia si se ignorabit sapientia sit necne, quo modo primum obtinebit nomen sapientiae? deinde quo modo suscipere aliquam rem aut agere fidenter audebit, cum certi nihil erit quod sequatur? cum uero dubitabit quid sit extremum et ultimum bonorum, ignorans quo omnia referantur, qui poterit esse sapientia? atque etiam illud perspicuum est, constitui necesse esse initium quod sapientia cum quid agere incipiat sequatur, idque initium esse naturae accommodatum. nam aliter adpetitio (eam enim uolumus esse ὁρμήν, qua ad agendum impellimur et id adpe-
25 timus quod est uisum) moueri non potest. illud autem quod mouet prius oportet uideri eique credi; quod fieri non potest, si id quod uisum erit discerni non poterit a falso. quo modo autem moueri animus ad adpetendum potest, si id quod uidetur non percipitur adcommodatumne naturae sit an alienum? itemque, si quid officii sui sit non occurrit animo, nihil umquam omnino aget, ad nullam rem umquam inpelletur, numquam mouebitur. quod si aliquid aliquando acturus est, necesse est id ei uerum quod occurrit uideri.

26 Quid quod, si ista uera sunt, ratio omnis tollitur quasi quaedam lux lumenque uitae: tamenne in ista prauitate perstabitis? nam quaerendi initium ratio attulit, quae perfecit uirtutem, cum esset ipsa ratio confirmata quaerendo; quaestio autem est adpetitio cogni-

4 aeſtımat *V, pr AB* 5 nıſı hıſ *AV* ⁿ*ıſ *ex* nıſ *B* 6 possunt *Ven* ſıſeıgnorabıt | ſapıentıa *in mg add A* 7 primum quo modo *ci Lambin, sed cf de off.* III 33,117 nam ubi primum prudentiae locus dabitur? *accus.* II 18,44 quare enim primum ille adesse noluit ... deinde tu cur ... iudices alios sortitus es? nomeɴ, me *in ras,* ɴ *ex* e, *fuisse uid* nomıne *B* 8 deın *B* 9 dubıtauıt *V, pr AB* extremum, t *in ras paulo maiore, quid fuerit obscurum B* 12 neceſſe, eſ *in ras A* 19 offıcı *A* offıcıı *VB* 20 nıhıl*ūquā [l] *A* 21 nū mouebıtur? *(om* quam*) V* 23 quıdqđ, *sed* quıd *linea del rec, V* quid si, si *ci Wichertus 'die lateinische Stillehre' p.* 72, *quia id usu Ciceronis flagitetur; qui usus mihi non is uidetur esse qui exceptionem non admittat. post* uitae *u.* 24 *lenius incidunt tb* ista *non quae modo dixit Lucullus sed quae aduersarios fecit statuere* 24 dux lumenque *Bentleius,* quoddam decus lumenque *ci r non melius; rationem dici arbitror et uitae lucem adferre et ipsam quam maxime in uita lucere* p*ſtabıtıſ [ę *ut uid*] *A* p**ſtabıtıſ [ae] *B* 25 perfıcıt *prior* ı *corr* e, *posterior primum corr* e, *deinde cum ras restituta* ı *V* perficit uirtutem, cum est ipsa *Christius* 26 ratio *ut p.* 80,3 *addendum ita hic delendum censet Reitzensteinus* ē* [&?] *B* cognıtıonıſ.*quaeſtıonıſq. ÷ fınıſ, *superscripta paene erasa, illa* quaeſt *et reliqua e corr atque praeter* ~ıſ *in ras*

tionis quaestionisque finis inuentio; at nemo inuenit falsa, nec ea quae incerta permanent inuenta esse possunt, sed cum ea quae quasi inuoluta ante fuerunt aperta sunt, tum inuenta dicuntur: sic et initium quaerendi et exitus percipiundi et conprendendi tenet. itaque argumenti conclusio, quae est Graece *ἀπόδειξις*, ita definitur: ratio quae ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur adducit. quod si omnia uisa eius modi essent qualia isti dicunt, ut ea uel falsa esse possent neque ea posset ulla notio discernere, quo modo quemquam aut conclusisse aliquid aut inuenisse dicemus, aut quae esset conclusi argumenti fides? ipsa autem philosophia, quae rationibus progredi debet, quem habebit exitum? sapientiae uero quid futurum est, quae neque de se ipsa dubitare debet neque de suis decretis (quae philosophi uocant *δόγματα*), quorum nullum sine scelere prodi poterit; cum enim decretum proditur lex ueri rectique proditur, quo e uitio et amicitiarum proditiones et rerum publicarum nasci solent; non potest igitur dubitari quin decretum nullum falsum possit esse sapientis *ne*que satis sit non esse falsum sed etiam stabile fixum ratum esse debeat, quod mouere nulla ratio queat. talia autem

9 27

(agnoscebam ſ *inter* a *et* e, *et ab altero* ıſ *usque ad* ꝛ *haec* ſq fınſ, *ut conicıam primo fuisse quae scripsi cum A) B* cognıtıonıſ quaeſ|ſtıonıſ que eſt fınſ *(*ſ *in initio uersus add) V*

1 necta *pr V* 2 pmanent⁎[ı] *B* 3 ınuoluptate fuerunt, *in intercolumnio* ·f·lun *V* ınuoluta⁎⁎ fuerunt, ta *in ras, in qua extrema agnoscebam* e, *in prima potest fuisse* p *Atbmr* ınuoluta⁎fuerant⁎⁎⁎⁎⁎, *inde a* t *priore ita partim in ras partim add B, ut post* u *mediam agnoscatur* p, *in extremo* erunt *et credi possit fuisse olim* ınuoluptate aⁿ̄ fuerunt *recipiendumque duxerim quod ci t* 4 pcıpıu̇ndı&cōprehenꝺenten&, & ... ꝺı *a corr,* cōpr *et* hendeı *in ras, fuit* &p̄ dendı, *nisi quod & incertum B* conp̄dendı *A* conp̄hen|dendı, hen *add V* Itaq· ten&.⁷ ıtaq; arguīntı *B* tenet; argumentı *A* tenet argu̇mentı *V. et* itaque *recepi cum r, quod paene necessarium est ad nexum sententiarum, et* tenet *tenui cum Guieto, et rationem tenere puto satis intellegi in hoc loco quo de ipsa ratione agitur; quod cui secus uideatur is* ratio *inserat post* sic *cum Walkero (nam* exitum *scribere cum Lambino uix necesse est);* tenetur. argumenti *Bentleius tbmr* comprendendi facultate tenetur. ∾ *Arnimius Chrysipp. fr.* 103 5 apodıxıſ *AVB* 6 ex *ex* et *A* pcıpıebatur ratıo adducıt, ur *e corr pr B* 7 ıſtı *rad ex* ∾a *A* ıſta *V, pr B* 8 notio] ratio *Arnimius Chrysipp. fr.* 111*; uide p.* 83,22 9 diceremus *dett Rom tbmr temere ut opinor, quoniam nunc iudicandum est qui olim fieri potuerit ut quisquam inueniret aliquid, si uera uisa a falsis nulla posset notio discernere, et poterat pergere* aut quam esse conclusi argumenti fidem *uel rursus ad haec conformare illa sic* quo modo quisquam aut conclusisset aliquid aut inuenisset, *sed maluit uariare orationem, ut uariauit deinceps cum* quem habebit exitum *posuit et reliqua, non* haberet *nec* habere dicemus ēēt *ex* ēē *A* 11 debet̄ *ex* ∾t̄ *B* 12 quam oneq· *pr V* 13 dogmata *AB* doc∾ *V; cf p.* 81,13*;* 146,6. 8 *de fin.* II 32,105 14 uera *sed rad* a *in* ı *mutari coepta B* 16 Non⁎ *ex* Nom *V* 17 ſapıentıſ neq;, neq; *in ras* ᵛ *fere litt rec A* ſapıentıſq· *V* ſapıentıſ quae *B* ſatıſıt *pr V*

neque esse neque uideri possunt eorum ratione qui illa uisa e quibus omnia decreta sunt nata negant quicquam a falsis interesse. Ex hoc illud est natum quod postulabat Hortensius, ut id ipsum saltem perceptum a sapiente diceretis, nihil posse percipi. sed Antipatro hoc idem postulanti, cum diceret ei qui adfirmaret nihil posse percipi [consentaneum esse] unum tamen illud dicere percipi posse consentaneum esse, ut alia non possent, Carneades acutius resistebat. nam tantum abesse dicebat ut id consentaneum esset, ut maxime etiam repugnaret. qui enim negaret quicquam esse quod percıperetur, eum nihil excipere; ita necesse esse ne id ipsum quidem, quod exceptum non esset, conprendi et percipi ullo modo posse. Antiochus ad istum locum pressius uidebatur accedere. quoniam enim id haberent Academici decretum (sentitis enim iam hoc me *δόγμα* dicere), nihil posse percipi, non debere eos in suo decreto sicut in ceteris rebus fluctuari, praesertim cum in eo summa consisteret: hanc enim esse regulam totius philosophiae, constitutionem ueri falsi cogniti incogniti; quam rationem quoniam susciperent docereque uellent quae uisa accipi oporteret quae repudiari, certe hoc ipsum, ex quo omne ueri falsique iudicium esset, percipere eos debuisse; etenim duo esse haec maxima in philosophia, iudicium ueri et finem bonorum, nec sapientem posse esse qui aut cognoscendi esse initium ignoret aut extremum expetendi, ut aut unde proficiscatur aut quo perueniendum sit nesciat; haec autem habere dubia nec is ita confidere ut moueri non possint abhorrere a sapientia plurimum. hoc igitur modo potius

28 29

1 ratıone quı,ılla uıſaṃ ąequıb; *V* ratıoneq̇ ılla uıſa equıb;, *duo* q *red ut uid, interiecta in ras* x *fere litt,* ¹ *add A* ratıonē̇ quı,lla uıſa⁎⁎⁎⁎e quıb; *ex* ratıonē quılla uıſęqub; quıb; *ut uid B* 2 negant⁎ [a*?*] *B* 3 utıdıpſū *praeter* pſū *in ras* J *A* 4 dıcer&hıſ *V* ante patro *pr A. cf p.* 129,15 *(fr.* 21 *Arn.)* 5 quı *corr* que *AVB* poſ| poſſe, *om* percipi *B* 6 consentaneum esse *hoc loco, ubi om M, anticipatum puto cum tbmr ex u.* 7 *propter proximorum similitudinem,* posse percipi *et* percipi posse*; alterum del Manutius* dıcere *corr* ∾ret *rec V* 7 acciuſ *pr A* 8 utei,con|ſentaneum *V, unde* ut id ei *Lambinus,* utei *deleto* id *t; sed mente aberrasse uidetur librarius ad u.* 5 ēē *B* 10 qd̄ceptū *B* 11 poſſe *corr* poſſet *V* poſſeṃ *B* 13 dogma *V, ex* ∾m€ *ft pr A, ex* docma *B; cf p.* 80,12 15 fluc|ctuarı̇, |c *add V. actiuum praetulit r, deponenti enim primum Liuium usum esse, quae ratio admodum incerta est; Cicero* fluctuat *scripsit ad Att.* II 12,3 eo⁎ [ſ] *B* 17 docereque *et quae secuntur suo more uituperat Hauetus albi Herwerdeniani p.* 88 17. 18 quae uisa accipi *t* quaeuıſaccıpı⁎ [o *ut uid*] *A* ∾pıǫ *V* ∾pı *B* 18 et quae *N Ven t sed hic dubitans ipse* ex⁎⁎quo [ın] *B* 21 ēē *posterius erasum A, del bm; cf p.* 52,5 *Stangelius Tullian.* 58 ınıtıum *cum ras ex* mıttum *ut uid V* 22 expetentı *pr B* 23 dubıa|⁎necȷıſ *ex* dubı|anecuſ *uel* ∾ıſ *ut uid B;* hı̇ſ *A* ¹ıſ *V* 24 poſſunt *sed prior hasta litterae* u *eradi coepta B* possit *scil. sapiens Walkerus, sed uide p.* 80,18

erat ab his postulandum ut hoc unum saltem, percipi nihil posse, perceptum esse dicerent. Sed de inconstantia totius illorum sententiae — si ulla sententia cuiusquam esse potest nihil adprobantis — sit ut opinor dictum satis.

Sequitur disputatio copiosa illa quidem sed paulo abstrusior — 10 30
habet enim aliquantum a physicis, ut uerear ne maiorem largiar ei qui contra dicturus est libertatem et licentiam; nam quid eum facturum putem de abditis rebus et obscuris, qui lucem eripere conetur? — sed disputari poterat subtiliter quanto quasi artificio natura fabricata esset primum animal omne deinde hominem maxime, quae uis esset in sensibus, quem ad modum prima uisa nos pellerent, deinde adpetitio ab his pulsa sequeretur, tum ut sensus ad res percipiendas intenderemus. Mens enim ipsa, quae sensuum fons est atque etiam ipsa sensus est, naturalem uim habet, quam intendit ad ea quibus mouetur. itaque alia uisa sic arripit ut iis statim utatur; alia quasi recondit, e quibus memoria oritur; cetera autem similitudinibus construit, ex quibus efficiuntur notitiae rerum, quas Graeci tum *ἐννοίας* tum *προλήμψεις* uocant; eo cum accessit ratio argumentique conclusio rerumque innumerabilium multitudo, tum et perceptio eorum omnium apparet et eadem ratio perfecta his gradibus ad sapientiam peruenit. ad rerum igitur scientiam uitaeque constan- 31
tiam aptissima cum sit mens hominis amplectitur maxime cognitionem et istam *κατάληψιν*, quam ut dixi uerbum e uerbo exprimentes

2 ſede ın conſtantıa *V* 3 sit] est *Ernestus tb, sed cf mr, Muellerus nou. ann.* CVII *(1873)* 351 *n.* 11, *ad Seyfferti Laelium p.* 346; *Tim.* 10,37 4 uıctū *pr B* 6 largıarei *ex* ~re *A* largıar*ei *ex* ~r& *B* 7 quıde̥m *B* 8 &*obſcurıſ [t] *B* conet̃ *ex* coner *A* lucem in rebus clarissimis eripere *Passeratius, possis addere* soli *uel* diei, *cf Otto de prouerbiis n.* 1663; *sed Faber attulit de nat. d.* I 3,6 eam philosophiam quae lucem eriperet et quasi noctem quandam rebus offunderet *et uide p.* 79,24. 100,3. 126,17 11 ſentıb; *pr B* primo *ex Lambini coniectura m* primum *dett tbr; cf Tim.* 14,51 *de nat. d.* II 12,33. 19,49 *Seneca de benef.* I 11,1 prima demus necessaria, deinde utilia, deinde iocunda, utique mansura, *ubi item* primum *edunt cum uno codice non optimo; uide etiam epist.* VII 16,1 eos *Lambinus, cf Vahlenus de leg. p.* 100,2 14 ipse *Ernesto auctore (qui etiam* est *delebat) r. Sextus adu. math.* VII 350 *οἱ δὲ αὐτὴν (τὴν διάνοιαν) εἶναι τὰς αἰσθήσεις* ea *add A* 15 ſtatım utatur *praeter* ſtat *e corr aut red, fuit ut uid* ſtatımmıtatur *A* 16 alia quasi *Faber (cf Maduigius de fin.* III 19,63*)* alıqua ſic *AVB nisi quod* alıqua *red in A; hiare orationem post* recondit *ci Manutius (*⟨ut ea cum opus sit depromat⟩ *ci Lambin)* recundıt *pr A* cetera *(corr* cet~*) in mg add V* cętera, *supra* e *prius nescio quid litum B.* cetera *ea sunt quae dixit* 7,21 17 conſtruıt, ruıt *in ras et maculis A* constituit *dett Ven* ennoeaſ *BV* enoeaſ *A; cf p.* 77,20 18 prolempſıſ *AB* p|lem_pe̥rſıſ *V; cf p.* 54,8 20 profecta *Rom* progressa *Weidnerus philol.* XXXVIII 125, *hoc quidem non contra usum Ciceronis, cf p.* 89,11 *Tusc.* II 21,47 *de fin.* V 15,43; *sed cf p.* 79,25 *s cum leg.* I 9,27 ıſ *A* 23 catalempſın *B* catalēpſıɴ, ɴ *in ras, fuerit* m *A;* catellempſınquam, p *add (non in ras),* n *in ras (uid fuisse primo* p, *deinde* ɴ, *denique* n*) V; cf p.* 54,8 ut dixi *p.* 74,22, *et hac remittendi formula defenditur* dicemus *p.* 83,1, *quod*

conprensionem dicemus, cum ipsam per se amat (nihil enim est ei ueritatis luce dulcius) tum etiam propter usum. quocirca et sensibus utitur et artes efficit quasi sensus alteros et usque eo philosophiam ipsam corroborat ut uirtutem efficiat, ex qua re una uita omnis apta sit. Ergo hi qui negant quicquam posse conprendi haec ipsa eripiunt uel instrumenta uel ornamenta uitae, uel potius etiam totam uitam euertunt funditus ipsumque animal orbant animo, ut difficile sit de temeritate eorum perinde ut causa postulat dicere.

32 Nec uero satis constituere possum quod sit eorum consilium aut quid uelint. interdum enim cum adhibemus ad eos orationem eius modi, si ea quae disputentur uera sint tum omnia fore incerta, respondent: 'quid ergo istud ad nos? num nostra culpa est? naturam accusa, quae in profundo ueritatem ut ait Democritus penitus abstruserit.' alii autem elegantius, qui etiam queruntur quod eos insimulemus omnia incerta dicere, quantumque intersit inter incertum et id quod percipi non possit docere conantur eaque distinguere. cum his igitur agamus qui haec distingunt, illos, qui omnia sic incerta dicunt ut stellarum numerus par an inpar sit, quasi desperatos aliquos relinquamus. Volunt enim (et hoc quidem uel maxime uos animaduertebam moueri) probabile aliquid esse et quasi ueri simile, eaque se uti regula et in agenda uita et in quaerendo ac disserendo.
11 Quae ista regula est ueri et falsi, si notionem ueri et falsi propterea
33 quod ea non possunt internosci nullam habemus. nam si habemus, interesse oportet ut inter rectum et prauum sic inter uerum et fal-

dicamus *esse, quamuis Ciceroni in talibus coniunctiuus familiaris fuerit, tamen hoc loco, si quid sentio, ne potuit quidem;* dicimus *Lambinus*
1 Tū *in ras rec A* propter se *Lambinus; usus utrumque recipit* est enim *Ven r* 2 delucıuſ *V* 4 corroborat, *tertia* o *in ras A* & *ex* & *V* u*na [a] *A* 5 est *tbm; res ambigua* 8 difficile*|ſit ex ~leſ|ıc *B* temerıtatē *ex* ~tē *B* 9 Nec, N *in ras,* e *red uid A* 11 disputent *Manutius tb* disputentur ab eis *Kayserus; cf p.* 68,12 uera ñ ſint *B. cf p.* 79,23 13 Democritus *cf p.* 56,7 abſtuſerıt *pr B* 15 ınter*ıɴ|certū, ı *posterior in ras,* ɴ *add, fuisse puto* ınterı|n *A* ın̄t certum *pr B* 16 conatur *pr B* 18 dıcunt *ex* ~t̃, *deinde* ut *om B* pa an ınpar *ut uid corr* paran ınpar, *deinde rec* ~anImpar *V* quaſı, q *in ras, ſt fuit* quıaſı *A* 19 alıqđ *pr B* quıdem *V* 20 probabile, le *in ras, fuit* probabıq; *B* ueri* *ex* ~re *aut* ~ro *A* uerȷ *ex* ~re *VB* 21 eaq; utı *pr B;* eaqueſeutı regula *corr* eāqueſeutı regulā *V* et ınagenda uıta et In *in ras pr A;* uıta* [e] *B* 22 ueri et falsi *priore loco del Lambinus tbm, quibus mihi cum Wernsdorfio spec.* II 6 *et r 'sententiae uis et perspicuitas conciliari' uidetur, cf de fin.* I 7,22; *de loquendi genere,* lex *dicitur* iuris atque iniuriae regula *(κανών) de leg.* I 6,19 notıotıonē *V* 23 ınternoſullā *pr B* nullum *pr A* 24 oport&, *prior* o *ex* a *ut uid B* prauū, ū *red uid A* ın̄t, *lineola incertum add an red B*

sum. si nihil interest, nulla regula est, nec potest is cui est uisio ueri falsique communis ullum habere iudicium aut ullam omnino ueritatis notam. nam cum dicunt hoc se unum tollere, ut quicquam possit ita *uerum* uideri ut non eodem modo falsum etiam possit [ita] uideri, cetera autem concedere, faciunt pueriliter. quo enim omnia iudicantur sublato reliqua se negant tollere; ut si quis quem oculis priuauerit dicat ea quae cerni possent se ei non ademisse. ut enim illa oculis modo agnoscuntur sic reliqua uisis, sed propria ueri non communi ueri et falsi nota. quam ob rem siue tu probabilem uisionem siue [in]probabilem et quae non inpediatur, ut Carneades uolebat, siue aliud quid proferes quod sequare, ad uisum illud de quo agimus tibi erit reuertendum. in eo autem si erit communitas 34
cum falso, nullum erit iudicium, quia proprium in communi signo notari non potest. sin autem commune nihil erit, habeo quod uolo; id enim quaero quod ita mihi uideatur uerum *ut* non possit item falsum uideri. Simili in errore uersantur cum conuicio ueritatis coacti perspicua a perceptis uolunt distinguere et conantur ostendere esse aliquid perspicui, uerum illud quidem et inpressum in animo atque mente, neque tamen id percipi ac conprendi posse. quo enim modo perspicue dixeris album esse aliquid, cum possit accidere ut id quod nigrum sit album esse uideatur, aut quo modo ista aut perspicua dicemus aut inpressa subtiliter, cum sit incertum uere inani-

---

1 Sı *in ras V* 2 uera *pr A* 4 uerum *ante* possit *add Manutius ex 'antiquo libro', ante* uideri *bm, nec uidetur id in hac disputatione posse abesse (non habent tr), cf u.* 15 ut . . . poſſıt *in ras pr A* ita *del Lambinus* 5 concıdere *pr AVB* pueri|ıter *ex* puer|ıter *B* 6 *sic potius distinguendum (cum Maduigio de fin.* IV 12,30*)* ut, si quis quem o. p., dicat *quam sic* ut si quis, quem o. p., dicat*; nam quid huc uerbi* priuauerit *tempus facere dicatur me fugit* oculſ priuauerıt, ſ *add,* priua *in ras,* u *red, uid fuisse* oculı ſpuauerıt *B* 7 poſſent· ſe,eı ademiſſe, *in intercolumnio* : n̄ *V* 8 uıxıſ *pr B* uırı *pr A* 10 siue probabilem *Faber cl Sexto adu. math.* VII 166 *προσλαμβάνων (ὁ Καρνεάδης) τήν τε πιθανὴν φαντασίαν καὶ τὴν πιθανὴν ἅμα καὶ ἀπερίσπαστον καὶ διεξωδευμένην, Galeno de plac. Hipp. et Plat.* IX *p.* 778 *K.; uide infra p.* 124,10. IN *illo abusus* tu *etiam secundo loco ponebat Dauisius contra usum sermonis* 11 proferenſ *B, pr AV (in A ft corr pr)* ſequa quare *V* 12 quod *A* qvo, vo *in ras, ex* qd̄ *B post* autem *incidit r, ut sit* in eo nullum iudicium, *non probabiliter, cf u.* 1 *ss* 13 in *del Manutius tbm; intellego* in communione .signi cōmune *B* 14 abeo *V, pr A* ∗ha|beo, h *in ras, ex* au|eo *B* 15 uerum ut non *V* uerū.ne∗ *ex* uerūnon *ut uid A* uerūne, ne *in ras ex* n̄ *B* 16 conuicio iudicio ueritatis *Maduigius emend.* 145 conuincio uerıtatıſ *V* conuınti∗ uerıtate∗ *ex* conuıntıo uerıtatıſ *ut uid A* conuinctio ac uerıtatıſ *sic B* 17 uolant v *pr ut uid A* 18 quidem &interpreſ|ſum *V* quidē∗∗ ınpraeſſū *Atmr* quidē∗∗ ∼ [ſt] *(corr pr ut uid) B* impressum subtiliter in animo *cl u.* 22 *ci Dauisius* 19 ac] aut *Lambinus* atque *r, sed uide thes. l. L.* II 1048,84 20 accedere *V* 22 aut menti impressa *Dauisius b* aut in animo impressa *Guietus m, omnes quaerentes quod moueri diceretur, et recte dicitur utrumque, sed ambigo utrum*

terne moueatur: ita neque color neque corpus nec ueritas nec argu-
35 mentum nec sensus neque perspicuum ullum relinquitur. Ex hoc illud iis usu uenire solet ut quicquid dixerint a quibusdam interrogentur 'ergo istuc quidem percipis?' sed qui ita interrogant ab iis inridentur. non enim urguent ut coarguant neminem ulla de re posse contendere nec adseuerare sine aliqua eius rei quam sibi quisque placere dicit certa et propria nota. Quod est igitur istuc uestrum probabile? nam si quod cuique occurit et primo quasi
36 aspectu probabile uidetur id confirmatur, quid eo leuius; sin ex circumspectione aliqua et accurata consideratione quod uisum sit id
(36) se dicent sequi, tamen exitum non habebunt, primum quia is uisis inter quae nihil interest aequaliter omnibus abrogatur fides; deinde, cum dicant posse accidere sapienti ut cum omnia fecerit diligentissimeque circumspexerit existat aliquid quod et ueri simile uideatur et absit longissime *a* uero, *ne* si magnam partem quidem, ut solent dicere, ad uerum ipsum aut quam proxime accedant confidere sibi poterunt. ut enim confidant, notum iis esse debebit insigne ueri, quo obscuro et oppresso quod tandem uerum sibi uidebuntur attingere? quid autem tam absurde dici potest quam cum ita locuntur: 'est hoc quidem illius rei signum aut argumentum, et ea re id sequor, sed fieri potest ut id quod significatur aut falsum sit aut nihil sit om-

---

'*impersonale*' *dicam* moueatur *cum r (ut* sentiatur *p.* 77,8*) an uniuerse dictum de quouis homine (cf Tim.* 2,6*),* inpressa *autem puto satis per se intellegi nullo uerbo addito* inaniterne *Ald* ınanıt̄ ue *AVB* 1 moueamur *Faber t* ∼antur *Manutius* 1555, animus moueatur *idem* 1560 *ex 'antiquo libro' cl p.* 90,22, mens ∼ *Lambinus; cf ad p.* 84,22 neq· color *add B* 2 necſenſus *praeter* uſ *manu altera, incertum in ras an red in labe membranae A* nullum *V* ex hoc *inde uidelicet quod eorum perspicuum nullum esse apparet. qua re non intellecta Hirzelius quaest.* III 254 *adn.* 2 *haec omnia usque ad illa* propria nota *u.* 7 *ab interpolatore profecta esse censuit uso illo quidem eis quae supra disputata sunt p.* 81,2 *ss; quae his diuersa esse intelleget qui illa* quicquid dixerint *quid sibi uelint recte aestimauerit: sunt enim cauillantium eos quibus nihil liceat statuere male constituto perspicuo. a responso autem Academicorum illis* quod *eqs u.* 7 *exorsus, quoniam illi certa et propria nota opus esse negauerunt, denuo in eorum probabile inuehitur* 3 ∗ıſ [h] *A* hıſ *V* dıxerınt, r *red uid,* ı *in ras, ft ex* u *A* dıxerıt *V, pr B; cf p.* 14,13 4 percıpıſſet *pr AV* ∼ſ& *pr B* 5 ut∗coarguaꝰ, t co *in ras A* utquoarguant *pr V* 8 probale *pr B* 9 aſpecto *pr B* ıd∗c̄firmatur, c̄ *add V* ſın∗ [t] *B* ex *ex* eo *A* 10 accu∗rata [r] *A* 14 ueri∗ſımile [ſ] *B* 15 a *add AVB* ne *add Maduigius emend.* 148 magn̄ partē *ex* ∼ū ∼ē *AB* 16 autuerū *A* at ∼ *V* autquā *V* accedant *V* 17 potuerunt *A* 18 quo∗ [d] *A* obscurato *cum 'u. c.' Lambinus r* obruto *malebat Dauisius, cf* soluto liberoque *de diu.* I 18,34, incuruum et . . . inflexum *ibid.* 17,30 *(sed* inflexum et incuruatum *de fin.* II 11,33*),* confecto et saucio *in Catil.* II 11,24, *al.* uero *pr A* ∗adtıngere [&] *B* 19 adſurde *pr B* 21 ſit *post* nihil *add manu uetustissima A, qua re abusi del tb; cf de diu.* II 53,109 *de orat.* II 80,328. III 37,150 *Wesenbergus ad Tusc.* I 25,60 II 31,76, *m ad uol.* III *part.* I *p.* 317,23

nino.' Sed de perceptione hactenus; si quis enim ea quae dicta sunt labefactare uolet, facile etiam absentibus nobis ueritas se ipsa defendet.

His satis cognitis quae iam explicata sunt nunc de adsensione 12 37
atque adprobatione, quam Graeci *συγκατάθεσιν* uocant, pauca dicemus, non quo non latus locus sit, sed paulo ante iacta sunt fundamenta. nam cum uim quae esset in sensibus explicabamus, simul illud aperiebatur, conprendi multa et percipi sensibus, quod fieri sine adsensione non potest. deinde cum inter *in*animum et animal hoc maxime intersit, quod animal agit aliquid (nihil enim agens ne cogitari quidem potest quale sit), aut ei sensus adimendus est aut ea quae est in nostra potestate sita reddenda adsensio. et uero 38
animus quodam modo eripitur iis quos neque sentire neque adsentiri uolunt. ut enim necesse est lancem in libram ponderibus inpositis deprimi sic animum perspicuis cedere. nam quo modo non potest animal ullum non adpetere id quod adcommodatum ad naturam adpareat (Graeci id *οἰκεῖον* appellant), sic non potest obiectam rem perspicuam non adprobare. Quamquam si illa de quibus disputatum est uera sunt, nihil attinet de adsensione omni*no* loqui; qui enim quid percipit adsentitur statim. sed haec etiam secuntur, nec me-

2 tacentibus *Walkerus;* absentibus *usu forensi declarat r* 4 iāex|plicataſunt.nunc *ex* iā nunc *manu uetustissima A;* explicat,ſt *ex* explicat ſ *V* 5 graeci*|ſincathe ſin** *(*e ſin *in ras) ex* graecıſ| ıncat atheſin *B (*ſincata theſin *AV). cf p.* 53,24 *Plutarchus* 6 antejecta, ȷ *e corr, primo fueritne* t *an tantum uisa sit esse correctori incertum B* fundamena *pr B* 7 uınq; *corr* uımq̄; *B;* cūq· *corr* cūq̄·, *om* uim *V;* quę *ex* qui *A* e& *corr* e& *nescio quo consilio V* 9 cū, c *et lineola e corr, ſt fuit* tū *A* inter inanimum *Ven* ıı ınt̄ anımū *AVB* 10 quod inanimum nihil agit, animal agit aliquid *Ven* ıı, *sed illis* nihil agens *satis de inanimo significatur, cf Terent. ad.* 74—76 11 cogıtarı, gıtar *in ras paulo ampliore sed puto pr V* 12 quae non est *Walkerus, sed Stoice loquitur, cf p.* 54,4; quae sit *ci t* reḍenda *pr ut uid A* reḍḍenda *V;* ſita **reḍenda *ex* ſıt adredenda *B* et *ut uid corr* At *A & VB.* at *tenuerunt omnes, sed* et *uerum est; adiunguntur enim haec illis* ei sensus adimendus est; *unde simul apparet non recte prius* neque *u.* 13 *delendum uisum esse Christio* 13 adſentıre *pr A* 14 lacē *pr A* lıbrā *A* lıbęram *V* lıbram *B tbr; casu sexto nusquam Cicero usus esse uidetur; nam de domo* 52,134 ut uiui etiam et spirantis capiti bustum suis manibus inponeret *scribendum est ex Arusiani memoria (*vıı *p.* 484,1 *K.) et* ut in *in codicibus Ciceronianis aut ex* uti *effectum putandum aut* in *interpolando additum; alienum est de nat. d.* ı 20,54, *ubi uide adnotata* 15 perſpıcuıſ, per *in ras ampliore rec, sed* p *prior fuit etiam ante A* preſpıcuıſ *pr V* non *om V* 17 ıdoetıon, ıdo *manu altera,* d *certe red A* ıdoecıon, e *ex* c, cıon *e corr et praeter extremam hastam in ras V* ıd oetıon, *supra* t *appicta ft pr littera quam* x *Graecum esse puto B post* poteſt *add* anım' *M* 18 perspicuam non adprobare *om V* ſı̣ *V* 19 attınenſ, *in mg* t attıngenſ *V* adtınent *B* omnıloquı *AV* omnıloquı *F;* omnıloquı***quȷ*enī, quı *in ras, ex* ~lo..quicquidenī *B*

moriam sine adsensione posse constare nec notitias rerum nec artes. idque quod maximum est, ut sit aliquid in nostra potestate, in eo
39 qui rei nulli adsentietur non erit. ubi igitur uirtus, si nihil situm est in ipsis nobis? maxime autem absurdum uitia in ipsorum esse potestate neque peccare quemquam nisi adsensione, hoc idem in uirtute non esse, cuius omnis constantia et firmitas ex is rebus constat quibus adsensa est et quas adprobauit. omninoque ante uideri aliquid quam agamus necesse est eique quod uisum sit adsentiatur. quare qui aut uisum aut adsensum tollit is omnem actionem tollit e uita.
13 40 Nunc ea uideamus quae contra ab his disputari solent. Sed prius potestis totius eorum rationis quasi fundamenta cognoscere. Conponunt igitur primum artem quandam de his quae uisa dicimus, eorumque et uim et genera definiunt, in his quale sit id quod percipi et conprendi possit, totidem uerbis quot Stoici. deinde illa exponunt duo quae quasi contineant omnem hanc quaestionem: quae ita uideantur ut etiam alia eodem modo uideri possint nec in is quicquam intersit, non posse eorum alia percipi alia non percipi; nihil interesse autem non modo si omni ex parte eiusdem modi sint sed etiam si discerni non possint. quibus positis unius argumenti conclusione tota ab his causa conprenditur. conposita autem ea conclusio sic est: 'eorum quae uidentur alia uera sunt alia falsa, et quod falsum est id percipi non potest; quod autem uerum uisum est, id omne tale est ut eiusdem modi falsum etiam possit uideri'; et quae uisa sint eius modi ut in is nihil intersit, non posse accidere

1 notıaſrerū *B* 3 quıre nullı *V* quırej nullı, ej *in ras paulo maiore A* quı reı *nullȷ, ȷ *in ras, ex* ~ re ınulla *B* adſentı*etur [a *ut uid*] *A* 4 adſurdū *pr B* 7 quaſı *V idque ci r p.* ıx *cl p.* 83,20 adꝑbabıt *pr A* 8 assentiri *Lambinus, sed de mutata structura dixit Maduigius emend.* 131 *s de fin.* v 9,25 *(cl de nat. d.* ıı 14,36*); qui quod* adsentiatur *passiue dictum uult, contra dixit r ad p.* 296,4, *cf m ad uol.* ıı *part.* ı *p.* 192,28, *nec mihi persuadet ille sed uniuerse dictum puto* adsentiatur*: scilicet is cui aliquid uisum erit uel uirtus;* assentiamur *dett Asc, sed de mutata persona cf pro Cluent.* 58,159 est hominis magni .. atque sapientis ... non se reputare solum esse ... maximique aestimare conscientiam mentis suae quam a dis immortalibus accepimus; quae si ... nobis erit, sine ullo metu ... uiuemus, *etiam Vahlenus de leg. p.* 130,3 10 emıdeamuſ *pr V* 11 *in* potestis *primus offendit t, qui ci* oportebit *uel* opus erit*; crucem appinxit b;* oportet uos *'ut esset quod intellegi posset' m; et est sane illud singulare* ratıoneſ *pr VB* 12 iis *Manutius tbmr* 13. 14 percıpı*&, *& in ras, ex* percıpıac *B, cf p.* 84, 19*;* et *posuit p.* 78,11. 24. 80,4 15 conteneant *pr AB* 16 iis *Rom* hıſ *AVB* 17 ınterſıt nonomneſ poſſe *B* ınt̄ ſıt| poſſe *corr* ~ſıt ɴonomı̄ſ$_7$ | ~ *A* ınterſıtpoſſe *V.* non *Ald recte recepit, sed* omneſ *unde natum sit non intellego* 19 poſſıtıſ, *prima* ſ *uid eradi coepta B* 20 iis *Rom m* autem *om Vt* 21 *et* 23 et *in adsumptione positum ut de nat. d.* ı 40,110 *alibi, quod frustra euitare studuit t interpungendo* 22 pcıpı, *lineola e corr A* 23 etiam falsum *Ven t; cf p.* 84,4 24 sunt *et* potest *tbm, illud cum Rom Ven, hoc cum Ald, sed uariatur oratio, cf p.* 91,3 *Tim.* 12,43 *ss de fato* 11,23

ut eorum alia percipi possint alia non possint; 'nullum igitur est uisum quod percipi .possit'. quae autem sumunt ut concludant id 41
quod uolunt, ex his duo sibi putant concedi (neque enim quisquam repugnat). ea sunt haec: quae uisa falsa sint ea percipi non posse; et alterum: inter quae uisa nihil intersit, ex is non posse alia talia esse ut percipi possint alia ut non possint. reliqua uero multa et uaria oratione defendunt, quae sunt item duo: unum, quae uideantur eorum alia uera esse alia falsa; alterum, omne uisum quod sit a uero tale esse quale etiam a falso possit esse. haec duo proposita non 42
praeteruolant sed ita dilatant ut non mediocrem curam adhibeant et diligentiam. diuidunt enim in partes et eas quidem magnas, primum in sensus, deinde in ea quae ducuntur a sensibus et ab omni consuetudine, quam obscurari uolunt; tum perueniunt ad eam partem, ut ne ratione quidem et coniectura ulla res percipi possit. haec autem uniuersa concidunt etiam minutius. ut enim de sensibus hesterno sermone uidistis item faciunt de reliquis, in singulisque rebus, quas in minima dispertiunt, uolunt efficere iis omnibus quae uisa sint ueris adiuncta esse falsa quae a ueris nihil differant; ea cum talia sint non posse conprendi.

Hanc ego subtilitatem philosophia quidem dignissimam iudico 14 43
sed ab eorum causa qui ita disserunt remotissimam. definitiones enim et partitiones et horum luminibus utens oratio, tum similitudines dissimilitudinesque et earum tenuis et acuta distinctio fidentium est hominum illa uera et firma et certa esse quae tutentur, non eorum qui clament nihilo magis uera illa esse quam falsa. quid enim agant, si cum aliquid definierint roget eos quispiam num illa definitio possit in aliam rem transferri quamlubet: si posse dixerint,

2 ſumum *pr V* 5 alterum *del Walkerus; cf accus.* IV 53,118 sunt aedes sacrae . . duae quae longe ceteris antecellant, Dianae et altera ... Mineruae iis *Rom* hıſ *AVB* 6 alıa *ut [a] AB* ~aut *V* multa tuarıa, a *prima in ras, fuit* multętu~ *B* 7 unū quae uideantur *** alıa [eo] *agnoscebam in B] AB* 8 auaro *corr* a,uæro *V* 11 et *om V* 12 d*cuntur [ı] *rec A* dıc~ *V* dıc~ *B* 13 quae obscurare uolunt *ex Dauisii coniectura b, in quibus certe* obscurare *nullo modo erat necesse, uide r, de nat. d.* II 9,23 *de orat.* I 14,61 14 narratıone *corr* nærratıone, *in mg* ł ne,ratıone *V* 15 unauerſa *pr V* ſenſibuſ., buſ. *ft red A* 18 aıucta, c *uid lineola del pr*, n *add pr A* aıunta *V* aɔıuncta, aɔ *in ras, ex* aıuncta *B* 21 quȷ*, ȷ *in ras, fuit* quae *B* 22 harum *Lambinus* rhetorum *uel* oratorum *ci t; cf de nat. deor.* II 5,15 *de leg.* II 11,27 ſımılıtudıneſq; *B, idem eraso* q; *A, uterque om* dissimilitudines 23 et *om V* tenueſ *V, pr A;* tenuıſſ& acuta *B* 24 sunt *malit t; cf de fin.* V 12,35 *de orat.* I 60,257 26 defiment *B* 27 alıā *ex* ~a *V* quā ıub& *V, pr AB*

quid [enim] dicere habeant cur illa uera definitio sit; si negauerint, fatendum sit, quoniam uel illa uera definitio transferri non possit in falsum, quod ea definitione explicetur id percipi posse; quod
44 minime illi uolunt. eadem dici poterunt in omnibus partibus. ' si enim dicent ea de quibus disserent se dilucide perspicere nec ulla communione uisorum inpediri, conprendere ea se fatebuntur; sin autem negabunt uera uisa a falsis posse distingui, qui poterunt longius progredi: occurretur enim, sicut occursum est. nam concludi argumentum non potest nisi is quae ad concludendum sumpta erunt ita probatis ut falsa eiusdem modi nulla possint esse. ergo si rebus conprensis et perceptis nisa et progressa ratio hoc efficiet, nihil posse conprendi, quid potest reperiri quod ipsum sibi repugnet magis; cumque ipsa natura accuratae orationis hoc profiteatur, se aliquid patefacturam quod non appareat, et quo id facilius adsequatur adhibituram et sensus et ea quae perspicua sint, qualis est istorum oratio qui omnia non tam esse quam uideri uolunt. maxime autem conuincuntur cum haec duo pro congruentibus sumunt tam uehementer repugnantia, primum esse quaedam falsa uisa, quod cum uolunt declarant quaedam esse uera, deinde ibidem inter falsa uisa et uera nihil interesse. at primum sumpseras tamquam interesset: ita priore posterius, posteriore superius conuincitur.

45 Sed progrediamur longius et ita agamus ut nihil nobis adsentati

1 enim *ex p.* 88,26 *illatum del dett Asc* II sin *ci Dauisius* 2 fatendum est *ci t sine causa* uel ılla| uero *corr* ~|auero *V.* uel *del dett Dauisius t,* uel illa *del Kayserus bm,* uera *om Ven,* uel uera *ab aliquo librario ad* illa *adscriptum esse suspicatur t, iure ut arbitror* nọn *V* 3 falſum· qđ *B* falſum· qđ *V* defi|nıone *A* dıfıtıone *corr* def~ *B* 4 potuerınt *V* ~tuer~ *A* ~ter~ *B, pr M* par**ıtıbuſ *(hasta ante* t *ex primitiua* n *superest) ex* parentıbuſ *ut uid A. partes intellego orationis eius quam dixit p.* 88,22 ; partibus *del Goerenzius,* in omnibus pariter rebus *C. F. Hermannus philol.* VII 468 5 disserant *ci Ernestus, b* 6 se posse fatebuntur *dett Ven m* 8 occurretur, enī· ſicut, tur, enī· *in ras* VII *litt V* 9 poteſ *pr B* 11 nisa *dett Manutius (cl Tusc.* II 21,47*)* uıſa *AVB* 13 rationis *et* 16 ratio *'docti quidam' apud Lambinum, sed nec* accurata ratio *satis recte dicitur et cf Tim.* 3,8 *de fin.* I 9,29 ratione et uia *(i. e. accurate)* procedat oratio, *de nat. d.* II 7,20 *Tusc.* I 30,73 *ex. omninoque saepe Graecorum λόγος utramque interpretationem admittit, cf Tusc.* IV 28,60 ratio et oratio, *in eadem re ibid.* 27,59 oratio, *sed* III 24,58 ratio, *de re p.* II 39,66 14 pate facturā, u *cum ras ex* o, a *ex* u *A* appareat *V* 15 etſenſuſ et, *ante posterius* et *ft aliquid erasum, certe non* ſ *A* equę *pr V* 16 maxıme *ex* ~mı *ut uid in loco euanido A* 19 declaraɴ quaedā| *inde ab* r *in ras V* ıbıdem *F; cf Maduigius de fin.* I 6,19 21 prıore *cum ras corr* ~rı *A, corr* ~rȷ *B* prıorı *Vtbmr* posteriore *corr* ~rȷ *AB* ~re *Vtbmr* conuincitur *scripsi* conungıtur *AB* cn̄~ *Vtbmr; cf p.* 130,17 *Tim.* 3,8 *de fin.* II 31,99 redarguitur ipse a sese conuincunturque scripta eius probitate ipsius ac moribus, *de nat. d.* I 32,91 *Tusc.* I 6,11 22 adſentatı, a *posterior in ras,* I *add, fuit nisi fallor* adſentaıt *B*

esse uideamur, quaeque ab iis dicuntur sic persequamur ut nihil in praeteritis relinquamus. Primum igitur perspicuitas illa quam diximus satis magnam habet uim, ut ipsa per sese ea quae sint nobis ita ut sint indicet. sed tamen ut maneamus in perspicuis firmius et constantius, maiore quadam opus est uel arte uel diligentia, ne ab is quae clara sint ipsa per sese quasi praestrigiis quibusdam et captionibus depellamur. nam qui uoluit subuenire erroribus Epicurus iis qui uidentur conturbare ueri cognitionem dixitque sapientis esse opinionem a perspicuitate seiungere nihil profecit; ipsius enim opinionis errorem nullo modo sustulit. Quam ob rem cum duae causae 15
perspicuis et euidentibus rebus aduersentur, auxilia totidem sunt contra 46
conparanda. aduersantur enim primum quod parum defigunt animos et intendunt in ea quae perspicua sunt, ut quanta luce ea circumfusa sint possint agnoscere; alterum est quod fallacibus et captiosis interrogationibus circumscripti atque decepti quidam cum eas dissoluere non possunt desciscunt a ueritate. oportet igitur et ea quae pro perspicuitate responderi possunt in promptu habere, de quibus iam diximus, et esse armatos ut occurrere possimus interrogationibus eorum captionesque discutere, quod deinceps facere constitui.

Exponam igitur generatim argumenta eorum, quoniam ipsi etiam 47
illi solent non confuse loqui. Primum conantur ostendere multa posse uideri esse quae omnino nulla sint, cum animi inaniter moueantur, eodem modo rebus iis quae nullae sint ut is quae sint. 'nam cum

---

1 hıſ *V, pr A* ∗ıſ [h] *B* his *Ven m* ſıc, c *in ras V* 3 magnam *ex* ~um *V* ut] *& V* 5 maıora quaedā *V* 6 praeſtıgıſ∗∗, gıſ *in ras, ex* praeſt ıgıſ *B* preſtıgıſ *praeter* gıſ *in ras ampliore A* preſtı∗∗|gıſ *ft ex* preſtrı|~ *Vtbmr. cf de nat. d.* III 29,72 *corp. gloss.* V 323,8 *Buechelerus nou. ann.* CV *(1872)* 109 7 Epicurus *ut 'e margine prauo loco insertum' del bm, tutatur Vahlenus prooem.* 1894,21 *n., cf p.* 57,12 *G. Schraderus de Ciceronis nominum propriorum usu (diss. Berolin.* 1902*)* 18. *lusum Graecanicum (ἐπιχουρήσων ὁ Ἐπίχουρος, cf in Anton.* XI 6,14*) agnouit Lescaloperius in humanitate theologica (de nat. deor.* I 7,17*)* 8 ∗ıſ quıuıdentur [h] *superscr rec* ·ſ· erroreſ *A* hıſ quı uidentur *V. cf Maduigius emend.* 150 *s* 9 ꝑfecıt *V, ex* ꝑfıcıt *AB* fecıt *F et de V errans t cl Tusc.* V 5,13 12 aduersatur *Ald cum 'uetere' C. Stephani tbmr, sed uide Maduigium de fin. exc.* I 7 *p.* 797*; de domo* 55,140 *in.* 14 sint *Danisius* ſunt *A* f̄ *VB. quidquid de aliis iudicatur (cf Maduigius de fin.* IV 20,67 *cum Schmalzio synt. p.* 359 *ed.* III*, m ad part.* III *uol.* II *p.* 32,11*), in ista dupliciter pendenti sententia istaque alterius* sunt *propinquitate indicatiuus probabilitatem habet nullam* non possint *Lambinus. si quid addendum sit, malim* quam *ante* ut 15 quıdem *pr V;* q̇dā. cū eaſ| *in ras A* 16 possint *malit m cum O. T. Keilio quaest. Tull. spec.* II *(progr. Lignit.* 1846*)* IX*;* cum *ὅταν non ὅτι* 17 reſpondere poſſınt *pr A* ınprumptu *corr* ~to *B* 20 ıgnıtur *B* ıgıtur|ıgıtur *V* argumenta| *in* a *extrema nescio quid corr A* 21 ıllı̄ *pr ut uid B* 22 omnınoulla *pr A* omnı|noṇ nulla *V* inaniter *κενῶς cf p.* 84,22*, quod quale sit explicatur illis* eodem modo ... quae sint 22—*p.* 91,1 moueaṇ ..... ınquıunt *in ras duorum uersuum extremorum paginae V* 23 ut hıſ *A* ~ ıſ *in ras V* ~ hıſ *corr* ~ ∗ȷıſ *B*

dicatis' inquiunt 'uisa quaedam mitti a deo, uelut ea quae in somnis uideantur quaeque oraculis auspiciis extis declarentur' (haec enim aiunt probari a Stoicis, quos contra disputant) — quaerunt quonam modo falsa uisa quae sint ea deus efficere possit probabilia, quae autem plane proxume ad uerum accedunt efficere non possit, aut si ea quoque possit, cur illa non possit quae perdifficiliter internoscantur tamen, et si haec, cur non inter quae nihil sit omnino.
48 'Deinde, cum mens moueatur ipsa per sese, ut et ea declarant quae cogitatione depingimus et ea quae uel dormientibus uel furiosis uidentur non inquam ueri simile sit sic etiam mentem moueri, ut non modo non internoscat uera illa uisa sint anne falsa, sed ut in is nihil intersit omnino', ut si qui tremerent et exalbescerent uel ipsi per se motu mentis aliquo uel obiecta terribili re extrinsecus, nihil ut esset qui distingueretur tremor ille et pallor, neque ut quicquam interesset *inter* intestinum et oblatum. 'Postremo si nulla uisa sunt

---

1 somnis *iam Danisius defenderat* ſomn·ıſ *Ft* 3 a *om Vtbmr et ita sane scribit p.* 149,15 *et saepe similiter, sed cf p.* 31,15. 103,5. 110,5 *de fin.* IV 8,19 *de diu.* I 50,113 quaerunt ergo quonam *ci r* 4 deoſ *pr AV* 5 *ex* plane proxume *alterum utrum del Durandus* accedant *Lambinus tbmr probabiliter, cf Hirzelius quaest.* III 261 *n.* 5. 6 aut si ... non possit *om V* 6 per dıfıcılıter *corr* ~dıfıculter *V* quae perdifficiliter internoscantur, internoscantur tamen *ci r, sed loqui uidetur quemadmodum Plautus epid.* 426 sine tuo labore quod uelis actumst tamen *uel ipse de nat. deor.* I 20,54 quae interiecto inani cohaerescunt tamen inter se 7 *post* tamen *intercidisse talia* aut quae ne internoscantur quidem *cl p.* 92,15. 20 *ci Bentleius, sed uide p.* 92,2 et *cum ras ex* at *A* quę̄m *ex* quem *A* q̄. *ex* q. *V* intersit *Lambinus, cf p.* 92,16. 24. 93,3 8 ędeclarant *V* 9 furıoſı∗ſ *ex* ~ſuſ *B* 10 non ınquā *BV, corr* non∗n̄quā *A* nonne *(uel* non*)* inquiunt *Ald t;* nonnumquam *Maduigius de fin.* III 17,58 *p.* 444 *et deinde* uerisimile est, *quae receperunt bmr; et certe qui 'forma interrogatiua et modus coniunctiuus cum membrorum aequabilitate tum pertinacia instantis philosophi magis commendetur', ut ait t, non sentio; possis etiam* fit, *ut loquitur Terentius Andriae* 225 mihi quidem hercle non fit ueri simile, *cf Tim.* 3,8*; sed tamen aegre fero istud* nonnumquam *quod neque cum de his rebus locutus est umquam posuit Cicero, et cur in dormientibus potius furiosisque poneretur quam in cogitationibus nihil erat; itaque suspicio nascitur orationem mancam potius esse quam corruptam et talem fuisse interrogationem* non *(uel* non' inquiunt *')* intellegitis *(uel* non uidetis*)* quam ueri simile sit, *ut scripsit de nat. deor.* I 27,77 sed tu hoc .. non uides quam blanda conciliatrix ... sit .. natura *et saepe similiter* montem *pr B* 11 iis *Rom* hıſ *AVB* 12 *& add A* 13 motu∗ [ſ] *B, item A sed ut quid fuerit incertum sit* tr̄ıbıle *pr A* 14 ut *utrumque deleri malebant Lambinus et Danisius, ut esset ea oratio quam attigit Maduigius de fin.* IV 12,30*; ego puto utroque quasi reuocari uim illius quod fuit u.* 11, *et ea de causa artius has sententias inter se conexas esse significaui; nam si illa inde ab* ut si *(u.* 12*) per se stent, quod uolunt ceteri, qui illud 'nihil ut sit qui distinguatur tremor ille et pallor' efficiatur aegre dicas. sed tempus commutatum quasi haec aduersarii non ipsi dicant sed dixisse dicantur (cf p.* 126,15. 150,7 *Tim.* 42,22 *ss)* pallo̊r, o *ex* a *ut uid, erasum quid sit nescio A* 15 inter *om AVB, sed in A add* ınter, *in B* ın uıſaſ∗ınt [*duae ut uid hastae*] ı *red A*

probabilia quae falsa sint, alia ratio est; sin autem sunt, cur non etiam quae non facile internoscantur, cur non ut plane nihil intersit, praesertim cum ipsi dicatis sapientem in furore sustinere se ab omni adsensu, quia nulla in uisis distinctio appareat.'

Ad has omnes uisiones inanes Antiochus quidem et permulta 16
dicebat et erat de hac una re unius diei disputatio. mihi autem 49
non idem faciundum puto sed ipsa capita dicenda.

Et primum quidem hoc reprehendendum, quod captiosissimo genere interrogationis utuntur, quod genus minime in philosophia probari solet, quom aliquid minutatim et gradatim additur aut demitur: soritas hoc uocant, qui aceruum efficiunt uno addito grano, uitiosum sane et captiosum genus. sic enim ascenditis: 'si tale uisum obiectum est a deo dormienti ut probabile sit, cur non etiam ut ualde ueri simile; cur deinde non ut difficiliter a uero internoscatur, deinde ut ne internoscatur quidem, postremo ut nihil inter hoc et illud intersit.' huc si perueneris me tibi primum quidque concedente, meum uitium fuerit, sin ipse tua sponte processeris, tuum. quis 50
enim tibi dederit aut omnia deum posse aut ita facturum esse si possit? quo modo autem sumis ut si quid cui simile esse possit sequatur ut etiam difficiliter internosci possit, deinde ut ne internosci quidem, postremo ut eadem sit. et si lupi canibus similes, eosdem dices ad extremum; et quidem honestis similia sunt quaedam non honesta et bonis non bona et artificiosis minime artificiosa: quid dubitamus igitur adfirmare nihil inter haec interesse? ne

1 fin* [t] *B* 2 *pro* ut *Lambinus coniciebat* inter quae *uel* eiusmodi ut, *sed eodem breuiloquentiae genere scripsit u.* 20 sequatur ut etiam difficiliter internosci possit, *cum explicate deberet* sequatur ut etiam sit quod d. i. possit 3 ſapıentē *ex* ~te *AV* ~tē* *ex* ~tıſ *B* 9 ınterrogatıonȷſ *ex* ~neſ *pr B* ın *AB* a *V* 10 ꝑbarıaſol& *B* Cū *in ras A* cum *V* quom *B* 11 hoc *genus (cf v.* 118,8*)*; hos *dett Asc, cf Brut.* 12,46 *ex. orat.* 61,204 quıa_cer uū *A* quıaceruum *VB* quia aceruum *dett Lambinus tbmr non necessario ut opinor, cf p.* 42,9. 79,14 *Tim.* 6,17 grano *ex* ~nu *ut uid B* 12 uı*fū *ex* uaſū *ut uid A* 13 &ıa *corr* ~ā *ut uid V* 14 uerȷ*ſımȷle *ex* ueriſſıme *B* non ut *h. e. a correctore transpositum V* aꝫuero *B* uero Intnoſcatur, o Int *in ras A* 16 concedente. eū *A* concedente m eum *V* 18—21 ıta *ft red, deinde* | facturū ... &ıā ınter| *in ras, tum infra hunc uersum, qui debebat paginae esse extremus, add* | ɴoſcı dıfficılıter poſſıt ... ſımıleſ| *; turbatum erat ft propter* possit *breuibus interuallis recurrens A* 20 possint *Dauisius b nulla necessitate, cf u.* 14 *p.* 114,16. *ceterum uide ad u.* 2 21 ea|dem *sed linea transuersa del et in priore uersu superscr* ıdem *B;* eadem sint *dett Asc tbmr, sed ft intellegitur* eadem res &ſı *B et e corr A (cf ad u.* 18*)* & ſı *VFtbmr, quae correctio uerane sit ambigo; solet enim Cicero in talibus coniunctiuo uti, et apte possunt haec superioribus per* et *subiungi, praesertim cum illorum uis interrogatiua in exitu sententiae admodum tenuis relinquatur;* ita si *ci Dauisius* sint similes *Lambinus* similes sunt *Maduigius de fin.* IV 12,30, *b* 22 eodem *A, pr VB*

repugnantia quidem uidemus? nihil est enim, quod e suo genere in aliud genus transferri possit; at si efficeretur ut inter uisa differentium generum nihil interesset, reperirentur quae et in suo genere essent et in alieno; quod fieri qui potest?

51 Omnium deinde inanium uisorum una depulsio est, siue illa cogitatione informantur, quod fieri solere concedimus, siue in quiete siue per uinum siue per insaniam. nam ab omnibus eiusdem modi uisis perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicemus. quis enim, cum sibi fingit aliquid et cogitatione depingit, non simul ac se ipse commouit atque ad se reuocauit sentit quid intersit inter perspicua et inania? eadem ratio est somniorum. num censes Ennium, cum in hortis cum Seruio Galba uicino suo ambulauisset, dixisse 'uisus sum mihi cum Galba ambulare'? at cum somniauit ita narrauit 'uisus Homerus adesse poeta', idemque in Epicharmo 'nam uidebar somniare med ego esse mortuum'. itaque simul ut experrecti sumus uisa illa contemnimus neque ita habemus ut ea quae in foro 17
gessimus. 52 'At enim dum uidentur, eadem est in somnis species eorum quae uigilantes uidemus.' Primum interest, sed id omittamus; illud enim dicimus, non eandem esse uim neque integritatem

ACADEMICVS III

7. 8 *(fr.* 18*) Nonius p.* 139 mordicibus et mordicus pro morsu pro morsibus ... Cicero Academicorum lib. III 'perspicuitatem ... dicamus'

1 repugnantiam *Kayserus; cf de diu.* II 72,150 *de fin.* I 19,63 *orat.* 4,16 quo de *V, corr* quod de *A* quo d e *Btbmr. usus utrumque recipit* 2 poſſ& at *B* poſſet. ät, t. ät *in ras A* poſſȷt | ꝺat *ex* poſſe | dat *V* 3 ınt̄ · eēt ** | reperırentur [p *et littera nescio quae*] re *add A* 6 cogıtatıonē ınformant̄ *ex* ~nē for~ *A* fıere *pr A* 7 puInū *ex* ꝑumū *A* abōnıb;, ō *ft red A* abꝺomınıb; *V* 9. 10 n̄ſımul acſe cōmouıt, ō *ex* o, *quae antecedunt in ras* XII *litt (om* ipse*) A.* commonuit *ci Lambinus; de orat.* II 44,186 commouere languentem 11 eodem *pr V* ratıo*ē & [n *aut* ıt] *B* cenſeſ *enniū *ex* cenſe ſen ~*A, idem sed* enꝫum *B* 12 ābulauıſ ſet, *lineola add,* ſet *in ras A* 13 ſūmıhı *ex* ſum~ *A* *Ennius ann.* 6 *Vahl. cf p.* 115,23 14 uıſ *ex* uıſ *B* ıdēq; *ut uid ex* ıdeq; *A* ınepıchar mo·nā *A* ın,epıo harmo;nam *V* ınepı char mo·nā *B* *Ennius uar.* 45 *Vahl.* 15 med ego *Manutius* me et|ego *A* me & ego *VB* memet *(sed omisso praeter necessitatem* ego*) Gulielmius* me decesse *Vseneri coniectura a Vahleno commemorata* simul ut *cf r et Maduigius de fin.* II 11,33 17 cum *V* ē–adē *ex* ē adē *A* in somnıis *Rom Ven t, cf p.* 91,1 18 eorū quae *AV* eorūq; *B* horum et eorum quae *Lambinus* eorumque quae *C. F. Hermannus philol.* VII 468 *tbmr, cui Lambini commentum ea de causa praeferas quod Cicero post* idem *non posuit* que*; sed sic potius intellexerim: ἡ αὐτὴ ἐστι καθ' ὕπνους ἢ τῶν ὕπαρ ὁρωμένων φαντασία, eadem manet, non mutatur* ꝓrımū, *in mg* ł plurımū *V*

dormientium et uigilantium nec mente nec sensu. ne uinulenti quidem quae faciunt eadem adprobatione faciunt qua sobrii: dubitant haesitant reuocant se interdum iisque quae uidentur inbecillius adsentiuntur, cumque edormierunt illa uisa quam leuia fuerint intellegunt. quod idem contingit insanis, ut et incipientes furere sentiant et dicant aliquid quod non sit id uideri sibi, et cum relaxentur sentiant atque illa dicant Alcmeonis 'sed mihi ne utiquam cor consentit cum oculorum aspectu'. 'At enim ipse sapiens sustinet 53
se in furore ne adprobet falsa pro ueris.' Et alias quidem saepe, si aut in sensibus ipsius est aliqua forte grauitas aut tarditas, aut obscuriora sunt quae uidentur, aut a perspiciendo temporis breuitate excluditur. Quamquam totum hoc, sapientem aliquando sustinere adsensionem, contra uos est. si enim inter uisa ** *nihil interesset,* aut semper sustineret aut numquam. Sed ex hoc genere toto perspici potest leuitas orationis eorum qui omnia cupiunt confundere. quaerimus grauitatis constantiae firmitatis sapientiae iudicium, utimur exemplis somniantium furiosorum ebriosorum: illud attendimus, in hoc omni genere quam inconstanter loquamur? non enim proferremus uino aut somno oppressos aut mente captos tam absurde, ut tum diceremus interesse inter uigilantium uisa et sobriorum et sanorum et eorum qui essent aliter adfecti, tum nihil interesse. Ne 54
hoc quidem cernunt, omnia se reddere incerta, quod nolunt? (ea dico

---

1 ſenſu* [ſ] *B* ne^{c} *AB* quidem *om V* 4 edormıuerunt *AV tbmr* 5 furore *pr V* *iunge* incipientes furere *(ut* cum relaxentur*) et* sentiant et dicant*, eodemque modo u.* 7 *intellege* sentiant aliquid quod non sit id uideri sibi*, nisi quod id deinde exemplo confirmatur* 6 id *del Lambinus; uide Maduigium de fin.* v 8,22 uıderıſıbi&cū, ſıbi& *in ras (ft additurus in mg erat ÷* eſſe*) A* 7 ſentıant *ex* ~ent *V* alcmeonıſ *semper AVB* Alcmaeonis *Asc* II *tbmr* *Ennius scen.* 34 *Vahl. cf p.* 115,24 ſedmıbı, lmıbı *in ras A* 8 atenī, ate *in ras A, fuerit* adenī *(*ad *etiam pr VB)* sustinet se in furore *cf p.* 92,3 10 in *om V* ipsis *ci r* ipsius *esse ratus 'non aliorum hominum'; sed cf de fin.* I 19,63 exiguam dixit fortunam interuenire sapienti maximasque ab eo .. res consilio ipsius et ratione administrari*, de leg.* I 16,45 quis .. prudentem ... non ex ipsius habitu sed ex aliqua re externa iudicet 11 pſpıcendo *AV* 12 excludıtur *sic V quasi corrigendum* 13 nıhıl ın̄eſſet *in mg add V;* si enim interesset nihil inter uisa *ci t non probabilius uerbis collocatis. sed plura uidentur deesse uelut* differentium generum *(p.* 93,2*)* 14 ho *pr A* toto*, prior* t *red puto A* tota *V* 15 poteſt *ex* ~eſ *rec V* 16 firmıtatıſ *ex* ~tı *ut uid V* ſapıentıæ ıuɒıcıū. | utımur, ıuɒıcıū. *add in mg,* r *in ras ex* m *ut uid A* 17. 18 *interrogari uidit Guietus;* illud *non ab* attendimus *sed a* loquamur *pendere ait r, uereor ut recte* 18 proferremus *Ven* ꝓferemuſ *AV, ex* ~ram~ *cum ras pr B* 19 captuſ *pr B* 20 tū *ex* cū *A* 20. 21 ınt. ēe· (ȷnter)| uıgı(lantıū uıſa etſobrıorū) et(ſanorū eteorū quı)ēēnt *seclusa in ras pr A* 22 ſereddere, ſere *red opinor A* *interrogari malui cum r quam ut ceteri adfirmari*

incerta quae ἄδηλα Graeci.) si enim res se ita habeant ut nihil intersit utrum ita cui uideatur ut insano an sano, cui possit exploratum esse de sua sanitate? quod uelle efficere non mediocris insania est.

Similitudines uero aut geminorum aut signorum anulis impressorum pueriliter consectantur. quis enim nostrum similitudines negat esse, cum eae plurimis in rebus appareant. sed si satis est ad tollendam cognitionem similia esse multa multorum, cur eo non estis contenti, praesertim concedentibus nobis, et cur id potius contenditis quod rerum natura non patitur, ut non suo quidque genere sit tale quale est, nec sit in duobus aut pluribus nulla re differens
✻ ulla communitas? ut sibi sint et oua ouorum et apes apium simillimae: quid pugnas igitur aut quid tibi uis in geminis? con-
(55) ceditur enim similes esse, quo contentus esse potueras; tu autem uis eosdem plane esse non similes, quod fieri nullo modo potest.
55 Dein confugis ad physicos eos qui maxime in Academia inridentur, a quibus ne tu quidem iam te abstinebis, et ais Democritum dicere innumerabiles esse mundos, et quidem sic quosdam inter sese non solum similes sed undique perfecte et absolute ita pares ut

---

1 adela *AV* ad aela *B* habeat *Goerenzius (de fin.* I 7,25*) et ita solet Cicero, nec illum refutauit C. F. Hermannus philol.* VII 469*; cf Tim.* 12,44 2 u̇t *V* an ut sano *Lambinus bm; ego ambigo propter inconstantem in similibus usum; uide p.* 53,9 *Maduigium de fin.* IV 9,22 4 ınſanıa ē *AB* ~eſt *corr* ınſanıæ eſt *Vtbmr; cf de inu.* I 6,8. 9,12 II 41,120 *orat.* 71,236 *Tusc.* III 32,77 *de nat. deor.* III 34,84 *de diuin.* II 26,56 5 anullıſ *corr* ~ll~*, deinde* ~l̇l~ *V* 8 cogNıtıonem, Nıt *in ras, fuit nisi fallor* nat *B* 9 preſertım *corr* prę~ *V* curıd *cum ras ex* ~ıt *B* 10 in *ante* genere *add Lambinus t, ante* suo *ex Halmi sententia m, qui item de fin.* V 9,26 *scribi uult* ut in suo genere perueniant ad extremum*, ubi* in *libri non habent; et certe scripsit Cicero* quod in suo genere expletum atque cumulatum est *Tusc.* V 13,39*,* ut omnia floreant et in suo quaeque genere pubescant *de nat. deor.* II 15,41*. nam illud* ut in suo quaeque genere permaneat *ibid.* 47,121 *et talia conferri non debent* 11 ſıtale *pr A* ſic *pr VB* dıfferent *pr V* 12 nulla communitas *Ven Lambinus b, quod falsum esse demonstrauit Maduigius emend.* 154 *s idemque adu. crit.* II 242 *his uerbis: 'ii quorum hic sententia defenditur contendebant suo quidque genere esse tale quale esset, nec esse in duobus nulla re differentem ullam communitatem. itaque sequitur ut dicant naturam non pati ut non ita sit, pertinetque prima illa negatio* ut non *ad totum hunc complexum sententiae ex affirmatiuo membro et negatiuo (*nec sit — ulla*) constantem'* cōmunıta *A* ut [sibi] sint *Goerenzio auctore t* at tibi sint *Lambinus* ut tibi sint *Christius* etiam si sint *ci t* ut si sint *Muelleri (coni. Tull.* 24*) suasu br, quamquam contra dixerat Maduigius adu. crit.* II 242 *neque ipse m coniecturam suam commemorauit in editione, atque illa omnia ferri uix possunt propter* igitur*; nec probabilius Maduigius l. d. et olim in Turicensi altera p.* 854 ulla communitas uisi. sint et oua*, quoniam non nunc de uisis agitur sed de rebus ipsis.* at si uis sint *ci Dauisius non male ut opinor, cf de diuin.* II 15,34 *de fato* 4,8*, nisi quod* ut *in adiungendis exemplis uerum uidetur. plura deesse uidentur Vahleno*

14 ſımıle *pr A* q̊o *cum ras ex* qđ *A* q̊đ *ex* qđ *V* Democritum *A* 81 *D.* 18 ſıquoſdā *A* ınter.ēe *V* ınt̄.ſe *B* 19 ita *auctore*

inter eos nihil prorsus intersit, et eo quidem innumerabiles ** itemque homines. deinde postulas ut, si mundus ita sit par alteri mundo ut inter eos ne minimum quidem intersit, concedatur tibi ut in hoc quoque nostro mundo aliquid alicui sic sit par ut nihil differat nihil intersit. 'cur enim' inquies 'ex illis indiuiduis, unde omnia Democritus gigni adfirmat, in reliquis mundis et in iis quidem innumerabilibus innumerabiles Quinti Lutatii Catuli non modo possint esse sed etiam sint, in hoc tanto mundo Catulus alter non possit effici?'

18
56 Primum quidem me ad Democritum uocas, cui non adsentior potius qua re fallor potest id quod dilucide docetur a politioribus physicis, ✻ singularum rerum singulas proprietates esse. fac enim antiquos illos Seruilios, qui gemini fuerunt, tam similes quam dicuntur, num

Christio del t; confert r ad Att. XIV 13,6 quam dissolute quam turpiter quamque ita perniciose ut non numquam Caesar desiderandus esse uideatur *nec dissimile est hoc* memoria ita fuit nulla ut *Bruti* 60,217

1 eo *AB* eo *ex & ut* et *nunc desit V* eos *dett Asc;* et eos q. innumerabiles *Manutio auctore del Lambinus tbmr;* et eos quoque *(hoc cum dett)* i. *sed deletis* it. hom. *Bootius Mnemos.* XXIII *(1895)* 211. *a sententia non absone* eoque innumerabiles item homines *ci Dauisius, sed putauerim quaedam intercidisse, ut haec fere fuerint* et eo quidem innumerabiles etiam soles lunas maria terras *(cf Lucret.* II 1085*)*, singulas denique res, itemque homines*; sic enim et apte transitus paratur ad id argumentum quo aduersarius utitur u.* 5 *ss et tegitur quodam modo fraus quae isti argumentationi subest: nam cum modo quosdam dixerit mundos absolute esse inter se pares, infra eos ipsos esse uult innumerabiles* 3 hoquoq; *pr A* 5 cum ex *Ven* II *m* ınduıduıſ unde, uiduıſ un *in ras B* 7 quıntı, tı *in ras A* quınǫtı *V* luctatıı *ex* ~tı *V* 8 fed & *B* tantŏ *ex* ~tū *A* 9. 10 potıuſ quare fallar *cum ras corr* ~quere—fellā✻ *A* potıuſ quāre| fallo᷒ *(in mg nihil nisi* q̄*) V* potıc✻qualefallor, tıc *in ras, supra haec et proxima litura* r *litterarum capax, sub qua cognoscere uidebar manu insolita scriptum* ſvm*; ante* q *olim fuisse uidebatur* at *B;* poteſt *AB* pot̄eſt *V.* potiusque refello propter id *cum V correcto tbr; sed de* propter *iam t dubitauit (*potiusque † refallor potest id *m; cf Reissingerus de* ob *et* propter*, diss. Erlang.* 1897,68 *n., qui ci* priusquam refelli potest id*), et de* potest *nihil mouendum esse recte scripsit Deiterus philol.* LII 159 *a sententia ille quidem aberrans cum coniecit* potiusque refello, si potest, id*; apparet enim Lucullum politiorum quos dicit physicorum (cf p.* 114,13 *Chrysipp.* 114 *Arn.) auctoritate uti ad profligandum Democritum, cui rei haec uerba apta erant* cui non adsentior, potiusque refellere potest id *et reliqua, in quibus* que *si opus est uindicabit Deiterus. uerum scrupulum inicit cum Vossiani B dubia memoria tum quod duo membra refutationis, quae fuisse testatur* primum *u.* 9*, ita parum inter se discernuntur ut prius ne quale fuerit quidem satis appareat. fuit autem ut opinor tale ut Lucullus Democriti se auctoritate negauerit in illa causa commoueri; cui deinde alterum adiunxit, id quod ex Democriti sententia efficiat aduersarius refelli politiorum physicorum auctoritate. quare defectu haec laborare credas, fuerintque olim talia fere* cui non adsentior potius quam re fallar minime perspicua; inde autem quod efficis id ipsum redarguere atque refellere potest id 10 dⁱ-lcide [u] *V* 11 ſingulaſ *add A* antıquo *pr AV* ~co *corr* ~qoſ *B* 12 illo *pr V* ferulıaſ *pr B* similes fuisse quam *dett Lambinus* 12—*p.* 97,1 NŪCENſeſ, N *red ut uid, lineola e corr, etiam in* c *nescio quid corr (fuit cum fuisse uideretur* cu enſeſ*) A*

censes etiam eosdem fuisse? 'non cognoscebantur foris': at domi; 'non ab alienis': at a suis. an non uidemus hoc usu uenire, ut quos numquam putassemus a nobis internosci posse eos consuetudine adhibita tam facile internosceremus *uti* ne mi*nim*um quidem similes
57 uiderentur. Hic pugnes licet, non repugnabo, quin etiam concedam illum ipsum sapientem, de quo omnis hic sermo est, cum ei res similes occurrant quas non habeat dinotatas, retenturum adsensum nec umquam ulli uiso adsensurum nisi quod tale fuerit quale falsum esse non possit. sed et ad ceteras res habet quandam artem qua uera a falsis possit distinguere, et ad similitudines istas usus adhibendus est: ut mater geminos internoscit consuetudine oculorum, sic tu internosces si adsueueris. uidesne ut in prouerbio sit ouorum inter se similitudo: tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures saluis rebus illis qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent; ii cum ouum inspexerant quae id gallina peperisset dicere solebant.
✻ 58 Neque id est contra uos; nam uobis satis esset oua illa non internoscere; nihil*o* enim magis adsentirer hoc illud esse quam si inter

ACADEMICVS III

13—15 *(fr.* 19*) Nonius p.* 117 gallinas Cicero Academicorum lib. III 'qui gallinas ... solerent libro II *(sic libri plerique, quod ex* hII *natum adnotat Lindsayus;* idem libro II *Wolf cum cognatis)* cum ... quae gallina ... solebant'. *cf Plinius nat. hist.* X 155 traditur quaedam ars gallinarii *(p.* 114,23*)* cuiusdam dicentis quod ex quaque esset

1 dignoscebantur *ci Dauisius* intern~ *Walkerus; cf p.* 114,24 adomı *pr AV* ad domı *pr B* 2 uenisse *Dauisius* 4 uti ne minimum quidem *dett Ald* nımum quıdem *corr* ne mı✻nım quıdem *V* ŭtımı nimū quidē, utımı *in ras,* utiminimum *erasarum prima fuit* n *uel* m*, supra hanc* + *ut uid A* nımıū quıdē *B.* uti *an* ut *posuerit Cicero incertum, incertius quod t coniecit* ut ii ne min. q. ſımılıſeſ *h. e. falsus exitus cum uero coniunctus, deinde corr* ſımılıſeſſe *B, unde* ſımıleſ *Am* 7 occurrent *Manutius* habeant *AVB* 8 adſeſū, n *pr ut uid, lineola e corr A* 9 ſed&| c&eraſ *corr* ſed&ad ~ *V* ſed ad | ceteraſ, ſed *in ras,* ad *add A* ſedadceteraſ *B* 10 poſſıſ *pr V* 11 geminuſ *pr B* ęoculo *B* 13 accıpımuſ *pr B* cōplureſ*, lineola ft red in loco euanido A* cō plureſ *ex* cū p~ *V* ſoluıſ *B* 14 gallınaſ ſalere *ex* ~na ſal~ *(prima* l *deleta erat lineola, sed haec deinde erasa) V* gallınaſ✻alere *inde ab* ſ *in ras A* quae|ſ✻tuſ [ı] *B* 15 q̃ *ex* qı̃ *ut uid V in* gallına *mutatum ut u.* 14 *V* 16 ıdem *V* ıdē *A, corr* ıd·ē· *B* uoſ *AMVB (cf p.* 94,13*)* noſ *F tbmr, quod mihi non satis certum est: potest enim similiter disputare ac p.* 95,8. 14*, ut, quamuis concedatur res similes usu posse distingui, tamen affirmet sapientem in iis retenturum adsensum, id quod modo (u.* 5*) se dixit aduersario concedere, et ita pergere ut doceat quid ipse si de ouis iudicandum esset faceret a similitudine profectus* uobis *dett Rom Ven tbmr* esset *(*ē&*)* oua *scripsi (an* esse posset o.*?)* ē ęxoua *ABtbmr* eſt ęxoua *ex* ~ exouo *V forsitan fuerit* illa nos non 17 nihilo *Lambinus* nıhıl *AVBtbr, quod aegre defendas sceptico illo οὐδὲν μᾶλλον, cf p.* 88,25*, m ad part.* II *uol.* III *p.* 143,32 III *uol.* I *p.* 74,32 adsentirer hoc *scripsi (cf p.* 142,7*)* adſentırephoc *A* ad|ſentı rep· hoc *corr* ~rȷ✻ hoc, *in mg* q̄ poteſt *V* adſentıre

illa omnino nihil interesset. habeo enim regulam ut talia uisa uera iudicem qualia falsa esse non possint; ab hac mihi non licet transuersum ut aiunt digitum discedere, ne confundam omnia; ueri enim et falsi non modo cognitio sed etiam natura tolletur, si nihil erit quod intersit. Vt etiam illud absurdum sit, quod interdum soletis dicere, cum uisa in animos inprimantur, non uos id dicere, inter ipsas inpressiones nihil interesse, sed inter species et quasdam formas eorum. quasi uero non specie uisa iudicentur; quae fidem nullam habebunt sublata ueri et falsi nota. Illud uero perabsurdum, quod 59 dicitis probabilia uos sequi si nulla re inpediamini. primum qui potestis non inpediri, cum a ueris falsa non distent; deinde quod iudicium est ueri, cum sit commune falsi? Ex his illa necessario nata est ἐποχή id est adsensionis retentio, in qua melius sibi constitit Arcesilas, si uera sunt quae de Carneade non nulli existimant. si enim percipi nihil potest, quod utrique uisum est, tollendus adsensus est; quid enim est tam futtile quam quicquam adprobare non

phoc, p *ex* p *B*. adsentiri potest hoc *correctam Vindobonensis lectionem Maduigius emend.* 132 *cum aliis ita probabat, ut sensu passiuo acciperetur (cf p.* 87,8*);* adsentiri par est hoc *Dauisius tbmr* quasi *Maduigius emend.* 160 *tbr. sic interpretor: 'nam nobis, si illa oua non internosceremus, satis esset, nec ideo adsentiremur hoc ouum illud esse, sed, id quod uultis, adsensionem retineremus; qui ne tum quidem, si inter oua omnino nihil interesset, adsentiremur hoc illud esse i. e. eadem plane esse non similia, quod fieri nullo modo potest' (p.* 95,15*). nec opponi potest noluisse Stoicos inter duas res nihil interesse (p.* 98,4*), quoniam id fieri non posse ipsa oratione perspicue indicatur, fitque haec comparatio quo magis illud quod se facturum negat absurdum esse intellegatur atque pueriliter aduersarios similitudines illas rerum consectari. sed illis* non magis quam *apparet rationi parum satisfieri; nam magis adsentiendum erat eadem esse si nihil interesset quam si tantum non internoscerentur, rectiusque erat* multo minus quam. *sed illa formula loquendi* non magis quam, *cum idem fere ualeret atque* non aliter ac *uel* itidem ac, *non numquam minus accurate ueteres usi sunt, ut Valerius Max.* II 1,7 *Alexander de fato* 9 *p.* 175,17 *Br. (cf* 21 *p.* 191,3*), et similiter* haud minus quam *praeter rationem posuit Apuleius apol.* 24 *p.* 27,26 *H.* inter illa] ın,terra, *posterior* r *e corr ut uid V* interea *Ven*

1 ınt eē *corr* ~eēt *AV*, ~ē& *B* 2 iudicem *om V* 3 neı *ex* non *A* ne* *ex* nec *V*; nēcfundam *ex* necfundam *B* 6 uıſaȷsanımoſ *ex* uıſe animoſ *B* animoſ *etiam AV praeter usum Ciceronis, uide p.* 55,8. 84,18 *de nat. deor.* I 16,43 *de fato* 19,43 *de leg.* I 10,30*;* animo *ci m* animis *dett Lambinus* 7 et quasi formas *Walkerus ut* species et quasi figura *orat.* 1,2*, et sane solet Cicero pronomen* quidam *in talibus aut priori nomini adiungere aut si posteriori postponere; tamen cf pro Cluent.* 28,76 scrupulus et quaedam dubitatio. formam quandam et speciem deorum *scripsit de nat. deor.* I 14,37. *Graecum* ἰδέα *uel* εἶδος*, cf p.* 49,12 formeſ *pr A* 10 ſeḍquı *A* re *add A;* re nulla *Ven tbr* 11 dıſtant *V* 13 epoche ıd·ē·, *lineola red puto A* epocheı_ dem *corr* ~|dem *V* epocheı ıdē *B. cf ad p.* 53,24 *Plutarchus, p.* 32,42 id est ads. ret. *suspecta erant Manutio et Lambino; quod genus totum recte aestimatum est ab E. V. E. Vogelo obseruationum ad aliquot Ciceronis locos (progr. Bipont.* 1830*)* 12*, cf r p.* 138,3*, de nat. deor.* I 8,20*; nec in eo haerendum quod uideatur idem uocabulum iam ante fuisse explicandum; nam et bis unum uocabulum eodem libro interpretatur de nat. deor.* I 19,50 *et* 39,109 *et* περιόδου *orat.* 61,204 *eas interpretationes commemorat quibus iam ante usus est* 14. 15 extımant ſe *pr V* 15 p ∗cıpı [p *ut uid*] *A* utıq· *V*

cognitum. Carneadem autem etiam heri audiebamus solitum esse *eo* delabi interdum ut diceret opinaturum id est peccaturum esse sapientem. mihi porro non tam certum est esse aliquid quod conprendi possit, de quo iam nimium etiam diu disputo, quam sapientem nihil opinari id est numquam adsentiri rei uel falsae uel incognitae. Restat illud quod dicunt ueri inueniundi causa contra omnia dici oportere et pro omnibus. uolo igitur uidere quid inuenerint. 'Non solemus' inquit 'ostendere'. Quae sunt tandem ista mysteria, aut cur celatis quasi turpe aliquid sententiam uestram? 'Vt qui audient' inquit 'ratione potius quam auctoritate ducantur'. Quid si utrumque, num peius est? unum tamen illud non celant, nihil esse quod percipi possit. an in eo auctoritas nihil obest? mihi quidem uidetur uel plurimum. quis enim ista tam aperte perspicueque et peruersa et falsa secutus esset, nisi tanta in Arcesila, multo etiam maior in Carneade et copia rerum et dicendi uis fuisset.

19 61 Haec Antiochus fere et Alexandreae tum et multis annis post multo etiam adseuerantius, in Syria cum esset mecum paulo ante quam est mortuus. Sed iam confirmata causa te hominem amicissimum» me autem appellabat «et aliquot annis minorem natu non dubitabo monere. Tune cum tantis laudibus philosophiam extuleris Hortensiumque nostrum dissentientem commoueris, eam philosophiam sequere quae confundit uera cum falsis, spoliat nos iudicio, priuat adprobatione omni, orbat sensibus? et Cimmeriis quidem, quibus

1 audebamuſ *pr AV* ēē delabı *AVB sed* e *media cum ras ex* o *ut uid pr V.* huc sol. esse del. *ci Lambin;* s. esse eo labi *Dauisius* s. eo delabi *ci Ernestus* s. esse eo d. *Goerenzius* 2 ıd·ē· *A, ex* ıdē *B* ıd̥em *V* 3 ē *add A* conp̄edı *ex* conpedı *ut uid A* 4 q̊o *A* q̊d̥ *V* q∗ *B, omnes ex* qđ Iānımıū∗&ıā, Imıū *in ras, ex* ıamnımıūetıā *ut uid A* 5 ıdeſt *ex* ıdem *ut uid A* ıd̥em *V* uelıncognıte *(corr* ~tę*),* n *prior e corr, puto ex* m *A* 7 omnıa ∗dıcıo portere, c *in ras, ex* omnı adıtıo p~ *ut uid B* udere *pr V* ınuenerıt *VB, pr F, ex* ~nırıt *A* 8 tadē *AV, fueritne* tā~ *in utroque ualde dubium;* tā dem ıſtamvſterıa *ex* tā de|mvſterıa *B* 9 quaſıtur pe,alıquıd *V* 10 quıd *B* ratıon̄ *litura del, nec uid fuisse primitus B* q̊ *h. e.* quam *rec* [q *nescio quo signo distincta*] *A* auctorıtatı *pr V* 11 utroque *dett Dauisius tbr* utraque *Vaucherus; cf Maduigius de fin.* III 17,56 *Lucil.* 418 *Marx. Plaut. cist.* 149 peı *ex* peı *ut uid V* eſt *add A* celam *corr* cęlam *V* celamur *Gulielmius,* '*satis probabiliter' ait r; cf u.* 9 12 poſſet *pr A* 15 carneadē̆ *A* ~dem *V* carneade·m·&, m *ft deleri coepta B* rerū ē *& sed* ē *ut uid eradi coepta B* uıſ ∗∗∗∗ fuıſſet [fuıſ *ut uid*] *A* 16 alexandreę *corr* ~drıę *V* 18 ſedętıā *A* 21 *significat Hortensii exitum* phıloſophā *pr A* 22 ſequere q̄;, ere *in ras, fuisse uid* ſequa req; *B* 23 omnı, *Vtr nec dubium est Ciceronem* omnibus orbat sensibus *potuisse scribere, sed* omni adprobatione *non sine ui po-*

aspectum solis siue deus aliquis siue natura ademerat siue eius loci quem incolebant situs, ignes tamen aderant quorum illis uti lumine licebat: isti autem quos tu probas tantis offusis tenebris ne scintillam quidem ullam nobis ad dispiciendum reliquerunt; quos si sequamur iis uinclis simus astricti ut nos commouere nequeamus. sublata 62
enim adsensione omnem et motum animorum et actionem rerum sustulerunt; quod non modo recte fieri sed omnino fieri non potest. Prouide etiam ne uni tibi istam sententiam minime liceat defendere. an tu, cum res occultissimas aperueris in lucemque protuleris iura-tusque dixeris ea te conperisse (quod mihi quoque licebat qui ex te illa cognoueram), negabis esse rem ullam quae cognosci conprendi percipi possit? uide quaeso etiam atque etiam ne illarum quoque rerum pulcherrimarum a te ipso minuatur auctoritas.»

Quae cum dixisset ille finem fecit. Hortensius autem uehe- 63
menter admirans (quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus saepe tolleret: nec mirum; nam numquam arbitror contra Academiam dictum esse subtilius) me quoque, iocansne an ita sentiens (non enim satis intellegebam), coepit hortari ut sententia desisterem. tum mihi Catulus «Si te» inquit «Luculli oratio flexit, quae est habita memoriter accurate copiose, taceo neque te quo minus si tibi ita uideatur sententiam mutes deterrendum puto. illud uero non censuerim, ut eius auctoritate moueare. tantum enim te [non] modo monuit» inquit adridens «ut caueres ne quis inprobus

suit, quoniam aliquando etiam Antiochus retineri adsensionem uoluit; cf p. 107,3. 126,1. omnino *ci t* cımmerı hıſ *V* cımerıſ *B*

1 natura ////// ademerat*; in litura* II *uel* III *litterarum capaci nescio litteraene fuerint olim (de?) necne; prior* e *in ras, fuit* adhım~ *B* adımerat *pr AV* 2 quē *lineola add, sub* e *litura B* utı*lumine·lıcebat, ıne· *in ras, ex* utıllum ınelıcebat *B;* utı,lumıne *ex* utılum ne *V* 3 q̄oſ *in ras, uid fuisse* q̄d *A* 4 addıſpıcıendū *ex* addeſp~ *V* adaſp~ *ex* adeſp~ *AB (hic* t *pro* c*); cf Tusc.* I 19,45 5 cōmeuere *A* sublata enim] ſublatent̄ *V* 6 adſeſ|ſione *corr* aſſeſ|ſionē *V* adſedſione *posterioris* d *lunula ft eradi coepta B* aſſenſione ... ratıonem *(sic pro* actionem*) in mg add A* 10 dıxerıſ-*eate, ıſ *et* e *in ras, uid fuisse* dıxer ıſ ate *uel* ~ıſeate *A* conperisse *cf in Catil.* I 4,10 *(quamquam iusiurandum ibi nullum) Reitzensteinus Herm.* XXXIII 97 *n.* 4 liquebat *duo dett Goerenzii cum detrimento sententiae, quamquam neque ille improbauit nec r et recepit Klotzius* 11 rē*ullā *ex* remıllā *ut uid A* rem,ol|lam *ex* remo|lam *V* 12 ılla| rerū quoq. ꝛeꝛū *V* q̄q̄* *ex* q̄d *B* 16 nec *add B* nāNūquā, nāN *in ras, lineola supra* u *add A* 17 me *ex* ne *B* 18 hortaBı, aı *e corr, euanuerant ut uid* rı *B* 20 habıta, ıta *red uid A* quom ınꝰſıtıbı *(' add) V* 22 conſuerım *pr V* auctorıtatē *lineola uid erasa B* tenmodo *AB* tenon|modo *V quae seruauit r interrogandi signo post* dixisses *p.* 101,3 *posito non probabiliter, et dubitat ipse;* non te modo *ex Dauisii et Maduigii (emend.* 160*) coniectura t inusitata Ciceroni formula dicendi; cum Ald bm deleui* non *ut librarii alicuius socordia illatum qui* non modo *ex usu uellet iuncta ut* modo *post* non *insertum est pro Sulla* 10,29

tr. pl., quorum uides quanta copia semper futura sit, arriperet te et in contione quaereret qui tibi constares cum idem negares quicquam certi posse reperiri idem te conperisse dixisses. hoc quaeso caue ne te terreat. de causa autem ipsa malim quidem te ab hoc dissentire; sin cesseris, non magnopere mirabor. memini enim Antiochum ipsum, cum annos multos alia sensisset, simul ac uisum sit sententia destitisse.»

20 64 Haec cum dixisset Catulus, me omnes intueri. tum ego non minus conmotus quam soleo in causis maioribus huius modi quadam oratione sum exorsus: «Me Catule oratio Luculli de ipsa re ita mouit ut docti hominis et copiosi et parati et nihil praetereuntis eorum quae pro illa causa dici possent, non tamen ut ei respondere posse diffiderem; auctoritas autem tanta plane me mouebat, nisi tu opposuisses non minorem tuam. adgrediar igitur, si pauca ante quasi de fama mea dixero.

65 Ego enim si aut ostentatione aliqua adductus aut studio certandi ad hanc potissimum philosophiam me adplicaui, non modo stultitiam meam sed etiam mores et naturam condemnandam puto. nam si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur, ego de omni statu consilioque totius uitae aut certare cum aliis pugnaciter aut frustrari cum alios tum etiam me ipsum uelim? itaque nisi ineptum putarem in tali disputatione id facere quod cum de r. p. disceptatur fieri interdum solet, iurarem per Iouem deosque penates me et ardere studio ueri reperiendi et ea sentire quae dicerem.

epist. IX 16,6, *post* quoquo *de domo* 10,25, quam *post* aliud *ad Att.* III 15,5, *post* magis *ibid.* XIII 1,1*; cf Stangelius Tullian.* 21 *s.* tantum *adridentis est ('nicht mehr und nicht weniger'), neque in eo haerendum quod Lucullus non ea ipsa dixit (p.* 100,8*) quae eum dixisse ait Catulus.* modo *delere maluit Crat, sed* tantum non *Tullianum non est*

2 contentıone *B non male, si significetur quam dicit ad Att.* I 16,9 *de off.* I 38,137*, sed uide p.* 151,10 *(14) pro Mil.* 3,8 *in Vatin.* 10,24*; cf de nat. d.* I 23,63, *m ad part.* III *uol.* I *p.* 31,27 3 Idēte *lineola ft red A* 4 nete|t̄reat *ex* net̄|reat *A* ıpſa̅ *ex* ~ā *A* ıpſam *VB* malım|* *ex* malı|m *uel* ~|ın *V* equidem *mg Lambin probabiliter; cf pro Tull.* 12,29 *(30), m ad part.* III *uol.* II *p.* 76,14 *Iordanus symb. crit. ad hist. ling. Lat. p.* 317. 319 6 alıa *corr* talıa *F* ac] atque aliud *ci r* est *Halmio auctore b* ſententıa̅ *A* 9 quandam orationem *Lambinus* ab huius modi quadam oratione *ci r; cf Brut.* 34,128 L. Bestia bonis initiis orsus tribunatus 10 catulle *A, pr V* 11 ut**doctı [ut *uel* et] *A* hominеſ *pr VB* 12 respondere me posse *Lambinus, cf p.* 69,2 *orat.* 1,3 responderi posse *dett Dauisius bm, cf de nat. d.* I 4,8*; cf Maduigius de fin.* V 11,31 18 naturā *ex* ~ra *AVB* 19 nā *in ras paulo ampliore A* 20 ego *Ven* II ergo *AVB* omnı* [ſ] *A* 21 fruſtrarı|tum *ex* fruſtrar|cum *ut uid V* 21. 22 uelim itaque *dett Rom* ıtaque uelım *AVB* 23 de*r·p· *ex* d.er·p· *(post* d *quid fuerit incertum) B* dıſceptur *pr A* ıurarē* *ft lineola in ras pr A;* ıurarem ꝓıouem *corr* ıurare,me,ꝓ,ıouem *V*

qui enim possum non cupere uerum inuenire, cum gaudeam si simile 66
ueri quid inuenerim? sed ut hoc pulcherrimum esse iudicem, uera
uidere, sic pro ueris probare falsa turpissimum est. Nec tamen ego
is sum qui nihil umquam falsi adprobem qui numquam adsentiar
qui nihil opiner; sed quaerimus de sapiente. ego uero ipse et magnus
quidam sum opinator (non enim sum sapiens) et meas cogitationes
sic dirigo, non ad illam paruulam Cynosuram, qua 'fidunt duce
nocturna Phoenices in alto', ut ait Aratus, eoque directius gubernant
quod eam tenent 'quae cursu interiore breui conuertitur orbe', sed
Helicen et clarissimos Septem triones id est rationes has latiore
specie non ad tenue limatas; eo fit ut errem et uager latius. Sed
non de me, ut dixi, sed de sapiente quaeritur. uisa enim ista cum
acriter mentem sensumue pepulerunt accipio iisque interdum etiam
adsentior, nec percipio tamen: nihil enim arbitror posse percipi.
non sum sapiens; itaque uisis cedo nec possum resistere. sapien-
tis autem hanc censet Arcesilas uim esse maximam Zenoni adsentiens,

ACADEMICVS IV

5. 6 *Augustinus c. Acad.* III 14,31 clamat Cicero se ipsum magnum esse opinatorem sed de sapiente se quaerere

1 uerō *V* 2 inuenirim *B, pr A* iudico *Ernestus tbmr, sed nescio an subaudiatur* si uideam 3 falſaṫ peſſimū *pr B* egoıſ*ſū, ſū *in ras ampliore A* ego,ıſ,ſum, ıſſu *in ras,* m *add V; in utroque ut opinor distinguendi causa corr* 4 adpdem *sic B* 5 opınor *pr A* 6 quidam *Manutius* quıdem *AVBtbmr, quod non uidetur ferri posse nisi aut deleto priore* et *aut ordine sic mutato* sum opinator et magnus quidem ſum *add A* opınatur *pr B* 7 derigo *m* n̄* *ex* nū *V* ıllā paruulam **cınoſyram, cın *in ras, fuit* ıllā amıcnoſyram *uel* ~mvc~ *B;* cynoſyrā *A* cy-noſvram *ex* ~ſyr~ *ut uid V* 7 *et* 9 *uide de nat. d.* II 41,106, *ubi* hac fidunt *et* nam cursu *congruenter cum Arato* 8 foenıceſ *V* phonıceſ *B* dı-rectuſ *pr A* derectius *m* 9 conuertitur. *B* conuẽıtur *V* ſedehıcen *V, corr* ſed.el~ *rec A;* ſed.helıcen ****** &clarıſſımuſ [&clarıſ] *B. praepositio omissa ut pro Q. Rosc.* 2,5 non ex tuis tabulis sed aduersariis, *pro Balbo* 28,64 non de suo peccato sed huius ... uiri facto, *orat.* 12,38 non .. ad iudiciorum certamen sed uoluptatem aurium; *accedit quod intercessit* tenent 10 ſeptentrıoneſ *VBtb* ıd·ē· *ex* ıdē *B* 10. 11 id est ... elimatas *del Bootius Mnemos.* XXIII (1895) 211 10 latiores *ci r* 11 attenue lımataſ *V* aẽtenuae|lımataſ *(uel primo scriptum erat* lıu*) corr* adtenu*e elım~ *Atbmr;* natte nuelımataſ *corr* ·n̄·atte nuelım~ *B.* elimare *Cicero numquam scripsit,* limare *aliquotiens (*limatam quandam ... tenuitatem *de fin.* III 12,40*).* ad tenue limatas *singulare, sed tamen cf de opt. gen. or.* 3,9 se ipse .. ad minutarum causarum genera limauerit, *Quint. inst. or.* XII 2,13 *(dialectica)* sectas ad tenuitatem suam uires ipsa subtilitate consumet; *λόγους κατ' εὐρύτερα οὐ κατὰ λεπτὸν ἐρρινημένους* 12 de,mut *V* dıxı*ſed [ſ] *A, idem sed* ~d *in ras ex* t *B* 14 per cıpıo, per *in ras paulo ampliore A* 15 neque *Ven m* 16 arceſ ı*laſ, c *in ras, ex* arteſ ıllaſ *B* Zenoni *cf eth.* 548 *ss Arn.*

cauere ne capiatur, ne fallatur uidere; nihil est enim ab ea cogita-
tione, quam habemus de grauitate sapientis, errore leuitate temeri-
tate diiunctius.

Quid[quid] igitur loquar de firmitate sapientis? quem quidem
nihil opinari tu quoque Luculle concedis. quod quoniam a te pro-
batur, ut praepostere tecum agam iam (mox referam me ad ordi-
21 67 nem), haec primum conclusio quam habeat uim considera: 'si ulli
rei sapiens adsentietur umquam, aliquando etiam opinabitur; num-
quam autem opinabitur; nulli igitur rei adsentietur.' hanc conclu-
sionem Arcesilas probabat; confirmabat enim et primum et secundum.
Carneades non numquam secundum illud dabat, adsentiri aliquando;
ita sequebatur etiam opinari, quod tu non uis, et recte ut mihi ui-
deris. sed illud primum, sapientem si adsensurus esset etiam opina-
turum, falsum esse Stoici dicunt et eorum adstipulator Antiochus;
posse enim eum falsa a ueris et quae non possint percipi ab iis
68 quae possint distinguere. Nobis autem primum etiam si quid per-
cipi possit tamen ipsa consuetudo adsentiendi periculosa esse uidetur
et lubrica. quam ob rem cum tam uitiosum esse constet adsentiri
quicquam aut falsum aut incognitum, sustinenda est potius omnis
adsensio, ne praecipitet si temere processerit. ita enim finitima sunt

ACADEMICVS IV

14 *(fr.* 20*) Nonius p.* 69 adstipulari positum est adsentiri. Cicero in Academicis libro IV 'falsum esse Stoici ... Antiochus'

1 *abea [h] *B* 4 quıd****| [q ...] *A* quıdquıd *V* q̇uic.quıd *sic,* c *in ras ex* d *B* 5 lŏculle *A* 6 agam ıammox *Vtbmr* agā.Iammox *A* agam. ıāenīmox *B.* iam *quamuis facile errore scribi potuerit post* agam *tamen non satis tuto abicitur (de collocatione cf de diu.* I 31,67*);* enim *autem isto quidem loco ferri nequit, quare aut transponendum est* mox enim *aut ei* enim *tribuen-dum qui falso ante* iam *distingueret, cf p.* 104,2, *unde* iam enim *huc adscriptum uidetur Vahleno.* iam enim *(del* mox*) Victorius* 7 haec ... habeat *in mg add A* 7—9 *Sextus adu. math.* VII 157 *εἰ τῶν συγκατατιθεμένων ἐστὶν ὁ σοφός, τῶν δοξαστῶν ἔσται ὁ σοφός. οὐχὶ δέ γε τῶν δοξαστῶν ἐστιν ὁ σοφός... οὐκ ἄρα τῶν συγκατατιθεμένων ἐστὶν ὁ σοφός. εἰ δὲ τοῦτο, περὶ πάντων αὐτὸν δεήσει ἀσυγκαταθετεῖν* 9 *de lacuna quae post* opınabıtur *est in V uide praefationem* 10 arceſſılaſ *B* 11 non numquam *del m, sed cf p.* 99,2. 110,5. 131,5. 153,13 secundum *del dett Dauisius bm.* secundum illud dabat *non cum Arcesila sed contrarie illi, ut in conclusione illa primum i. e. τὸ λῆμμα (cf u.* 13*) maneret, secundum autem i. e. πρόσληψις fieret* sapiens ad-sentietur aliquando. *non congruenter iis quae secuntur* adsentiri *et* opinari *locum mutare iubebat Manutius* 12 ita sequebatur *Manutius* ıd adſequebatur *AV* ıdadſe·bat *B* 14 ēē*ſtoıcı [t] *Amr* ēē & ſtoıcı *V* eē*&ſtoıcı, *& in ras, ex* e& eſtoıcı *ut uid B, cf p.* 104,19. esset *natum puto ex eo quod prope ante-cedit; cf Nonius* 15 a *add ft pr A;* a*uerıſ [d] *B* poſſı*nt *ex* ~ſunt *A* 15. 16 poſſınt dıſtınguere, *om* percipi ab iis quae possint, *in mg add* pcıpı *V* poſſınt *A* 19 adsentiri *cum casu quarto ut* adprobare, *nisi forte id ipsum intercidit, cf p.* 142,7 20 adſenſıoxēpcıpıt&**ſıtemere,

falsa ueris eaque quae percipi non possunt *iis quae possunt* (si modo ea sunt quaedam; iam enim uidebimus), ut tam[en] in praecipitem locum non debeat se sapiens committere. Sin autem omnino nihil esse quod percipi possit a me sumpsero et quod tu mihi das accepero, sapientem nihil opinari, effectum illud erit, sapientem adsensus omnes cohibiturum, ut uidendum tibi sit idne malis an aliquid opinaturum esse sapientem. 'Neutrum' inquies 'illorum [nitamur]'. Nitamur igitur nihil posse percipi; etenim de eo omnis est controuersia.

Sed prius pauca cum Antiocho, qui haec ipsa quae a me de- 22
fenduntur et didicit apud Philonem tam diu ut constaret diutius 69
1 hoc*enī, oc *in ras, fuit ft* haec enī *uel* hancenī*;* fa*terıſ *ex* factorıſ *A* tepauco2ū xeq·| primum *in mg add A* paucorum quid sit *Kayserus* 2 ita *add A* 4 agitator *ex* ~tur *VB* *cf p.* 32,41*, de comparationis membris confusis ad p.* 19,14—20,1 5 q*vo *ex* q; *B* quoſ erentur *pr A* quoferuñ *pr V* 6 *de iterato* inquit *cf m ad part.* II *uol.* III *p.* 208,2 sustinebo *(*~eьo *M)* ... respondebo *(hoc Rom) dett Asc; cf p.* 118,21 sequitur ... progrediere 23 7 reſponde *AVB, pr F* ſupbe *corr* ~bȷſ *F* facis superbe *t;* superbe *satis defendit r* 8 p̣ıpıſ *ft pr M;* perſipiſſi quia *V* p~ *B, corr* pſ*-cıſ pı**ſıquia *rec A* 9 in *add b (om tmr) cl u.* 13 *p.* 128,12 *et ita solet Cicero; quamquam scripsit accus.* III 74,172 quot uoltis esse in uno furto peccatorum gradus? ut si singulis insistere uelim, progredi iste non possit. *nam Tusc.* I 19,43 *alienum est* 11 cap*tare [i] *B* 12 reſpondaſ *B* reſpondeſ *A* 13 &luſtrıorıb; *V* et illustribus *Lambinus* 15 augendi nec minuendi *B* ~tem *utrobique Lambinus* ~ti *Lambin* ~tis *(quarto casu) tr, cum detrimento sententiae, in qua* primum *et* postremum *sic nude posita aegre feruntur.* primum augendi *Latine dici negant, dubito quo iure; sed ut summo,* extremum augendi *opinor non negant, quod si ferimus, ferendum est etiam* primum *ita cum illo copulatum ut u.* 1 ultimum *et* primum*, et ita quidem ut praeter rationem positum uideatur illa prioris loci similitudine inducente, si quidem in soritа augendi aut minuendi quaeri potuit extremum, initium non potuit (sed insistendi)* 17 penelope te*la,re-texenſ [c] *V* paenelopetelaretexen|, petela *in ras,* re *uel* ret *red, reliqua add, ut uideatur* texens *primo ante* tollit *omissum esse A* penelo p&elarete xenſ *corr* penelo⌣p&ela·rete⌣xenſ *B.* Penelope *tbmr, sed casum secundum cum Lambino praetuli, cf Plato Phaed.* 84 *A ἀνήνυτον ἔργον πράττειν, Πηνελόπης τινὰ ἐναντίως ἱστὸν μεταχειριζομένην (inde Iamblichus protrept.* 13 *p.* 70,2 *Pist.), Proclus in Timaeum* 341 *B κατὰ τὸν τῆς Πηνελόπης ἱστόν (Ottonis prouerb. Rom.* 1379*).* telam *dett Rom* 18 anna *pr B.* nostra an uestra *ex Christii coniectura b, nostro usui ut satis fieret, qui solemus ita quaerentes secundo loco id collocare quod uerius esse uolumus; at ne nos qui-*

quicquid enuntietur (id autem appellant *ἀξίωμα*, quod est quasi ecfatum) aut uerum esse aut falsum. quid igitur haec uera an falsa sunt 'si te mentiri dicis idque uerum dicis, mentiris' *et 'si te mentiri dicis idque mentiris*, uerum dicis'? haec scilicet inexplicabilia esse dicitis; quod est odiosius quam illa quae nos non conprehensa et non percepta dicimus — sed hoc omitto, illud quaero: si ista explicari non possunt nec eorum ullum iudicium inuenitur ut respondere possitis uerane an falsa sint, ubi est illa definitio, effatum esse id quod aut uerum aut falsum sit? Rebus sumptis adiungam ** ex

dem opinor sine exceptione, certe ueteres, etsi saepe eodem modo locuti sunt, ut Cicero p. 8,18. 13,9. 20,11. 23,1. 25,7*ss* 61,10. 132,15 *de nat. d.* I 42,119 *al., tamen nequaquam sibi constiterunt: de fin.* IV 24,67 perspicuisne dubia aperiuntur an dubiis perspicua tolluntur, *Tusc.* V 19,54 utrum malles te ... semel ut Laelium consulem an ut Cinnam quater, *ibid.* 56 *de diu.* II 22,49 *de off.* III 22,87, *perspicue Liuius* VII 4,6 quod naturae damnum utrum nutriendum patri, si quicquam in eo humani esset, an castigandum ac uexatione insigne faciendum fuisse *eqs, Tac. Germ.* 5 propitiine an irati fundameñ̃ *ex* ~menū *A*

1 quidquid *pr B* quo quid *V* enuntiaet̃ *A* a*xioma [n *ut uid*] *A* ax~ *VB* ef *cf Chrysipp.* 193—196 *Arn.* ecfatum *t* effatū, ef *ex* et *ut uid A* &fatū *Vr* &~ *B. cf de fato* 1,1. 10,20 f 2 aut *ante* fallū *add V* 3 fun*fi,te *ex* fumfite *V* T? mentire *pr A* uere, ~e *in ras ex* ~ū *ut uid A* 3. 4 mentirif uerū dicif *VB, corr* ~ et uerū~ *rec A.* an *Ernesto auctore inseruit Schuetzius tbmr, cf Gellius* XVIII 2,10 quaesitum ibi est quae esset huius quoque sophismatis resolutio 'cum mentior et mentiri me dico, mentior an uerum dico?'; mentiris [uerum dicis] *Ernesto auctore Goerenzius, ut Hieronymus epist.* 69,2 *t.* I *col.* 413 *C Vall.* recordatus Chrysippei sophismatis 'si mentiris idque uere dicis, mentiris'; *uide etiam Placidum corp. gloss.* V 38,18. 95,14 (VII 153) *et schol. Horat. epist.* II 1,47 si dico mentiri et mentior, uerum dico. *apud Ciceronem plura intercidisse uisa sunt non tam propter pluralia* haec *u.* 2 *et* 4 *(cf p.* 125,10) *quam quod illa quaestio* haec uera an falsa sunt *duplici conclusioni magis conuenire uidebatur; inexplicabile enim quod utroque modo efficitur eundem et uerum dicere et mentiri, cf Alexander qui fertur in Arist. soph. el. p.* 171,17 *Wallies.* fcilicet, fci *in ras angustiore rec A* fcilic& *in ras paulo ampliore B* 5 inuidiosius *hic nisi fallor ci r (p.* IX) *cl p.* 151,14. 152,9; *sed quae illic* inuidiosa *dicit Stoicorum paradoxa eadem* odiosiora *p.* 7,4 6 dicitif *pr AVB* 7 ullum *ex* illum *ut uid V* ut *ex* ui *AV* 8 pofitif *pr A* effatum *Rom* ecf~ *tm* effectū *AVB* 9 *haec non minimo defectu laborare miror neminem uidisse superiorum, qui satis habuerunt* alias *p.* 121,1 *duplicare cum Rom, illa* ex iis *quo referrentur securi. dubium non est quin ab effatis transeat ad syllogismos in iisque quae sunt λήμματα appellet res sumptas (de diu.* II 53,108 sumptiones*); quibus adiunguntur scilicet προσλήψεις (de orat.* II 38,158*) ut efficiantur rationum summae. atque demonstraturus est, quamuis eodem modo nectantur conclusiones, tamen uel eas uel summas illas non pariter esse probandas. sed illa* quae sint in genere contrario *dubito rectene dicat r ad utrumque genus rerum pertinere ante dictarum, ut fere hoc ualeant* quae sint inter se repugnantia, *sed quo modo sint accipienda non adsequor nisi plura interciderunt; quae qualia fuisse possint una cum illis proponam:* rebus sumptis adiungam ⟨alias, deinde concludam rationum summas, eodem in omnibus conclusionis genere; tamen alias uincam⟩ ex iis sequendas *(συναχτικοὺς uel περαντικούς)* esse alias inprobandas *(ἀπεράντους uel ἀσυνάκτους)*, ⟨cum uos dicatis eas conclusiones omnes sequendas esse, in quibus id quod summae contrarium sit pugnet cum conexione sumptionum *(τὸ ἀντικείμενον τῆς ἐπιφορᾶς μάχεται τῇ διὰ τῶν λημμάτων συμπλοκῇ, cf Diog. L.* VII 77*)*, eas autem inprobandas⟩ quae sint in genere contrario ex*iif[f] *AB* ex,h iif *rec V* ex hif *M r*

✻ iis sequendas esse alias inprobandas quae sint in genere contrario.
96 quo modo igitur hoc conclusum esse iudicas: 'si dicis nunc lucere et uerum dicis, *lucet; dicis autem nunc lucere et uerum dicis;* lucet igitur'? probatis certe genus et rectissime conclusum dicitis, itaque in docendo eum primum concludendi modum traditis. aut quidquid igitur eodem modo concluditur probabitis, aut ars ista nulla est. uide ergo hanc conclusionem probaturusne sis: 'si dicis te mentiri uerumque dicis, mentiris; dicis autem te mentiri uerumque dicis; mentiris igitur'. qui potes hanc non probare, cum probaueris eiusdem generis superiorem? haec Chrysippea sunt, ne ab ipso quidem dissoluta. quid enim faceret huic conclusioni 'si lucet, *lucet*; lucet autem; lucet igitur'? cederet scilicet; ipsa enim ratio conexi cum concesseris superius cogit inferius concedere. quid ergo haec ab illa conclusione differt 'si mentiris, mentiris; mentiris autem; mentiris igitur'? hoc negas te posse nec adprobare nec inprobare; qui igi-
97 tur magis illud? si ars si ratio si uia si uis denique conclusionis ualet, eadem est in utroque. Sed hoc extremum eorum est: postulant ut excipiantur haec inexplicabilia. tribunum aliquem censeo uideant; a me istam exceptionem numquam inpetrabunt. etenim cum ab Epicuro, qui totam dialecticam et contemnit et inridet, non inpetrent ut uerum esse concedat quod ita effabimur 'aut uiuet cras Hermarchus aut non uiuet', cum dialectici sic statuant, omne quod ita disiunctum sit quasi 'aut etiam aut non' *non* modo uerum esse sed etiam necessarium (uide quam sit cautus is quem isti tardum

3 lucet ..... dicis *add Manutius, nisi quod* nunc *Danisii est, quod etiam u.* 2 *abesse maluit Klotzius, cf p.* 142,8 6 igitur *solet priori in diiunctione* aut *subiungi, cur hic non subiungatur apparet* 7 uide *Manutius* uideo *AVB; fuitne* uidebo? 8 mentiris] mentiri *pr AVB* di*|cif, cif *in ras paulo minore A* 9 potef* [t] *AB* potef *V* 10 chrỹfippea, fi *e corr sed ft pr, cum scripsisset* chrỹp *A* chrỹfippea *V* chrỹfippe* *pr B* 11 luc& *bis B, pr AV (*lucet *secundo loco add A, tertio V)* 12 hic& *pr V* eder& *pr B* 13 haec *add A* 15 neaḍpbare *pr A* 16 *magif [i] *B audi* potes adprobare, *cf p.* 122,12 fiuia, a *in ras AB, in B fuit* fi uita, *in A etiam* I *prior add* 17 ·ē· *add A* 19 uideḅant *A* uideant, *in mg* ·ä·deañ *V et ita etiam r,* adhibeant *t cl p.* 114,25 *pro Rab. perd. reo* 7,20; *quod in rebus dici soleat* uidere aliquid *pro* circumspicere, *idem hic iocose translatum in hominem putat m; sed cf ad Att.* XII 14,1 quemcumque appellaris, nemo negabit. sed Septimium uide, *ibid.* 2, *ibid.* IV 12 uidebis ergo hominem si uoles *et ita saepius* uidere *positum plane ut* adire 20 *cf de nat. d.* I 25,70 *de fato* 9,19 *ss (Epic. fr.* 376 *Vs.)* 21 inperent *pr A* 22 hermarcus *AVB* dialectici *Chrysipp.* 219 *Arn.* 23 non *semel AV, pr B* 24 *perrecturus sic fere erat* qui magis ego illis dem quo ipsorum ars euertatur; *per parenthesin orationem alio deflexam esse uidit Wichertus 'die Lateinische Stillehre'* I 61 catus *Lambinus tbm ft recte, in eodem enim Epicuro idem uocabulum posuit Tusc.* II 19,45 *teste Nonio p.* 92; *quamquam ibi quoque libri Ciceronis* cautus *habent, nec de leg.* I 16,45 *cati uocabulo utitur nisi cum*

putant: 'si enim' inquit 'alterutrum concessero necessarium esse, necesse erit cras Hermarchum aut uiuere aut non uiuere; nulla autem est in natura rerum talis necessitas') — cum hoc igitur dialectici pugnent, id est Antiochus et Stoici; totam enim euertit dialecticam: nam si e contrariis disiunctio (contraria autem ea dico, cum alterum aiat alterum neget) — si talis disiunctio falsa potest esse, nulla uera est. mecum uero quid habent litium, qui ipsorum disciplinam se- 98
quor? cum aliquid huius modi inciderat, sic ludere Carneades solebat: 'si recte conclusi, teneo; sin uitiose, minam Diogenes reddet'; ab eo enim Stoico dialectica didicerat, haec autem merces erat dialecticorum. sequor igitur eas uias quas didici ab Antiocho, nec reperio quo modo iudicem 'si lucet, *lucet*' uerum esse ob eam causam quod ita didici, omne quod ipsum ex se conexum sit uerum esse, non iudicem 'si mentiris, mentiris' eodem modo esse conexum: aut igitur hoc ut illud, aut nisi hoc ne illud quidem iudicabo.

Sed ut omnes istos aculeos et totum tortuosum genus dispu- 31
tandi relinquamus ostendamusque qui simus, iam explicata tota Carneadis sententia Antioche*a* ista conruent uniuersa. nec uero quicquam ita dicam ut quisquam id fingi suspicetur; a Clitomacho

---

cautione. si obsoleta quaerenda sint, possis etiam bardum *pro* tardum, *ut ci r cl de fato* 5,10 *(de diuin.* II 50,103 hebetem et rudem)

1 ſi ẹceſſero *h. e. omissa* nim inquit alterutrum con, *correctum mance V* 2 hermarcum *VB* hermacum *A* 3 *uereor ne fuerit* fatalis, *cf de nat. d.* I 20,55 *de fato* 10,21 4 Totā *in ras A* 5 *ἐξ ἐναντίων (uel ἀντικειμένων) διεζευγμένον; cf de fato* 16,37 6 aiat *Ven* II ait *VB, in ras A; potius* negat *Lambin* diunctio *Br* 7 diſciplinam*ſequor, linam *in ras, ex* diſcipuli nāſequor *ut uid B;* diſciplinā *praeter* d *et* ā *in ras pr A* 8 cludere *V, cum ras ex* ~r& *B; fuitne* eludere *ut de diuin.* II 70,145 carneadeſ, adeſ *in ras paulo ampliore, extrema uid fuisse* t *A* 9 concluſit teneo.ſ in *ex* concluſit eneoſ in *AVB, sed in B prior* t *erasa, dein restituta;* conclusi teneo *Lambinus* ~ te teneo *ci Dauisius. similiter Augustinus c. Acad.* III 9,21 si uera *(complexio),* bene teneo, si falsa *eqs* uitioſe** *minam̄, minam *in ras, ex* uitio ſe minimā *B* uitioſe mi** nā [*iv hastae*] *lineola incertum fueritne primitus A* ~ miṇimā *sic, lineola add ut uid V* diogeni *AV, pr B* ~ı. *F* Diogenes mihi *tbmr, possis etiam* mihi minam, *sed neutrum necessarium* reddat *Manutius* 10 dialectıcā *AVtbmr, ex* ~a *B; cf de fin.* I 6,20 *(Maduigius) Tusc.* I 13,29. 21,48. 24,57 11 ne *pr A* 12 lucet$^{/}$, *in mg* /. lucet *V* luc& *semel B, item* l^{v}c& *A* uerū *cum ras ex* ~ā *B* 14 esse *posterius auctore Christio del tb, post* non *transponi malit Helmius,* ex se *m; cf p.* 121,16 *s* 15 hocne^{t}illu^{d}t *Btbmr* hoc**|ne illud [et *additum erat non deleto* ne] *A* hoc ne illud *V;* ut *probabilius uidetur* iudicabo *del Durandus* 16 omneſ ſuſtoſ, *prima* ſ *add V* et hoc totum *Lambinus, et ita uel similiter saepe Cicero non semper, cf p.* 40,17 *Hortens. fr.* 55 *Muell.* pseudomenus et soritam et totam dialecticam 18 Antiochea *uel* ~ia *dett Dauisius* antıoche *AVB* Antıoch^{ì}e *Fr; cf p.* 132,14

sumam, qui usque ad senectutem cum Carneade fuit, homo et acutus ut Poenus et ualde studiosus ac diligens; et quattuor eius libri sunt de sustinendis adsensionibus, haec autem quae iam dicam [quae] 99
sunt sumpta de primo. Duo placet esse Carneadi genera uisorum; in uno hanc diuisionem, alia uisa esse quae percipi possint, *alia quae non possint*, in altero autem, alia uisa esse probabilia alia non probabilia. itaque quae contra sensus contraque perspicuitatem dicantur ea pertinere ad superiorem diuisionem, contra posteriorem nihil dici oportere. quare ita placere, tale uisum nullum esse ut perceptio consequeretur, ut autem probatio multa. etenim contra naturam esset, *si* probabile nihil esset; sequitur omnis uitae ea quam tu Luculle commemorabas euersio. itaque et sensibus probanda multa sunt, teneatur modo illud, non inesse in iis quicquam tale quale non etiam falsum nihil ab eo differens esse possit — sic quicquid acciderit specie probabile, si nihil se offeret quod sit probabilitati illi contrarium, utetur eo sapiens, ac sic omnis ratio uitae gubernabitur. Etenim is quoque qui a uobis sapiens inducitur multa sequitur probabilia non conprehensa neque percepta neque adsensa sed similia

---

1 ſenectute *pr AV* fuit**homo, ıt *in ras pr A* 2 & qu~ *V* 3 quae *AB* quae *V* 4 carneadı, ı *in ras rec A* genera *quaestionis (σχέσεις Sextus adu. math.* VII 168), *cf de off.* I 3,7 5 alıa uıſa ēē ⊦alıa ñ ꝑbabılıa; Jtaq;, ēē *red uid,* alıa ñ ꝑbabılıa *in ras,* J *ex* I; *in mg add* ⊦ quepcıpı ..... effe ꝑbabılıa, *et illa quidem* quepcıpı poſſıꝰ *ab altero correctore, ab altero reliqua, ex his rursus prima illa* alıaquae ꝑcıpı *ut uid in ras (primo fuisse arbitror* alıa uıſa ēē probabılıa ıtaq;, *a priore autem correctore adscripta fuisse ut post* ēē *inserenda* que pcıpı poſſıꝰ alıa uıſa eſſe, *deinde adhibito scilicet altero Vossiano correctionem perfectam) A* alıa| uıſa eſſe quae percıpı ..... eſſe probabılıa · alıa n̄ pro**| *omnia in ras* III *paulo plus uersuum, quae etiam supra intercolumnium patet, sed in hoc non rescripta; primitiuae scripturae uestigia nulla (a qua non modo illa* alia quae non possint *afuisse suspicor uerum etiam proxima* in altero autem*); in extremo erasae* ba|, *deinde pergit manus prima* |babılıa *V* poſſjnt, J *ex* e *B* alıa | quae non poſſint *e corr V (ut p.* 88,1. 6. 103,16. 113,15. 125,24*)* ȧlıa quæpcıpı |non poſſint *in mg add B, et ita etiam mg A (uide supra), m* 7 que *add A* 10 consequatur *ex Halmi coniectura b; uide ad u.* 11 11 ſi *add ft pr F;* est probabile nihil esse: et sequitur *ex Christii coniectura tbm* (sequetur *ci t), eadem sed* esset probabile *r. inserto* si *patefit commutatorum in his modorum ratio: primum enim post* possint *(5) et* dicantur *(8) infertur* consequeretur *(10), legitime id quidem in sententia multo ante prolata; deinde condicionalis enuntiatio inducitur et ex mente quidem Carneadis sed iis uerbis quae eadem possint esse Ciceronis ipsius; qua ambiguitate fit ut is deinde non* sequi ... euersionem *scribat (ut Dauisius) sed suis uerbis utatur. et potuit sane sic quoque* sequeretur, *quod ci Lambin addito cum Manutio* enim*; sed uidetur disputationis Carneadeae locum breuiter indicare* 12 commemorabas *p.* 83,7 et s. p. m. s. *adiuncturus erat* et utetur iis sapiens *(u. 16); cf Maduigius de fin. exc.* I *p.* 790 ꝑ**banda [ba] *A* 14 quıc quıd, ıd *in ras paulo ampliore V* accederıt *pr V* 15 offe*ret [r] *A* offerr& *pr VB* quıd *pr A* 16 uteꝛetur *B* utet̄*, t̃ *in ras A* uter&ur *V* 17 nobis *liber Vrsini Rom Ven non inepte (cf p.* 141,12*), sed uide p.* 129,11 ındıcıtur *B*

ueri, quae nisi probet omnis uita tollatur. quid enim conscendens 100
nauem sapiens num conprehensum animo habet atque perceptum se
ex sententia nauigaturum? qui potest? sed si iam ex hoc loco
proficiscatur Puteolos stadia triginta probo nauigio bono gubernatore
hac tranquillitate, probabile uideatur se illuc uenturum esse saluum.
huius modi igitur uisis consilia capiet et agendi et non agendi fa-
ciliorque erit ut albam esse niuem probet quam erat Anaxagoras,
qui id non modo ita esse negabat, sed sibi, quia sciret aquam nigram
esse unde illa concreta esset, albam ipsam esse ne uideri quidem;
et quaecumque res eum sic attinget ut sit uisum illud probabile 101
neque ulla re impeditum, mouebitur. non enim est e saxo sculptus
aut e *ro*bore dolatus, habet corpus habet animum, mouetur mente
mouetur sensibus, ut ei uera multa uideantur neque tamen habere in-
signem illam et propriam percipiendi notam. eoque sapientem non
adsentiri, quia possit eiusdem modi existere falsum aliquod cuius
modi hoc uerum.

Neque nos contra sensus aliter dicimus ac Stoici, qui multa
falsa esse dicunt longeque aliter se habere ac sensibus uideantur.
hoc autem si ita sit, ut unum modo sensibus falsum uideatur, praesto 32
est qui neget rem ullam percipi posse sensibus. ita nobis tacentibus

ACADEMICVS IV

7 *cf Lactantius diu. inst.* III 23,11 *epit.* 34 (39) 2 11. 12 *(fr.* 22*) Nonius p.* 99 dolitum quod dolatum usu dicitur ... Cicero dolatum Academicorum lib. IV 'non e. e. e saxo aut cultus e robore dolatus'

1 uiri *pr B* 2 nū* *in ras rec A* non *VB* 5 *ac [h] *B* ac *AV* ei uideatur *Lambinus b probabiliter* ſi *pr V* 6 uiſi*ſ *ex* ~ſuſ *V* aut agendi aut non agendi *Durandus ut de inu.* I 25,36 faciendi aut non faciendi .. ratio, *ibid.* II 5,18. 9,31, *sed* et manendi in uita et migrandi ratio omnis iis rebus quas supra dixi metienda *de fin.* III 18,61 7 erit] erat *A* ꝑbat *pr A* anaxagoraſ *ex* un~ *ut uid V. cf p.* 106,6 *A* 97 *D. (Sext. hyp.* I 33*)* 8 quid *A* quid *ex* quid *V* 9 concreta *Manutius* congregata *AB* ~tam *V, cf de nat. deor.* II 10,26*; congregari aquam dixisse unum Cassiodorum narrat thes. l. L.* IV 294,17. congelata *Camerarius* 10 quęcūque *ex* qui~ *A* ſicat ting*et [u *ut uid*] *A* ſic *AB, pr V* 11 neq; *add A* impediti *cum ras ex* impetūtū *A* enī *add A.* non est enim *Beierus de off.* I *p.* 157*, uide Maduigium de fin.* I 13,43 ē *e*ſaxo [a *ut uid, sed ft ea ipsa fuit e corr*] *V* eſaxo*ſcultuſ, *p* *media add B* 12 e robore *mg Crat ex Nonio* ebore *AB* eb~ *V* *cf Odyss.* XIX 163*, quo etiam Sextus utitur adu. math.* XI 161 13 ſenſib; *in mg add V* multa uera *Ald r* uideatur *pr A* habet *Lambinus, sed habere uisa negantur non sapiens, cf p.* 54,5*; ea autem quae secuntur non satis accurate Cicero ad hanc sapientis cogitationem adiunxit Graecis opinor inductus, quae fuerint omnia ab ὥστε (*ut *u.* 13*) suspensa infinitiue;* sapientis est *pro* sapientem *ci Dauisius* 17 Stoici *cf Chrysipp.* 77 *Arn.* 19 modo* *ex* ~dum *B* 20 pcipo *pr AB*

ex uno Epicuri capite altero uestro perceptio et conprehensio tollitur. quod est caput Epicuri? 'si ullum sensus uisum falsum est, nihil potest percipi.' quod uestrum? 'sunt falsa sensus uisa.' quid sequitur? ut taceam, conclusio ipsa loquitur: 'nihil posse percipi'. 'Non concedo' inquit 'Epicuro'. Certa igitur cum illo, qui a te to- 5
tus diuersus est, noli mecum, qui hoc quidem certe, falsi esse aliquid in sensibus, tibi adsentior.

102 Quamquam nihil mihi tam mirum uidetur quam ista dici, ab Antiocho quidem maxime, cui erant ea quae paulo ante dixi notissima. licet enim haec quiuis arbitratu suo reprehendat quod ne- 10
gemus rem ullam percipi posse, certe leuior reprehensio est, quod tamen dicimus esse quaedam probabilia. non uidetur hoc satis esse uobis. ne sit; illa certe debemus effugere, quae a te uel maxime agitata sunt: 'nihil igitur cernis, nihil audis, nihil tibi est perspicuum'. explicaui paulo ante Clitomacho auctore quo modo ista Carneades 15
diceret; accipe quem ad modum eadem dicantur a Clitomacho in eo libro quem ad C. Lucilium scripsit poetam, cum scripsisset isdem de rebus ad L. Censorinum eum qui consul cum M'. Manilio fuit. scripsit igitur his fere uerbis — sunt enim mihi nota propterea quod earum ipsarum rerum de quibus agimus prima institutio et quasi disciplina 20
103 illo libro continetur — sed scriptum est ita: Academicis placere esse rerum eius modi dissimilitudines ut aliae probabiles uideantur aliae contra. id autem non esse satis cur alia posse percipi dicas alia non posse, propterea quod multa falsa probabilia sint, nihil autem falsi perceptum et cognitum possit esse. itaque ait uehementer 25

1 Epicuri *cf p.* 111,1. 113,13. 18 *de nat. d.* I 25,70 *(Vseneri Epic. fr.* 251*)* 3 potest *om V, add A;* percipi potest *Ald mr; cf p.* 12,16 pecipi *pr B* ſenſuſ *ex* ſenſ *V* ſenſibuſ *A* qđ *V, corr* qđ *A* 4 concluſi° *ft pr A* loquitur *F* 5 Noncon|concedo *B* 6 certe *ex* ~ti *V* 9 eē *pr AB* erunt *pr V* 10 hoc *Christii suasu tb; cf m, idem ad part.* III *uol.* II *p.* 12,6*, infra p.* 146,18. 21 *de leg.* I 2,3 *in. (Vahlenus relat. acad. Berol.* 1904, 1076*) de orat.* I 52,226 quae ... hoc, *de fato* 19,45 illa ... illud*; Kirkius stud. in hon. Gildersleevii scr.* 1903 *p.* 30 11. 12 *orationem recte cum Manutio distinxit Maduigius (ed. Turic.* II *p.* 854 *ubi* tamen *certe casu omissum est);* reprehensio est: quod ... probabilia, non *cum Asc t et Maduigii mente non perspecta r* 13 ſit *radendo corr* ſic *A* ſiṭ *B* 14 nihil ... perspicuum *interrogari significant tbmr* cernſ *ex* ~neſ *AV* ~niſ, I *in ras, ex* ~naſ *ut uid B* 15 ante *p.* 122,17 *ss* ditomacho *(an* dic~*) pr B* 16 accepi *pr V* *ante* quē *in A ft* a *erasa, sed id admodum incertum* 17 ad·C·luciliū, ·C *in ras, alterum punctum add A, fuerit ut in V* adc̄ luc~ ſcripſit *pr A* poetam *'ut manifestum glossema' del tb; cf Brut.* 28,107. 35,132 ſcripſit ſet *pr A* 18 lucenſorinū *A* ·*L·cenſ~ *pr, scribere coeperat* l *V* L·cenſ~ *B* ·Q·*A* ·Q *V;* cū.m.**| *ex* cūmen| *uel* ~man| *B, cf* CIL I *p.* 147 *ed.* II 19 iſ *A, pr V* 21 illa *V* 22 similitudines *Ven* II*; puto* dissimilitudines et similitudines, *cf p.* 88,22 *et Faber* aliæ contra *ex* alia ~ *B* 23 co[illegible]tra *laesa membrana littera non apparet V* 25 a*it *ex* aut *A*

errare eos qui dicant ab Academia sensus eripi, a quibus numquam dictum sit aut colorem aut saporem aut sonum nullum esse, illud sit disputatum, non inesse in iis propriam quae nusquam alibi esset ueri et certi notam. quae cum exposuisset, adiungit dupliciter dici 104
adsensus sustinere sapientem, uno modo cum hoc intellegatur, omnino eum rei nulli adsentiri, altero cum se a respondendo ut aut adprobet quid aut inprobet sustineat, ut neque neget aliquid neque aiat. id cum ita sit, alterum placere ut numquam adsentiatur, alterum tenere ut sequens probabilitatem, ubicumque haec aut occurrat aut deficiat, aut 'etiam' aut 'non' respondere possit. nec ut placeat eum qui de ✻
omnibus rebus contineat se ab adsentiendo moueri tamen et agere aliquid, reliquit eius modi uisa quibus ad actionem excitemur, item ea quae interrogati in utramque partem respondere possimus sequentes tantum modo quod ita uisum sit, dum sine adsensu; neque tamen omnia eius modi uisa adprobari, sed ea quae nulla re inpedirentur. Haec si uobis non probamus, sint falsa sane, inuidiosa certe non 105
sunt. non enim lucem eripimus, sed ea quae uos percipi conprehendique eadem nos, si modo probabilia sint, uideri dicimus.

Sic igitur inducto et constituto probabili, et eo quidem expedito 33
soluto libero nulla re inplicato, uides profecto Luculle iacere iam illud tuum perspicuitatis patrocinium. isdem enim hic sapiens de quo loquor oculis quibus iste uester caelum terram mare intuebitur, isdem sensibus reliqua quae sub quemque sensum cadunt sentiet. mare illud, quod nunc fauonio nascente purpureum uidetur, idem

---

1 Academicis *Schichius relat. syll. philol. Berolin.* XXIX 105; *cf u.* 17 *cum p.* 99,22 *Helmius philol. suppl.* IX 564 *de off.* I 34,122 haec aetas . . . eorum ſenſuſ *pr V* 3 hiſ *Mr* 4 expoſuiſſet *cum ras ex* ~potu~ *A* 5 adsensus *ab Hirzelii (quaest.* III 168 *n.) criminatione uindicauit r* ſuſtinere *ex* ſiſ~ *ut uid B* unodocū *B* 6 ut aut adprobet quid aut inprobet *del Dauisius tb; defendit C. F. Hermannus philol.* VII 470 *et* ubi *pro* ut *inutiliter coniciens O. Heinius ibid.* XV 677 *et progr. Posnan.* 1862,18; *scilicet non omnino a respondendo se sustinet sed ab his duobus generibus* 7 aıt *B* aıt$_7$ *in ras iv uel v litt A* 8 unū quā *pr B* tere *pr B* 10 *in* non *nunc deficit V* poſſit *N, ex* ~ſet *F* ~ſet *A* ~ſ& *B* nec ut *ANB* hic ut *Manutius* cum id *Lambinus* nam cum *mg Lambin* et cum *ci Dauisius, b* sed cum *ex Halmi suspicione m* etenim cum *r. nihil affirmo nisi hoc moneo, relinquendi uerbum usum habere duplicem, ut incertum sit probandane relinquantur illa uisa an non relinquantur improbata (de hoc usu cf p.* 42,14. 51,9. 55,6 *de fin.* IV 14,38, *de altero p.* 52,4. 56,9, *praeterea p.* 12,22 *et de fin.* IV 15,41. 16,43 *de diu.* I 3,5, *al.), ut* nec cum *possit uerum esse* 12 relıquıt ✻✻✻✻ eıuſmodı, quıt *add* [*ft* quıd] *A* relıquıt *NBt* relinqui *ex Dauisii coniectura bmr;* relinquit *non necessarium* 13 interroganti *Ven, cf p.* 119,6 *et* 118,12 utrāq; *ex* ~aq; *B* 15 *in* eius modi *(uel* eius modi uisa*) aut errasse Ciceronem aut librarium peccasse censet Hirzelius quaest.* III 165 *n.* 2; *recte r confert p.* 84,10 approbat *ex 'antiquo libro' Manutius* adprobauit *t* 17 lucem eripimus *cf p.* 82,8 19 ınducta et conſtıtuta ꝓbabılıa *AB, add N, emendauit Ald* 22 ūr✻ [o *an* m] *A* 23 cadent *dett Goerenzius* ſentıent *AB*

huic nostro uidebitur, nec tamen adsentietur, quia nobismet ipsis modo caeruleum uidebatur mane rauum, quodque nunc qua a sole conlucet albescit et uibrat dissimileque est proximo ei continenti, ut etiam si possis rationem reddere cur id eueniat tamen non possis id uerum esse quod uidebatur oculis defendere.
106 'Vnde memoria, si nihil percipimus?' sic enim quaerebas. quid meminisse uisa nisi conprensa non possumus? quid Polyaenus, qui magnus mathematicus fuisse dicitur, is posteaquam Epicuro adsentiens totam geometriam falsam esse credidit, num illa etiam quae sciebat oblitus est? atqui falsum quod est id percipi non potest, ut uobismet ipsis placet. si igitur memoria perceptarum conprensarumque rerum est, omnia quae quisque meminit habet ea conprensa atque percepta; falsi autem conprendi nihil potest; et omnia meminit Seiron Epicuri dogmata; uera igitur illa sunt nunc omnia. hoc per me licet; sed tibi aut concedendum est ita esse, quod mi- 15
nime uis, aut memoriam mihi remittas oportet et fateare esse ei
107 locum etiam si conprehensio perceptioque nulla sit. 'Quid fiet artibus?' Quibus? iisne quae ipsae fatentur coniectura se plus uti quam

---

ACADEMICVS IV

2 *(fr.* 23*) Nonius p.* 164 rauum fuluum *(*furuum *L. Muellerus)* Cicero Academicorum lib. IV 'quia nobismet ipsis tum caeruleum tum rauum uidetur, quodque nunc a sole conlucet'*, quod potest ita uerum esse ut ad Lucullum nihil inde efficiatur; cf Krischius p.* 187 *(*61*)*

---

2 mane rauū *corr* mane f^{l}auū *A* Manef-lauū, f *in ras,* la *add, fuit* Manera uū *B. uide Nonium* quod *non relatiuum est (quod esse ratus* que *u.* 3 *delendum ci t, quem sequitur b, probat Hauetus albi Herwerdeniani p.* 87*) sed adplicatur ad* quia *u.* 1*, cuius rei exempla attulit m (adde p.* 55,5 *Tusc.* II 23,56 *orat.* 39,134. 48,162*)* qua] qua^{l} *F* q^{2} *i.e.* quia *N* 3 ei] et *Lambinus tbmr, cf de fato* 15,44, *sed* proximo ei continenti *uidetur iungi potuisse ut* huic proximum inferiorem *de nat. d.* II 20,53 *(cf ibid.* III 21,54*),* his contrarios dissidentes *Tim.* 12,44, aetatibus medius interiectus *in Anton.* X 5,10 *(cf de re p.* II 42,69*, sed* interiecta et media *p.* 52,2*, cf de opt. gen. or.* 1,2*)* 6 memo rıaſı✻nıhı·pcıpım *ex* ~rıaſ mıhıp~ *B* quaerebas *fere p.* 78,3 Quı^{o}d *B* q^{a}ſı✻, q *red, reliqua in ras rec* [d] *A* qđ *F* quıd *N* 7 meníſſe *B* polıen' *N* ~nıuſ *A* polıenjuſ, ı *in ras, ex* polſęmuſ *ut uid B* 8 Epicuro *cf fr.* 229^{a} *Vs.* 9 quaeſcıebat, c *cum ras ex* t *B* 12 ea *delendum ci r; cf de nat. d.* II 9,24 III 9,24 *pro Mur.* 13,29 *(*non nullos . . . eos*) alia* 14 memınıt . . . nunc omnıa$_7$ *in mg add A* ſeıron *BN, mg A(FM)* Sciron *uel* Scyron *dett Rom tb* Siron *mr. cf Hauptius Hermae* I 40 *s (opusc.* III 344 *s) Croenertus 'Kolotes und Menedemos' (cf p.* 107,16*)* 126 nunc *cum Siron uiuit;* huic *Bootius Mnemos.* XXIII *(*1895*)* 212 16 fateare *Dauisius* facere *ut uid corr* facȷl✻e *A* face rē *corr* facȷle rę̄ *B* face *sed om* esse *N.* facere esse *defendit Christius apud t cl Maduigio de fin.* IV 4,8 *non recte* 17 artıbus *cf p.* 78,7 *ss* artıbuſ quıbuſ nı$^{?}$que ıpſae, que *in ras A* artıb; nı$^{?}$ neq; ıpſę *B; ut nos (sed* hıſ ne*) N, e corr ft pr M*

scientia, an iis quae tantum id quod uidetur secuntur nec habent istam artem uestram qua uera et falsa diiudicent?

Sed illa sunt lumina duo quae maxime causam istam continent. Primum enim negatis fieri posse ut quisquam nulli rei adsentiatur. at id quidem perspicuum est, cum Panaetius princeps prope meo quidem iudicio Stoicorum ea de re dubitare se dicat quam omnes praeter eum Stoici certissimam putant, uera esse *responsa* haruspicum auspicia oracula somnia uaticinationes, seque ab adsensu sustineat — quod is potest facere uel de iis rebus quas illi a quibus ipse didicit certas habuerint, cur id sapiens de reliquis rebus facere non possit? an est aliquid quod positum uel inprobare uel adprobare possit, dubitare non possit? an tu in soritis poteris hoc cum uoles, ille in reliquis rebus non poterit eodem modo insistere, praesertim cum possit sine adsensione ipsam ueri similitudinem non inpeditam sequi.

Alterum est quod negatis actionem ullius rei posse in eo esse 108
qui nullam rem adsensu suo conprobet. primum enim uideri oportet, in quo sit etiam adsensus (dicunt enim Stoici sensus ipsos adsensus

---

1 dutlſ, d *ex* a, ut *in ras,* l *reliqua ut uid ex* d, *ut fuerit* audſ *A* an hſ *N* hab& *pr AB;* nec habent istam *om N* 5 *illa* at id quidem perspicuum est *ad sequentia spectare significaui, quod idem Manutius uoluit aliique et b, ut post ea quae de Panaetio narrantur h. e. post* sustineat *u.* 8 *perrecturus fuerit* nihil esse cur id sapiens de r. r. facere non possit, *sed interposita ex abundanti (cf ad p.* 4,3*) sententia relatiua illa mutata oratione protulerit (*quod si is *u.* 9 *etiam ἀνακολουθότερον dett Asc). per se stare illa* at ... est *uolunt tb, quod ita fieri posse concedo ut desiderem deinde* nam *uel* enim. *nam r cum superuacaneam superioribus affirmationem adiungens scribit* et id quidem perspicuom esse, *suspicatur uero ea insiticia esse, non recte illos uituperat quasi id ipsum a Cicerone dici uelint esse perspicuum quod adfirment aduersarii; uide Vahlenum de leg. p.* 87,4 6 quam] quem *pr AB, deinde ras u fere litt A* qđ *N* 7 certıſſimū *N, pr AB* haruspicum responsa *ex Ernesti coniectura tbmr, ego malui inuerso ordine, quo supplemento paululum probabilitatis accederet.* haruspicia *Faber* haruspicinam *Ernestus* haruspicum omnia *ci r cl p.* 133,13 8 oraculaſ ſom̃a, *prior* ſ *eradi cœpta, altera add B* ozacula ſōnia* *praeter primae litterae partem in ras A* uatıcınatıoneſ, c *ft ex* t *A* *uatınatıoneſ *sic,* ua *in ras, ex* uatıtın∾ *B* Sequeab, e *posterior e corr, fuit ut uid* u *pr corr* e *B* ſuſteneaṇt *pr B* 9 uel *Goerenzius* ** [ut *ut uid*] *A* ut *N* ụt *B* etiam *ci r* dıc̄ *pr B* 10 habuerunt *Kayserus b* 11 poſito *pr AB (in A ft pr corr);* quo *(om* positum*) N* dubitare *Dauisius* ∾rı *ANB; tria potius passiua Asc* 12 ſorıtı*ſ [*hasta*] *A* 15 nega*tıſ [n] *AB* 16 *ss horum, in quibus haeserunt cum alii tum m, intellectum adiuuare studui distinguendo; scilicet sic ex mente aduersarii disputat. qui adsensum tollat tollere etiam uisa, ea autem si tollantur omnia tolli; interponit autem paene scholiastae more quo sensuum adsensuumque ratio patefiat (οἱ Στωικοὶ πᾶσαν αἴσθησιν εἶναι συγκατάθεσιν καὶ κατάληψιν Aetius* IV 8,12, *cf p.* 54,13*). haec autem prima pars huius loci est, a qua ad secundam transit p.* 129,9 *(cf p.* 90,2 *ss* 131,14 *et* 20. 132,19 *s de nat. d.* I 16,43*). de oratione:* oportere *b, potius* est *pro* sit *r, neuter non probabiliter, sed* sit *post* oportet *et infinitiuum poni potuit fere ui causali, cf p.* 83,5, oportet *autem ipsum post pendentem orationem ut de fato* 11,23 id fuit defendi melius, *deinde post interiecta illa pergi oblique*

esse, quos quoniam adpetitio consequatur, actionem sequi) — tolli
34 autem omnia si uisa tollantur. hac de re in utramque partem et
✻ dicta sunt et scripta multa uide superiore, sed breui res potest tota confici. ego enim etsi maximam actionem puto repugnare uisis obsistere opinionibus adsensus lubricos sustinere, credoque Clitomacho ita scribenti, Herculi quendam laborem exanclatum a Carneade, quod ut feram et inmanem beluam sic ex animis nostris adsensionem id est opinationem et temeritatem extraxisset, tamen, ut ea pars defensionis relinquatur, quid impediet actionem eius qui probabilia se-
109 quitur nulla re inpediente? 'Hoc' inquit 'ipsum inpediet, quod statuet ne id quidem quod probet posse percipi'. Iam istuc te quoque impediet in nauigando et in conserendo, in uxore ducenda in liberis procreandis, plurimisque in rebus, in quibus nihil sequere praeter probabile. Et tamen illud usitatum et saepe repudiatum refers, non ut Antipater, sed ut ais pressius. nam Antipatrum reprensum quod diceret consentaneum esse ei qui adfirmaret nihil posse conprendi id ipsum saltem dicere posse conprendi. quod ipsi Antiocho pingue uidebatur et sibi ipsum contrarium; non enim potest conuenienter dici nihil conprendi posse, *si quicquam conprendi posse* dicatur. illo modo potius putat urguendum fuisse Carneadem, cum sapientis nullum decretum esse possit nisi conprehensum perceptum cognitum, ut hoc ipsum decretum qui sapientis esse *diceret,*

ACADEMICVS IV

5. 6 *(fr.* 24*) Nonius p.* 107 exanclare est perpeti uel superare. Cicero Academicorum lib. IV 'credoque ... scribenti ut *(*uelut *L. Muellerus)* Herculi ... exanclatum' 17. 18 *(fr.* 25*) Nonius p.* 163 pingue positum pro inpedito *(*inpedimento *dett* imperito *Gulielmus)* et inepto. Cicero Academicorum lib. IV 'quod ipse *(*ipso *Leid)* ... uidetur et s. ipsum contrarium'

---

1 Tol̥ı* *ex* Tolıt *B* 3 ſint *pr A* ſuperıore *corr* ∾ra *A,* ∾ra *B.* uide superiora *Manutio auctore del Dauisius tbmr; mihi, cum illa glossematis opinio nata sit ex correcta scriptura, primitiuam nihil esse uidetur cur a limine propulsemus, quamquam haereo in emendando. forsitan quaedam interciderint; conieci* et scripta multa, et oratione quidem multo ut uides uberiore, *cf p.* 150,26 *de nat. d.* II 7,20 5 clıtomacho *ex* ∾tho *B* 6 quout *pr A* 7. 8 ıdē *B* 8 defenſıonȷm̃, ȷ *ex* e, ſ *ft pr A* 11 tequoque *ex* ceq∾ *A* 12 et *del Ald tbmr; at non una haec serie efferuntur; cf p.* 25,21. ⅂ın *etiam ante* nau∾ *N* ducendo *pr A* 13 lıbrıſ *pr A* plu*rımıſ quae, u *e corr* [*hasta*] r *red,* ım *red aut ex* um, *supra* *rım *ras A* pl̥ımıſq; *N* 14 tam *add B* 15 u*ta*ıſ *ex* utatıſ *B. cf p.* 81,12 [reprenſu , repre *in ras A* reſponſū *N* 18 ıpſum *N, inductum B;* ſibı *contrarıū *eraso* ıp *quod incertum add an fuerit primitus A. cf Nonius* 19 conprendȷ *ex* ∾de *B* si ... posse *habet N* ſı ıpſum comp̄henδı poſſe *in mg add F* 21 posset *ex Halmi coniectura bm, cf p.* 105,15 22 cognotum *pr B* diceret *addidi (cf u.* 16*);* quı̣ *sic et* ēe̥ *F, item* quod *et* esset *tbm (*21 nullum ... sapiens *p.* 130,1 *om N);* ut hoc ipsum quidem decretum, sapientis esse n. p. p. *r*

nihil posse percipi, fateretur esse perceptum. proinde quasi sapiens nullum aliud decretum habeat et sine decretis uitam agere possit. sed ut illa habet probabilia non percepta, sic hoc ipsum nihil posse 110
percipi. nam si in hoc haberet cognitionis notam, eadem uteretur in ceteris; quam quoniam non habet, utitur probabilibus. itaque non metuit ne confundere omnia uideatur et incerta reddere. non enim quem ad modum si quaesitum ex eo sit stellarum numerus par an impar sit, item si de officio multisque aliis de rebus, in quibus uersatus exercitatus*que sit*, nescire se dicat. in incertis enim nihil est probabile; in quibus autem est, in iis non deerit sapienti nec quid faciat nec quid respondeat.

Ne illam quidem praetermisisti Luculle reprehensionem Antiochi 111
(nec mirum, in primis enim est nobilis), qua solebat dicere Antiochus Philonem maxime perturbatum. cum enim sumeretur unum esse quaedam falsa uisa, alterum nihil ea differre a ueris, non attendere superius illud ea re esse concessum quod uideretur esse quaedam in uisis differentia, eam tolli altero quo neget uisa a falsis uera differre — nihil tam repugnare. id ita esset, si nos uerum omnino tolleremus. non facimus; nam tam uera quam falsa cernimus. sed probandi species est, percipiendi signum nullum habemus.

Ac mihi uideor nimis etiam nunc agere ieiune. cum sit enim 35 112
campus in quo exultare possit oratio, cur eam tantas in angustias et Stoicorum dumeta compellimus? si enim mihi cum Peripatetico res esset, qui id percipi posse diceret quod inpressum esset e uero

1 eſſe·t *B* 1. 2 nullum sapiens *r* sapiens aut nullum a. d. h. aut sine *Durandus* 2 alıū *B* 3 ılle *A* alia *Dauisius;* illa *sunt quae praeter illud unum esse sapientis decreta cogitur usu uitae* ꝑbalıa *pr A* 5 Quā qm *corr* Quaᴺ qm *sed* ɴ *uid litura del B* non *om B* 7 ſıquae|ſıtū, ae *in ras,* ſı *add, lineola ft add A* ****** ſıq̄;ſıtū| [ſıquae] q̄; *ex* q; *B* 9 uerſat, *sigillum* ' *corrigi coeptum in* ˜ *sed restitutum A* (uersatur *F)* uersetur *Rom* exercıtat'q; ſıt *N tbmr* est atque exercitatus *ci t* dıcaṇt *A* 10 probabile est *r* 11 quod *pro* quid *bis Lambinus* 12 *cf p.* 89,16 *ss* 13 m,rum, m *prior in ras, rec A* uırum *BFN* Antiochus *del b, cf p.* 57,12 14 phılıonē *B, pr A* |********* ſumer& unū *A* ſumeretur.u|num************** [ſumeret unum *ut uid*] *B* 16 ea re *N* a*ſe, a *et* ſ *in ras A* a*ſe, ſe *in ras, fuisse uid* aere *B* ea re a se *Rom tbmr* 17 alto *N* alıt *A* alter *B* quod *dett Ven; cf Tusc.* ı 22,52 *et de sen.* 10,32 neget *is qui sumpsit nec attendit (cf p.* 14,2*), nisi forte* negetur *fuit* 20 signum *ἀπὸ κοινοῦ, cf p.* 98,7 *s* Percıpıeᴺ dı.ſignū *B* pcıpıendı ſignū, e *red,* ndı *in ras,* ſ *add A* pcıpı. ꝛıd ſignū *N* 23 in Stoicorum dumeta *dett Ven r.* St. in d. *tb. cf p.* 41,6 dūme*ta *ex* dū ecta *B* ðū m&æ, m&æ *in ras* ɪ *litt A; cf de nat. d.* ı 24,68 *Paulus Festi p.* 67,10 *M.* (47,23 *Th.)* 24 q*ıð *ex* quıð *A* Quıᵒ *B* euero | *e corr,* eue *in ras A* a uero *M Lambinus m; cf p.* 76,1. 77,18. 109,13, *de uariata praepositione Tim.* 4,13

neque adhaerere illam magnam accessionem 'quo modo inprimi non posset a falso', cum simplici homine simpliciter agerem nec magno opere contenderem atque etiam si, cum ego nihil dicerem posse conprendi, diceret ille sapientem interdum opinari, non repugnarem, praesertim ne Carneade quidem huic loco ualde repugnante. Nunc 5
113 quid facere possum? quaero enim quid sit quod conprendi possit. respondet mihi non Aristoteles aut Theophrastus, ne Xenocrates quidem aut Polemo, sed [mi]hi minores, tale uerum quale falsum esse non possit. nihil eius modi inuenio. itaque incognito nimirum adsentiar id est opinabor. hoc mihi et Peripatetici et uetus Academia con- 10
cedit, uos negatis, Antiochus in primis. qui me ualde mouet, uel quod amaui hominem sicut ille me, uel quod ita iudico politissimum et acutissimum omnium nostrae memoriae philosophorum. A quo primum quaero, quo tandem modo sit eius Academiae cuius esse se profiteatur. ut omittam alia, haec duo de quibus agitur quis um- 15
quam dixit aut ueteris Academiae aut Peripateticorum, uel id solum percipi posse quod esset uerum tale quale falsum esse non posset, uel sapientem nihil opinari: certe nemo. horum neutrum ante Zenonem magno opere defensum est; ego tamen utrumque uerum
36
114 puto, nec dico temporis causa, sed ita plane probo. Illud ferre non 20
possum: tu cum me incognito adsentiri uetes idque turpissimum esse dicas et plenissimum temeritatis, tantum tibi adroges ut ex-

1 adhęrere *ex* ˜he˜ *A* aderere *N* adʰęrere *ex* ad er˜ *B* adherere* *ex* ˜rer& *F* adderet *tbm* adhiberet *Ven* ıı *r;* neque adhaereret illa magna accessio *Kayserus. nescio an Cicero ipse haec minus accurate scripserit fere ut Terentius hecyr.* 278 ita animum induxerunt socrus omnis esse iniquas: haud pol me quidem *(ubi* equidem *Skutschius Hermae* xxxıı 94, *cf Maduigius de fin.* ıı 27,88*) uel Brutus epist.* ı 4 *a* 2 timeo .. ne .. altius se ascendisse putet .. quam .. descensurum, *cum deberet* descendet, *et facile puto ex* diceret *subauditur* uellet *uel* iuberet 2 homını *pr A* 3 contenderē *lineola ft red A* 5 neᶜcarneadęᶜ*, ę *ex* e [m] *A* ɴeᶜcarneade* [m] *B* huıc, hu *in ras, uid fuisse* uhıc *B* hoc *ci et paene certum praedicat r nescio cur, cum* huic loco sic soletis occurrere *scripserit de nat. deor.* ıı 28,70 *et* ei loco respondere *saepe* 7 Reſ pondıt *pr B* autheophraſtuſ *pr A* ne *Ald* nec *ANB* 8 hi minores *scripsi* mıhı mınor–eſ* [t *ut uid*] *A* ı̇ mınoᴝē *N* mıhımınorē *B* qui his minor est *Ioannes Clericus a Dauisio laudatus, t* qui minor est *dett Dauisius r* his minores *Guietus bm* minutior *Durandus* minutiores *ci t* 9 Incognıt*o,ᶜnemırū *rec A* ınconıtıonemırū *NB* ˜cıoneᴺ¹mırū *M* ˜to nimirum *Lambinus* uerum *uisum, cf u.* 17 *Maduigius de fin.* v 26,76 *p.* 741 10 acadamıa *A* 12 ſıcut*[¯] *B* ita *cf p.* 129,6 *Maduigius de fin.* ıı 4,13 *p.* 158, *m hoc loco (p.* 70,24*) et part.* ıı *uol.* ıı *p.* 378,33*; nec* eum esse *addendum ex Halmi sententia post* politissimum *nec* esse *cum Kaysero et b post* acutissimum*; cf p.* 102,7. 109,13 17 eſſ& ueṛo, ſ& *e corr, & ex parte in ras, fuit opinor* eſ ſeuero *A* (ū̊m *N)* 18 *mıhı¹ *ex* mıhı *B* 19 ·ē *add A (habet pr N)* |**utrūque [ut *ut uid*] *A* 20 nedıco *N, pr A* ſed*ıta [*hasta*] *A* sed ista *ci Dauisius* fere *pr A* 21 poſ|**ſum [.po.] *B* ueteſ, e *posterior e corr sed pr ut uid A*

ponas disciplinam sapientiae, naturam rerum omnium euoluas, mores fingas, fines bonorum malorumque constituas, officia describas, quam uitam ingrediar definias, idemque etiam disputandi et intellegendi iudicium dicas te et artificium traditurum — perficies ut ego ista innumerabilia conplectens nusquam labar nihil opiner? quae tandem ea est disciplina ad quam me deducas si ab hac abstraxeris? uereor ne subadroganter facias si dixeris tuam; atqui ita dicas necesse est. Neque uero tu solus, sed ad suam quisque rapiet. | age restitero 115
Peripateticis, qui sibi cum oratoribus cognationem esse, qui claros uiros a se instructos dicant rem p. saepe rexisse, sustinuero Epicureos tot meos familiares, tam bonos tam inter se amantes uiros: Diodoto quid faciam Stoico, quem a puero audiui, qui mecum uiuit tot annos, qui habitat apud me, quem et admiror et diligo, qui ista Antiochea contemnit. 'Nostra' inquies 'sola uera sunt'. Certe sola, si uera; plura enim uera discrepantia esse non possunt. utrum igitur nos inpudentes, qui labi nolumus, an illi adrogantes qui sibi persuaserint scire se solos omnia? 'Non me quidem' inquit 'sed sapientem dico scire'. Optime: nempe ista scire quae sunt in tua disciplina. hoc primum quale est, a non sapiente explicari sapientiam? sed discedamus a nobismet ipsis, de sapiente loquamur, de quo ut saepe iam dixi omnis haec quaestio est.

In tres igitur partes et a plerisque et a uobismet ipsis distri- 116
buta sapientia est. Primum ergo si placet quae de natura rerum sint quaesita uideamus — uel, ut illud ante: estne quisquam tanto inflatus errore ut sibi se illa scire persuaserit? non quaero rationes eas quae ex coniectura pendent, quae disputationibus huc et illuc trahuntur, nullam adhibent persuadendi necessitatem; geometrae pro-

---

1 naturam⋆rerū, m *in ras, ante* r *fuit hasta* l, *fuerit* ~raadrerū *B* 2 discribas *m, cf p.* 38,7 3 uiam *Durandus; cf de off.* III 2,6 *in.* djfinjaſ *ex* defimaſ *B* Idemqu̾ *A* 4 *post* traditurum *enuntiatum continuari uolunt tbm, quod in eodem uocabulo concludit r; ego illa* tantum tibi adroges *(p.* 131,22*) ita Ciceronem arbitror scripsisse quasi haec extrema* perficies *eqs illi sententiae aut non esset adiuncturus aut aliter ac deinde fecit (uelut sic* quae conplectens quo modo perficies*)* 5 ınmerabılıa *B* 6 dıſcıplınā *A* deduces *ci r* abtraxerıſ *B* 7 adquı *B* dtq̇ *N* atq; *A* 8 age⋆reſtıtero, re *in ras,* ſ *red A;* age⋆ʀeſt_ıter_o.perı patetıcıſ, ʀ *add B* 9 claro *B* 12 a⋆p⋆uero *ex* aparuero *ut uid B* 16 ɴolumuſ *ex* uol~ *AB* nolimus *dett tb; cf p.* 24,14. 150,18 17 ſoloſ *ex* ~uſ *A* 19 primum *cf p.* 128,16 |ē *in ras II fere litt, in cuius exitu apparet* I *A,* est *om N; ft fuit* quale ſı *ex* qualeſt ſapıete *B* 21 saepe *p.* (97,6) 102,5. 126,21 om̄ſ *ex* om̄ſ *AB* 24 uelut *ANB* uerum *Dauisius (cf de orat.* I 32,148*;* sed *Tusc.* IV 21,47 *de nat. d.* II 32,81*, cf p.* 142,4*)* at *r* uel *tb. parui Wopkensio lect. Tull.* I 8 *('scil.* uideamus *uel* dicam*') cl m de fin.* II 32,104 25 ınflatoſ *pr A* 27 nullā *add A* prouideant *caueant; eorum enim*

uideant, qui se profitentur non persuadere sed cogere, et qui omnia uobis quae describunt probant. non quaero ex his illa initia mathematicorum, quibus non *con*cessis digitum progredi non possunt, punctum esse quod magnitudinem nullam habeat, extremitatem et quasi libramentum in quo nulla omnino crassitudo sit, liniamentum *longitudinem* sine ulla latitudine ⋆ carentem. haec cum uera esse concessero, si adigam ius iurandum sapientem, nec prius quam Archimedes eo inspectante rationes omnes descripserit eas quibus efficitur multis partibus solem maiorem esse quam terram, iuraturum putas? 117 si fecerit, solem ipsum, quem deum censet esse, contempserit. | quod si geometricis rationibus non est crediturus, quae uim adferunt in docendo uos ipsi ut dicitis, ne ille longe aberit ut argumentis credat philosophorum — aut si est crediturus, quorum potissimum? omnia enim physicorum licet explicare; sed longum est; quaero tamen quem sequatur. finge aliquem nunc fieri sapientem, nondum esse; quam potissimum sententiam [melius] eliget *et* disciplinam? etsi quamcumque eliget insipiens eliget; sed sit ingenio diuino: quem unum e physicis potissimum probabit; nec plus uno poterit.

Non persequor quaestiones infinitas; tantum de principiis rerum e quibus omnia constant uideamus quem probet; est enim inter 37 magnos homines summa dissensio. Princeps Thales unus e septem, 118

---

non initia quidem sed rationes quaesiturus est; cf p. 100,8. prodeant *(ut testes) Bootius Mnemos.* XXIII *(*1895*)* 212

1 quıa (q̇ *N)* ōm̄a *A* 3 non concessis *dett Rom Ven* n̄|ceſſıſ *B* 9ceſſıſ, 9 *in ras* I *uel* II *litt, ut* non *nunc desit A* nonceſſıſ *F* con|ceſſıſ *N* 5 lıbeam̄tū *A* lınıam̄tū *ut uid corr* ~tā̇ *A* ~mentum *corr* ~to⋆ *B* 5. 6 *tradita cum cruce t.* lineam autem sine ulla latitudine currentem *Io. Scala uel Manutius, quod defendit Bootius Mnemos.* XXIII *(*1895*)* 212 *iniuria cum C. F. Hermanno philol.* VII 472 *aliisque dubitans de liniamenti uocabulo (cf* lineatio*); rectius* liniamentum longitudinem latitudine carentem *Vrsinus tbm uel* liniamentum longitudinem sine latitudine *ci Dauisius (*lin. sine ulla lat. *r). cf Gellius* I 20,8 M. Varro ... 'linea est' inquit 'longitudo quaedam sine latitudine et altitudine', *Εὐκλείδης* autem breuius praetermissa altitudine '*γραμμή*' inquit 'est *μῆκος ἀπλατές*', *Martianus Capella* VI 707 linea in longitudinem ducta latitudinis nihil prorsus adquirit, *Chalcidius in Tim.* 33 *p.* 99,5 *Wr.* linea sine latitudine longitudo. *sed nec* sine ulla*, quod aptissimum esse docet Martianus, ciciendum cum bm nec* carentem*, quo mihi, nisi credas* patentem *fuisse, alter potius defectus indicari uidetur, quem signaui et sic suppleuerim* atque omni altitudine*, cf p.* 48,3. *prius de liniamento quam de extremitate dici iubebat Guietus* 7 adigam ius *Manutius* adıcıamuſ *AB* adiiciam ius *dett Ald; cf Maduigius aduers.* II 251 *s* nec prius*: sintne haec sana dubitat m* 9 ſolēmaıorē *ex* ſolemaı~ *A* 10 censent *Rosa* 16 quā̇ potıſſımū *AB, deinde* ſententıā̇ *A,* ~tıa *B* melius *del Dauisius* et *add Crat* aut *Nr. cf p.* 68,15. 69,16. 24. 135,5 *Tusc.* V 29,84 18 ꝑbabıt̨ *B* ꝑbabımuſ *A* ~tıſ *N* nec enim *Asc* 20 Inter, *in* t *nescio quid cum ras corr, incertum an manu altera A* 21 — *p.* 135,2 *cum Graecis quae exstant confert Dielsius doxogr.* 120 *s* 21 taleſ *pr A*

Schwenkius] *apparatus criticus ad Ciceronis libros de nat. d.: classical review* IV. V
Sioegrenus] *commentationes Tullianae, Vpsaliae* 1910
Stammius] *de M. Tullii Ciceronis librorum de deorum natura interpolationibus, diss. Vratisl.* 1873
Stangelius] *Th. Stangl, Tulliana (progr. Monac.* 1898*). Pseudoasconiana (Studien zur Geschichte und Kultur des Altertums* II 4/5*), Paderborn* 1909
Stroebelius] *E. Ströbel, Tulliana (progr. Monac.* 1908*)*
Thormeyerus] *de Valerio Maximo et Cicerone quaestiones criticae, diss. Gotting.* 1902
Walkerus] *in appendice editionis Dauisianae*
Wyttenbachius] *in appendice editionis Creuzerianae (Lips.* 1818*)*

CODICES

Hadoardus] *florilegium saec.* XI *editum a P. Schwenkio in philol. suppl.* V
Nonii: Bern(ensis 83*) Flor(entinus) Harl(eianus) Leid(ensis* 73*) Wolf(enbüttelanus)*

Scribebam in uniuersitate Pragensi Germanica mense Ianuario MCMXI.

M. TVLLI CICERONIS DE NATVRA DEORVM

ad Atticum XIII 8 VI *Id. Iun. e Tusculano* epitomen Bruti Caelianorum uelim mihi mittas et a Philoxeno *Παναιτίου περὶ προνοίας*.

ad Atticum XIII 38,1 *prid. Non. Sext. e Tusculano* ante lucem cum scriberem contra Epicureos de eodem oleo et opera exaraui nescio quid ad te et ante lucem dedi.

ad Atticum XIII 39,2 *Non. Sext. e Tusculano* Romam ut censes ueniam, sed inuitus, ualde enim in scribendo haereo . . . libros mihi de quibus ad te antea scripsi uelim mittas et maxime *Φαίδρου περὶ θεῶν* et ΠΛΛΙΔΟC.

de diuin. I 4,7 faciendum uidetur ut diligenter etiam atque etiam argumenta cum argumentis comparemus, ut fecimus in his tribus libris quos de natura deorum scripsimus. *ibid.* 5,9 quod praetermissum est in illis libris, credo quia commodius arbitratus es separatim id quaeri deque eo disseri, id est de diuinatione . . .

de diuin. II 1,3 quibus rebus editis tres libri perfecti sunt de natura deorum, in quibus omnis eius loci quaestio continetur. *ibid.* 72,148 superstitio fusa per gentis oppressit omnium fere animos atque hominum inbecillitatem occupauit. quod et in is libris dictum est qui sunt de natura deorum . . .

de fato 1,1 quod autem in aliis libris feci, qui sunt de natura deorum . . ., ut in utramque partem perpetua explicaretur oratio . . .

---

epistulae scriptae a. 709/45. *cf ad p.* 28 4 de] deos *M* 8 et *(uel* et *περὶ) Παλλάδος Orellius, quod probat Dielsius relat. acad. Berol.* 1893,116 *n.* 2 *cl Diogenis libro qui fuit de Minerua (p.* 223,12). *et'Απολλοδώρου Hirzelius quaest.* I 212 et *παντός Gurlittus philol.* LVII 398 *ss Ciceronem tum existimans uoluisse 'de uniuerso' scribere, cf p.* 195,14. *res dubia, nisi certum testimonium accesserit; monebo tamen in* et *latere ft Graecas litteras* EY, *ut unum nomen fuerit non duo, uelut περὶ θεῶν εὐσταθείας uel εὐπαθείας* 14 *post Tusculanas disputationes*

CODICES

A Vossianus 84

C consensus trium qui secuntur (usque ad p. 254,13*)*

D Harleianus 2622 *(deficit p.* 254,13*)*

H Heinsianus 118 *uel eius primitiuae scripturae cum Burneiano consensus*

G Burneianus 148 *cum Heinsiano fere consentiens*

P Palatinus 1519 *(deficit* I 1,1—11,27. 27,75—II 6,16. 23,59—24,63. 27,68—43,111. 62,156—65,162*)*

V Vindobonensis 189 *(deficit* I 1,1—II 6,16 *et* II 33,86—36,92*)*

N Nostradamensis Parisinus 17812 *adhibitus ubi deficit V*

O Oxoniensis Mertonianus 311

B Vossianus 86

F Florentinus Marcianus 257

M Monacensis 528

LIBER I

1 1 Cum multae res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatae sint, tum perdifficilis Brute, quod tu minime ignoras, et perobscura quaestio est de natura deorum, quae et ad cognitionem animi pulcherrima est et ad moderandam religionem necessaria. De qua *cum* tam uariae sint doctissimorum hominum tamque discrepantes sententiae, magno argumento *esse* debeat *ea* causa, principium philosophiae ad h** scientiam, prudenterque Academici a rebus incertis ad-

---

|M̄T. CICERONI DE DEORU̅ NATVRA - INCPLIB̄ I | *A* Ⓠ. T. ciceronis *ACNB* De deoꝝ natura lib ꝑm;Incip. *rubricator H (similiter DG)* marcii tullii. de a n doꝝ lib. i. incip. *N* | M T CICERO NIS DEDEORUM NA TU RA | IN CI PIT LI BER PRIMUS | *B. uide praefationem*

2 *in pagina prima, quae pertinet usque ad* alterum *p.* 202,16, *Vossianus A multa habet redintegrata, cum detrita essent, manu recenti, quaedam etiam ft immutata, quae semicirculis inclusa proponentur omnia* 3 sunt *DN* brute *B* 4 natu(ra deoꝛū) (que et) agnitionē*dnimi *(tbmc)*, a *ante g ex* o *uid effecta, et ft ante* a *aliquid erasum est, ut nesciam an fuerit* etcognitionemanimi, *nam* m *quoque uidebatur apparere, lineola supra* e *certe add A;* &adagnitionē *CN* &adcognitionem *B. agnitionis uocabulum a Ciceronis sermone alienum esse nec ante Plinium maiorem et Quintilianum inueniri ut Heidtmannus monuit ita docet thes. l. L.* I 1351. *de sententia recte contulerunt Tusc.* V 25,70 existit illa . . . cognitio, ut ipsa se mens agnoscat coniunctamque cum diuina mente se sentiat, ex quo insatiabili gaudio compleatur, *cf Turnebus aduers.* XIV 14*; sed ad eam rem declarandam satisne sit illud* ad cognitionem animi *uehementer dubito suspicorque fuisse* ad cognoscendam *(uel* agn~, *cf p.* 243,13*)* cognationem *(uel* agn~, *cf de leg.* I 7,23 *s)* animi*; cf de diu.* I 30,64 5 religionē *lineola ft red A* (neceſſaria)*de, rasumne quid sit an tantum detrita membrana incertum A* cum *add b (non tmc)*, quod *habet N (cf Forchhammerus p.* 31 *ss)* 6 tam *add B* ſint *AGN* ſt̃ *D* ſint *BH tmc post* ſententiae *add* ut *B mc*, ut id *Ernestus t*, ut hoc *Dieckhoffus p.* 31 7 argumento.˙/· Nam *A, pergit scilicet p.* 200,9. *signum supra appictum quo legentem remittat incertum, nisi forte in mg inferiore olim aut quaedam ex omissis addita fuerunt (nam omnia uix potuerunt) aut defectus fuit notatus. idem defectus est in C (suppletus in mg H manu recentissima) et N* esse] ſe *pr B* debeant *dett Schoemannus* debent *dett b* debet *Forch- B & hammerus p.* 31 *ss* ea *addidi* cauſaprincipium *B* cauſã id ē principiū *M* causam et pr. *ci Schuetzius opusc.* 223, *Schoemanno auctore scripsit m;* causam *tantum Schellerus obseruat. in prisc. script. (Lips.* 1785*)* 207 *et simul* philosophiae *delens cum censore ephem. litt. Ien.* 1798,209 *et Wyttenbachio (bibl. crit.* III 19*) Heindorfius tc,* principium *tantum b Forchhammerus p.* 31 *ss.* causa *superioribus adiunxi cum Deitero nou. ann.* CXXXIII *(1886)* 780 8 aδ hanc ſcientiam *B, in quibus* aδ h *red uid ab eodem ac non solito correctore qui* anc *addidit; in huius* a *lunula id est supra litterae* h *minorem hastam puncti quaedam species*

sensionem cohibuisse. quid est enim temeritate turpius aut quid tam temerarium tamque indignum sapientis grauitate atque constantia quam aut falsum sentire aut quod non satis explorate perceptum sit et cognitum sine ulla dubitatione defendere. Velut in hac quaestione 2
plerique, quod maxime ueri simile est et quo omnes sese duce natura ✻ uenimus, deos esse dixerunt, dubitare se Protagoras, nullos esse omnino Diagoras Melius et Theodorus Cyrenaicus putauerunt. Qui uero deos esse dixerunt tanta sunt in uarietate et *dis*sensione, ut eorum *moles*tum sit enumerare sententias. nam et de figuris deo-

---

apparet, quae si non fallit fuit h' *id est* hoc, *sed mihi saepe ac diu consideranti non uisa est non esse posse macula, nec illud compendium usquam est in hoc quidem codice.* ad h(anc) *non habet F, pro eis* esse *M tbmc. intercidisse quaedam intellexit Petrus Petitus miscell. obseru.* I 3 *et, si fides Lambino, iam ante eum 'docti aliquot uiri', et quidem omissa credas quae difficilia essent ad legendum; quae qualia fuisse putem indicabo uerbis ex* I *de leg.* 13,37 *Lucull.* 3,7 *de orat.* II 7,30 *consutis:* principium *(i. e. fundamentum)* philosophiae adhuc non esse satis exploratum. etenim cum maxima sit et in ipsis rebus obscuritas et in iudiciis nostris infirmitas, uideatur haec ars non facile aut numquam peruenire posse ad scientiam inscientiam *dett Manutius tbmc, quod perperam defendunt Aristotelis uerbis, qui metaph.* I 2. 982 *b* 11 *ss διὰ τὸ θαυμάζειν et διὰ τὸ φεύγειν τὴν ἄγνοιαν homines scribit coepisse philosophari, a quibus quam longe absit Ciceronis sententia, qui non de uniuersa philosophia agat sed Academiam commendet, recte monet Dieckhoffus p.* 30, *cuius artificiosa satis ipsius rei explicandae ratio mihi non probatur, qui inscientiam esse posse quod ille scribit 'die Überzeugung von der Unmöglichkeit des absoluten Wissens' non magis credam quam quod illi uoluerunt τὸ φεύγειν τὴν ἄγνοιαν; poterat scribi* esse sciendi nihil scientiam, *cf p.* 41,12. 107,11 *Min. Fel.* 13,2 acha demi[a] ✻arebuſ [cı *potius quam* a] *B;* achademıcı *F* ∾coſ *M tbmc* ∾am *Dieckhoffus p.* 31

B 1 cohıbuıſſe *F* conbuiſſe *B* turpius *dett (rec mg H) Iunt* forcıuſ *B* foedius *Manutio auctore Lambinus* futtilius *cl p.* 98,16 *Schuetzius opusc.* 227 refertius *Deiterus philol.* LVIII 303. *nihil aptius quam* turpius, *cf p.* 57,2. 102,3. 131,21. 234,9 *de diu.* I 4,7 *de off.* I 6,18 *de inu.* II 3,9 *orat.* 34,120 *Schoemannus opusc.* III 296. 358 *Vahlenus de leg. p.* 56,2 3 per////ptum *(macula) B* 5 sese *cum correctore M del Ven tbmc; possis seruare si scribas* uertere inuenimus, *sed praestare uid mutare in* fere, *cf p.* 224,16. 231,10 6 uenimus] uehimur *dett Ven* trahimur *Cobetus uar. lect.* 460 *c* 6. 7 *cf p.* 231,17 *ss* 6 ɴulloſ *ex* ∾uſ *B* 7 Cyrenaeus *dett Boherius b cl Tusc.* I 43,102 *Plut. de plac. philos.* I 7 *(supra p.* 108,8*)* putauerunt *Bakio auctore del b; cf p.* 56,10 8 &ſenſıone *B* 9 eorum tum *B.* molestum *reliqui quamquam incertum est (possis* infinitum*)* enumerare *dett, Dauisio auctore Heindorfius* ınnumerare *B tbmc; illud praetuli quod multitudinis significatio requiri uidebatur non, quod Schoemannus ait opusc.* III 359, *ordinis et diligentiae. minorem auctoritatem quam Dauisius tribuo Firmico Materno, quem apparet hunc Ciceronis locum ante oculos habuisse non expressisse cum scripsit in matheseos praefatione* nec hoc est admiratione dignum, cum sciamus inter ipsos quanta sit ⟨de⟩ ipsa deorum natura dissensio *(cf u.* 8 *p.* 201,2*)* quantisque disputationum argumentis uim totam diuinitatis conentur euertere, cum alii deos ⟨non⟩ esse dicant *(6)*, alii esse quidem sed nihil procurare definiant *(p.* 201,4. 9*)*, alii et esse et rerum nostrarum curam procurationemque suscipere *(ibid.)*, et tanta sint hi omnes in uarietate et dissensione uersati *(8)*, ut longum et alienum sit *(9)* ... singulorum enumerare sententias *(9)*. nam alii et figuras his ... tribuunt et loca adsignant *(9 s)*, sedes etiam constituunt et multa de actibus eorum uitaque describunt *(p.* 201,1*)* et omnia quae facta et constituta sunt *(p.* 201,5*)* ipsorum arbitrio regi gubernarique

rum et de locis atque sedibus et de actione uitae multa dicuntur, deque is summa philosophorum dissensione certatur; quod uero maxime rem causamque continet, utrum nihil agant nihil moliantur omni curatione et administratione rerum uacent, an contra ab iis et a principio omnia facta et constituta sint et ad infinitum tempus regantur atque moueantur, in primis [quae] magna dissensio est, eaque nisi diiudicatur in summo errore necesse est homines atque
2 3 in maximarum rerum ignoratione uersari. Sunt enim philosophi et fuerunt qui omnino nullam habere censerent rerum humanarum procurationem deos. quorum si uera sententia est, quae potest esse pietas quae sanctitas quae religio; haec enim omnia pure atque caste tribuenda deorum numini ita sunt, si animaduertuntur ab is et si est aliquid a deis inmortalibus hominum generi tributum; sin autem dei neque possunt nos iuuare nec uolunt nec omnino curant nec quid agamus animaduertunt nec est quod ab is ad hominum uitam permanare possit, quid est quod ullos deis inmortalibus cultus honores preces adhibeamus? in specie autem fictae simulationis sicut reliquae uirtutes item pietas inesse non potest; cum qua simul

---

pronuntiant *(p.* 201,6*)*; alii nihil moliri nihil curare *(p.* 201,3 *s)* et ab omni administrationis cura uacuos esse dixerunt *(p.* 201,4*)*

nam *om B; de ACN uide p.* 199,7 *ACNB*

1 de *posterius om ACN tbmc* 2 ıſ| *ita corr addita* ſ *ut uideatur esse* ıſſ| *B* ⊦✻ıſ [*ft* h] *A* hıſ *H* hıſ *DGN mc* phılophorum *pr A* certatur, *primo fuisse* art∾ *scribit Schwenkius; mihi uidebatur potius* e *ex parte esse obscurata quam* ce *effectae ex* a *aperta B* 3 molıanť *ex* ∾unť *A* 4 axab *ante* omnı *add B* 4. 5 ab✻ıſ ✻a✻prıncıpıo *ex* abuſ &abpr∾ *ut uid B;* hıſ *D;* aṗ|(prıncıpıo) *A* 6 atq· moueant *(a et* ou *euanidae) in mg B* (moueantur ınprı)mıſ quę *A;* q; *CN* quae *B, del dett Manutius;* permagna *Car. Morgensternus prolus. ind. schol. Dorpat.* 1834 *p.* XXXIII *Guil. Wiegandus 'allgem. Schulzeitung'* 1829 II 758 *ss* 7 eaque✻ *cum ras ex* exquat *uel* exquae *ut uid B* dıiudıcatur *B, cf Maduigius de fin.* II 27,86 ſum|(mo errore neceſſe eſt) *A* 8 ıgnorantıe *pr N* ∾antıae, *in mg* ŧ Ignoratıone *F* |(uerſarı) *A* phılophı *pr B* 9 |(rerū) *A* 10. 11 poteſt|(ēe uirt' que ſanctıtaſ)////// que relıgıo *A* 11 ǂ *i. e.* enim *add B* p(ure atq$_3$ caſte) *A* 12 ca/ſtet/rıbuenda *seclusa in fenestra exciderunt B* |(ɗeorum numını ıta ſunt) *A;* numınıta *pr B* ab hıſ, ab *red,* hı *e corr rec, quid fuerit obscurum A* ab hıſ *CN;* abı/ıſ etſı ē a/lıquıd *cum fenestra B* 13 ınmortalıbuſ. generı *sed in additis* u *ex* o *ut uid, supra* o *extremam conspicitur lineola, ut ft olim fuerit* hominū *B* 14 neque *fenestra haustum B* poſſ(ınt n)oſ *A (primo fuisse* poſſunt *Schwenkio uisum est)* (uolunt)|, *deinde duae uersus partes incertum sintne erasae an primitus ob rugatam membranam ne scriptae quidem; sequitur* Nec omnino *A* 15 quid✻gamuſ [*ft* e] *A* ıſ *AHN* hıſ *DB* 16 permanare *H, ex* ∾ere *A* ∾ere *DG, pr B* pman,e *N* 17 ſpe(tıe autem) *A* uenerationis *ci Heidtmannus cl p.* 225,4, *quod ad reliquas uirtutes non quadrat,* ficta *Heindorfius;* speciem simulationis *posuit etiam de leg. agr.* II 4,10, *quamquam ibi quoque dubitatum est, apteque Beierus ad off.* II 12 *p.* 84 *contulit Herodiani hist.* IV 5.12

sanctitatem et religionem tolli necesse est, quibus sublatis perturbatio uitae sequitur et magna confusio; atque haut scio an pietate 4
aduersus deos sublata fides etiam et societas generis humani et una excellentissuma uirtus iustitia tollatur. Sunt autem alii philosophi
5 et hi quidem magni atque nobiles, qui deorum mente atque [o]ratione omnem mundum administrari et regi censeant, neque uero id solum, sed etiam ab isdem hominum uitae consuli et prouideri; nam et fruges et reliqua quae terra pariat et tempestates ac temporum uarietates caelique mutationes, quibus omnia quae terra gignat ma-
10 turata pubescant, a dis inmortalibus tribui generi humano putant, multaque quae dicentur in his libris colligunt, quae talia sunt ut ea ipsa dei inmortales ad usum hominum fabricati paene uideantur. Contra quos Carneades ita multa disseruit ut excitaret homines non socordes ad ueri inuestigandi cupiditatem. res enim nulla est de 5
15 qua tantopere non solum indocti sed etiam docti dissentiant; quorum opiniones cum tam uariae sint tamque inter se dissidentes, alterum fieri profecto potest ut earum nulla, alterum certe non potest ut plus una uera sit.

κολακείας προσποιήτου; cf F. A. Wolfius anal. litt. I 290 18 |(uirtutes. Item pietas. nemĩe) *A* item, m *in ras B. cf Maduigius de fin.* III 14,48 non pot(erit) *A*

ACNB 1 |(tollinecesse est) *A* 1. 2 quibus ... confusio *post* tollatur *u.* 4 *traiciebat Wyttenbachius bibl. crit.* II *p.* VIII, III *p.* 4, *nuper Forchhammerus p.* 37 *et plura inepte molitus Earlius act. soc. philol. Amer.* XXX *p.* LXX *(simili consilio u.* 2 namque *ci Stammius diss.* 3*); qua ratione non satis apte uidebuntur proxime composita* quibus sublatis *u.* 1 *et* pietate a. d. sublata *u.* 2*s, cum nunc bene et grauiter prius dicatur sublata ipsa pietate cum iis quae ei adiuncta sunt perturbatio uitae sequi, deinde idem fieri significetur quod cum pietate iustitia et ceterae illae res coniunctae sint. cf Lactantius de ira Dei* 8,6 haec dum sentit Epicurus religionem funditus delet, qua sublata confusio ac perturbatio uitae sequetur 3 sublata·, l *in ras II litterarum capaci, in extremo punctum mihi uidebatur additum, non ut Schwenkio æ effectum ex* a *A* &*una [h *uel* b] *B* 5 ii *Rom tbmc* nobiles *ex* ~is *B* 5. 6 d(eorū mente . atq; oratione| omnem mundum) *A;* oratione *N* oratione* [m *ut uid*] *B* 6 c(enseant) *A* uerom *ex* ~um *B* 7 (etiā) *A* 8 tempestates *ex* tempestas *ut uid A* ~tas *G et ut uid pr H, in quo rad corr rec* ~tatē. tempestatum *ci m Gustafsson de Cic.* I *de fin. p.* 76 *cl p.* 26,13 *de diu.* II 42,89 *(infra* III 7,16*)* 9 quibus, bus *in ras B* maturata, u *in ras ut uid A* maturescant atque *Friedrichius nou. ann.* CXXVII *(*1883*)* 422 *cl* II 19,50, *sed uide* II 15,41 floreant et ... pubescant*; scilicet maturitatis non una uis* 10 abhis *B* 11 m(ulta)q; *A* dicentur II 61,154—64,162 11. 12 eaipsa deinmortales *B;* ea ipsi *ex Ernesti sententia Heindorfius* 13 car(nea)des *A* Ita *euanidum A* 14 (cupiditatē)| *A* 15 seð&iāðocti *add B* 16 tā *add B* tamque *ex* tum~ *B* dissidentes *ex* dess~ *A* salterū *nisi fallor in litteris euanidis A* alterum *B (*alte*rum *ex* alıutrum *ut uid F)* 17 po|test profecto *H (non G)*, pot. prof. *etiam Gustafsson (cf u.* 8*) p.* 21 *n. cl pro Flacco* 23,53 *non apte* potest *ex* ruresť *ut uid B* &earum *A* u&earum *B* alterū, alte *in ras B* 18 uera *add A*

3 Qua quidem in causa et beniuolos obiurgatores placare et inuidos uituperatores confutare possumus, ut alteros reprehendisse paeniteat, alteri didicisse se gaudeant; nam qui admonent amice
6 docendi sunt, qui inimice insectantur repellendi. Multum autem fluxisse uideo de libris nostris, quos compluris breui tempore edidi- 5
mus, uariumque sermonem partim admirantium unde hoc philosophandi nobis subito studium extitisset, partim quid quaque de re certi haberemus scire cupientium; multis etiam sensi mirabile uideri eam nobis potissimum probatam esse philosophiam, quae lucem eri- 10
peret et quasi noctem quandam rebus offunderet, desertaeque disciplinae et iam pridem relictae patrocinium necopinatum a nobis esse susceptum. Nos autem nec subito coepimus philosophari nec mediocrem a primo tempore aetatis in eo studio operam curamque consumpsimus, et cum minime uidebamur tum maxime philosopha- 15
bamur; quod et orationes declarant refertae philosophorum sententiis et doctissimorum hominum familiaritates, quibus semper domus nostra floruit, et principes illi Diodotus Philo Antiochus Posidonius,
7 a quibus instituti sumus. et si omnia philosophiae praecepta refe- 20
runtur ad uitam, arbitramur nos et publicis et priuatis in rebus ea
4 praestitisse quae ratio et doctrina praescripserit. Sin autem quis requirit quae causa nos inpulerit ut haec tam sero litteris mandaremus, nihil est quod expedire tam facile possimus. Nam cum otio langueremus et is esset rei p. status ut eam unius consilio atque cura gubernari necesse esset, primum ipsius rei p. causa philosophiam nostris hominibus explicandam putaui, magni existimans 25

1—4 qua quidem ... repellendi *post* susceptum *u.* 12 *transposuit c, quem causam eam dici quae est de natura deorum recte monuit Reidus; sed quod scribit u.* 4*ss satis abrupte inferri ita concedo ut illa omnia usque ad p.* 205,24 *sumpta esse suspicer ex uolumine illo prooemiorum, de quo uide quae adscripsi ad p.* 61,20; *post quae ad hanc ipsam redit quam dicit u.* 1 *inuidiam* 1 placare *ex* ~ere *A* 3 dedicisse *A, corr* dic~ *B* se *add B* 4 docendi *ex* ~de *A* inimice *ex* ~ci *A* fluxi*sse *ex* ~xusse *A* 5 compluris *M* cum pluris *ANB* ~es *C* tempo[re ed]///dimus, *cf p.* 201,12 *B* 6 partim *ex* ~tem *A* ** admirantium [ad] *B* u[de hoc fi]lo-sophandi *ut p.* 201,12 *B* philosophandi *ex* ~do *A* 7 quidq[uaque] dere *ut p.* 201,12 *B* 9 philosophi*am que *ex* ~phię que *B* 10 rebus| *add B* 10. 11 deserteque disciplinae copinatum me*[fenestra]* diocrema| primotempore aetatis &iam *corr* ~teque ~ne copinatum*, reliqua praeter* &iam *inducta B* 12 ***ceptum [cuc *ut uid*] *B* 13 a *om B, sed cf ad u.* 10. 11 in*eostudio, e *in ras,* o *insequens add, fuerit* ineo st~ *A;* studii *CN* 15 philopho4 *A* 16 familiaritate *pr B* 17 philo, *in mg* ·t philo· *B* philo *AN* possidonius *cum ras ex* ~domus *B* 22 possi*mus *ex* ~sum~ *B* 23 eē *G, pr AH* esse *pr B* eam *A* 24 curā *ex* iurā *ut uid B* nec*esse [c *ut uid*] *A* causam *B*

interesse ad decus et ad laudem ciuitatis res tam grauis tamque praeclaras Latinis etiam litteris contineri. eoque me minus instituti mei paenitet quod facile sentio quam multorum non modo discendi sed etiam scribendi studia commouerim. complures enim Graecis institutionibus eruditi ea quae didicerant cum ciuibus suis communicare non poterant, quod illa quae a Graecis accepissent Latine dici posse diffiderent; quo in genere tantum profecisse uidemur, ut a Graecis ne uerborum quidem copia uinceremur. Hortata etiam est ut me ad haec conferrem animi aegritudo fortunae magna et graui commota iniuria; cuius si maiorem aliquam leuationem reperire potuissem, non ad hanc potissimum confugissem. ea uero ipsa nulla ratione melius frui potui quam si me non modo ad legendos libros sed etiam ad totam philosophiam pertractandam dedissem. omnes autem eius partes atque omnia membra tum facillume noscuntur cum totae quaestiones scribendo explicantur; est enim admirabilis quaedam continuatio seriesque rerum, ut alia ex alia nexa et omnes inter se aptae conligataeque uideantur. Qui autem requirunt quid quaque de re ipsi sentiamus, curiosius id faciunt quam necesse est; non enim tam auctoritatis in disputando quam rationis momenta quaerenda sunt. quin etiam obest plerumque iis qui discere uolunt auctoritas eorum qui se docere profitentur; desinunt enim suum iudicium adhibere, id habent ratum quod ab eo quem probant iudicatum uident. nec uero probare soleo id quod de Pythagoreis accepimus, quos ferunt, si quid adfirmarent in disputando, cum ex iis quaereretur quare ita esset, respondere solitos 'ipse dixit'; ipse autem

---

ACNB 1 grauſ, *e ex* ¹ *A* 2 preclaraſ *ex* ∾ruſ *B* mjnuſ *ex* menuſ *pr A* 3. 4 diſcendiſſ& *B* 5 eȯquae *ex* &quae *B* 8 quidæm *ex* ∾dam *A* uincamur *ci Dauisius* 10 maıor///[malıquꝺm, *inclusa laesa membrana perierunt, similiter* pc////ıſſiṁum c///nfugıſ ſem *u.* 11 *et* q[uam ſi me *u.* 12 *B* 13 omneſ *ex* ∾ıſ *B* om̃ſ *D* Omnıſ *AHN* 14 membrȧtum *ex* ∾brorum *B* facı*[fenestra]*ılıume *B* 15 tum *pr B* 16 exalıſ *ex* exalıſ *B;* alıe ex alíſſ nexe *N Dauisius (cf Tusc.* v 25,70*); uide de leg.* ı 19,52 uidetisne quanta series rerum sententiarumque sit atque ut ex alio *(corr* alıſ *B)* alia nectantur, *de fin.* ıı 22,74 aliud ex alio nectitur, *de inu.* ıı 37,110 aptas inter se omnes et aliam in alia implicatam 17 aptę *cum ras ex* abte *B* 19 auctoreſ *CN tbmc, ex* ∾re *A* auctoritas *Hadoardus* ∾tates *Heindorfius; cf p.* 205,2. *Hieronymus epist.* 119,11 *tom.* ıb *col.* 815 *Vall.* nec iuxta Pythagorae discipulos praeiudicata doctoris opinio sed doctrinae ratio ponderanda est

20 diſcre *pr B* 23 pıthagoreſ *A* pytagoreſ *N* pıthagoreıſ *cum ras ex* bı∾ *B* 24 fe*runt *ex* fuerunt *B* adfır*marent, r *prior in ras* ꝛmpliore [r̄ *ut uid (aut* t̄*)]: fuitne* adfuer̄*; corr ft pr A* 25 *cf Valerius Max.* vıı 15 *ext.* 1 *Otto de prouerb. Rom. p.* 292 *n.* 2. ipse a. e. P. *delebat Walkerus; simillime schol. Aristoph. nub.* 195 *καὶ παρὰ Πυθαγορείοις τὸ αὐτὸς ἔφα, τουτέστιν ὁ Πυθαγόρας*

erat Pythagoras: tantum opinio praeiudicata poterat, ut etiam sine ratione ualeret auctoritas. Qui autem admirantur nos hanc potissimum disciplinam secutos, his quattuor Academicis libris satis responsum uidetur. Nec uero desertarum relictarumque rerum patrocinium suscepimus; non enim hominum interitu sententiae quoque occidunt, sed lucem auctoris fortasse desiderant. ut haec in philosophia ratio contra omnia disserendi nullamque rem aperte iudicandi profecta a Socrate repetita ab Arcesila confirmata a Carneade usque ad nostram uiguit aetatem; quam nunc prope modum orbam esse in ipsa Graecia intellego. quod non Academiae uitio sed tarditate hominum arbitror contigisse. nam si singulas disciplinas percipere magnum est, quanto maius omnis; quod facere is necesse est quibus propositum est ueri reperiendi causa et contra omnes philosophos et pro omnibus dicere. cuius rei tantae tamque difficilis facultatem consecutum esse me non profiteor, secutum esse prae me fero. Nec tamen fieri potest ut qui hac ratione philosophentur hi nihil habeant quod sequantur. dictum est omnino de hac re alio loco diligentius, sed quia nimis indociles quidam tardique sunt admonendi uidentur saepius. non enim sumus i quibus nihil uerum esse uideatur, sed i qui omnibus ueris falsa quaedam adiuncta esse dicamus tanta similitudine ut in is nulla insit certa iudicandi et adsentiendi nota. ex quo exsistit et illud, multa esse probabilia, quae quamquam non perciperentur, tamen, quia uisum quendam haberent insignem et inlustrem, his sapientis uita regeretur.

---

2 quı·a**ūtē *ex* quıa ut *A* 3 iis *Rom mc* 5 Interıtu* [m] *B* *ACNB* 6 auctorıſ, u *in ras A* 7 ıudıcand¹· *ex* ∾cantı *A* 8 rep*&ıta [l] *B* ercefıla *ACO* ∾ha *N* arceſ|ſıla *B* 12 majuſ *ex* maıuſ *(an ex* maıuſ*?) A* magıſ *B* 12 ʰ.ıſ *B* hıſ *ACN* pr[o]poſıtum *cum fenestra B, item* [phılo]ſophoſ *u.* 13, *sed ex* l *pars superior restat B* 13 philosophos *del Bakius b; cf p.* 68,17 14 tantae|*tamque *ex* tanta|etamque *B* 14. 15 esse ... secutum *om C* 16 phılophentur *A* ıı *G tbmc* 17 alio loco *in Academicis* ıı *et* ıv, *cf p.* 32,18 *ss* 59,9 *ss* 122,16 *ss* 18 quıdem *pr B*

19 ii *Rom Ven* hı *AHNB* ın *D* ʰı *A* ıı *DG* hıı *HN* hı *B* 21 ıſ *B* hıſ *ACN* 21—24 ex quo ... regeretur *Heindorfio auctore seclusit tb; quae breuia et obscura sane sunt, sed ut admonentis (u.* 18*) non docentis, alieno autem loco minime inculcata, quae plane requirantur ad demonstrandum quid Academici habeant quod sequantur (u.* 16*; cf p.* 123,10 *ss de off.* ıı 2,7 *s); deinde in extrema sententia coniunctiuus (non infinitiuus, quem ille desiderat) paene necessarius est ut probabilium rerum uis definiatur; de tempore cf p.* 115,4. 223,1 *Madvigius de fin.* ıı 20,67, *de* quae *et* his *cf Mihaileanus de comprehensionibus relatiuis ap. Cic. (diss. Berol.* 1907*)* 90. 92*; denique* uisum *masculino genere non idem dicit quod solet neutro sed quam* uisionem *(quod hoc loco ci Schuetzius) ait p.* 84,10. 249,22 *uel* speciem *p.* 98,8. 130,20, *ut* uisum q. insignem et inlustrem *appareat esse ἐνάργειαν quae sit in uisis* 21 extıtıt *pr M* exſtıtıt *D tbm* et *om ACN tbmc; cf* ıı 5,11 23 iis *Rom tbmc*

Sed iam ut omni me inuidia liberem, ponam in medio sententias philosophorum de natura deorum. quo quidem loco conuocandi omnes uidentur, qui quae sit earum uera iudicent. tum demum mihi procax Academia uidebitur, si aut consenserint omnes, aut erit inuentus aliquis qui quid uerum sit inuenerit. itaque mihi libet exclamare ut in synephebis: 'pro deum, popularium omnium, *omnium* adulescentium clamo postulo obsecro oro ploro atque inploro fidem' non leuissuma de re, ut queritur ille in ciuitate fieri facinora capitalia: 'ab amico amante argentum accipere meretrix non uult', sed ut adsint cognoscant animaduertant, quid de religione pietate sanctitate caerimoniis fide iure iurando, quid de templis delubris sacrificiisque sollemnibus, quid de ipsis auspiciis, quibus nos praesumus, existimandum sit (haec enim omnia ad hanc de dis inmortalibus quaestionem referenda sunt): profecto eos ipsos qui se aliquid certi habere arbitrantur addubitare coget doctissimorum hominum de maxuma re tanta dissensio.

Quod cum saepe alias tum maxime animaduerti cum apud C. Cottam familiarem meum accurate sane et diligenter de dis inmortalibus disputatumst. nam cum feriis Latinis ad eum ipsius rogatu arcessituque uenissem, offendi eum sedentem in exedra et cum C. Velleio senatore disputantem, ad quem tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. aderat etiam Quintus Lucilius Balbus, qui tantos progressus habebat in Stoicis, ut cum excellentibus in eo genere Graecis compararetur.

Tum ut me Cotta uidit «Peroportune» inquit «uenis; oritur

ACNB 1 lıbeṙärem *sic B* 3 quı* quae, ı *in ras, fuit* quae ∾; *altera* a *fuit deleta, nunc erasa lineola restituta B* 4 peruicax *ci Reidus apud c et ad Acad. p.* 156,10; *uocabulum nec ad sententiam aptum (cf p.* 203,9 *s) et a Cicerone alienum* auerıt *pr B* 5 quıçquid *B* 6 ınſy̆ne febıſ *A* ∾ſın∾ *O* ınſine plebıſ *N* ⁂·ın·efebıſ [ınſ], *in mg* ··tēr *i. e.* Terentius *B* Statius in S. *dett Marsus* in S. est *Orellius p.* 597 *Schoemannus* ille in S. *(sic dett tb) aut* est in S. *(sic m 'dubitanter' et c) Wesenbergus ad Tusc.* ı 14,31 *(cf ibid.* ıı 9,20 ut est in Melanippo*). intellegas* ut in s. exclamatur *(Caecilii fr.* ıı *Ribb.)* omnium *duplicauit Manutius* 7 adule ſcentıum, ſ *in ras* ıı *litt, fuisse uid* aduleſ. centıum *B* 8 *poetae fuerint (*perii*)* in ciuitate fiunt facinora capitalia, *(*ubi*)* ab amico amante argentum accipere meretrix neuolt *(*neuolt *F. A. Wolfius anal. litt.* ı 304 *tb, cf Sickerus philol. suppl.* xı 231, noenu uolt *Ribbeckius Bergkius opusc.* ı 384, *contra quos uide O. Seyffertum 'Berl. philol. Wochenschr.'* 1898, 979*); cumque* (cog)noscite animaduortite *optime septenarium concludant, ne* adeste *quidem ab eo fuerit alienum (cf Schoemannus)* 10 cognoſ *pr A* 13 ⁋ *i. e.* enim *add B* 15 at dubıtare *AD, corr* add∾ *B* 17 cv̄*ſępe *ex* comſ∾ *ut uid A* anımaduertım *B* 18 g̃· *corr* ·g̃· *A* ·ɢ *BCN* ſane *add B* 19 eſt̃ *B* ſıt *ACN* ferıſ *A* ferjıſ *cum ras ex* feruſ *B* 21 ·ɢ· *ACN* uellelo *AH (*∾ıo *G)* Epicurei *uel* ∾rii *(sic tb) dett Rom* epıcurı *ACNB (cf p.* 233,7. 242,3. 253,3. 256,17. 257,9 *ad Att.* xıı 38,1*)* 25 per*o̊portune *B*

enim mihi magna de re altercatio cum Velleio, cui pro tuo studio non est alienum te interesse.»

«Atqui mihi quoque uideor» inquam «uenisse ut dicis oportune. tres enim trium disciplinarum principes conuenistis. M. enim Piso si adesset, nullius philosophiae earum quidem quae in honore sunt uacaret locus.»

Tum Cotta «Si» inquit «liber Antiochi nostri, qui ab eo nuper ad hunc Balbum missus est, uera loquitur, nihil est quod Pisonem familiarem tuum desideres; Antiocho enim Stoici cum Peripateticis re concinere uidentur uerbis discrepare; quo de libro Balbe uelim scire quid sentias.»

«Egone» inquit ille, «miror Antiochum hominem in primis acutum non uidisse interesse plurimum inter Stoicos, qui honesta a commodis non nomine sed genere toto diiungerent, et Peripateticos, qui honesta commiscerent cum commodis, ut ea inter se magnitudine et quasi gradibus non genere differrent. haec enim est non uerborum parua sed rerum permagna dissensio. uerum hoc alias; nunc quod coepimus, si uidetur.»

«Mihi uero» inquit Cotta «uidetur. sed ut hic qui interuenit» me intuens «ne ignoret quae res agatur, de natura agebamus deorum, quae cum mihi uideretur perobscura, ut semper uideri solet, Epicuri ex Velleio sciscitabar sententiam. quam ob rem» inquit «Vellei, nisi molestum est, repete quae coeperas.»

«Repetam uero, quamquam non mihi sed tibi hic uenit adiutor; ambo enim» inquit adridens «ab eodem Philone nihil scire didicistis.»

Tum ego: «Quid didicerimus Cotta uiderit, tu autem nolo existimes me adiutorem huic uenisse sed auditorem, et quidem aecum

1 uellelo *AH (*∾ıo *G)* quı *pr B* 2 alıenum *cum ras ex* alunum *A* 3 atq; *HG, pr D, mc; sed* atqui *plane legitimum, cf thes. l. L.* ıı 1085 *s* 4 M. enim *dett Rom Ven* ·M·N *ANB* G.N *D* GN̄. *H* G. *G* M. *dett Dauisius c* M. etiam *Heindorfio auctore b* M. autem *m. minus probabile* M. noster *(cf Traubius relat. acad. Monac.* 1900,501 *ss, de collocatione de orat.* ı 10,40 ıı 65,263*)* 5 nulluſ *B* philosophiae *del Bakius b; cf p.* 99,21 *de orat.* ıı 27,107 quıearum *B;* a ęrū *ft pr A* qua *pr H* a q̣ *D* honorem *B* 7 tunc *B* 9 pærıpat&ıcıſ, cı *in ras unius litterae A* 12 Ɇgoin ne |- quid *rec A* prımjſ *ex* ∾muſ *pr ut uid A* 15 sic honesta *dett Heindorfius* honesta ita *Earlius act. soc. philol. Amer.* xxxıı *p.* lxxı cō̄m *A* 16 dıfferent *pr (*d *ex* f *pr) B* 18 c̊epımuſ [o*?*] *A* 19 *cotta [q̇] re *A* *(cf u.* 26*)* ut, t *in ras A* 20 meı *B* 21 uidetur *DG* uidet' *sic B* 22 ſcıſcıtabar *ex* ∾bor *A* 23 uelej *pr A* 25 djδıcıſtıſ *ex* dedı∾ *A* 26 djdıcerımuſ *ex* dedıc∾ *B* quotta *A* tum *DG* T̊ū *ut uid H* 26. 27 nolo. me exıſtımeſ adıutorem *pr B* 27 ſed adıutorē *C, pr B* aecum] fretū *C*

libero iudicio nulla eius modi adstrictum necessitate, ut mihi uelim nolim sit certa quaedam tuenda sententia.»

Tum Velleius fidenter sane, ut solent isti, nihil tam uerens quam ne dubitare aliqua de re uideretur, tamquam modo ex deorum consilio et ex Epicuri intermundiis descendisset, «Audite» inquit «non futtilis commenticiasque sententias, non opificem aedificatoremque mundi Platonis de Timaeo deum, nec anum fatidicam Stoicorum Pronoeam, quam Latine licet Prouidentiam dicere, neque uero mundum ipsum animo et sensibus praeditum rutundum ardentem uolubilem deum, portenta et miracula non disserentium philosophorum sed somniantium. quibus enim oculis animi intueri potuit uester Plato fabricam illam tanti operis, qua construi a deo atque aedificari mundum facit; quae molitio quae ferramenta qui uectes quae machinae qui ministri tanti muneris fuerunt; quem ad modum autem oboedire et parere uoluntati architecti aer ignis aqua terra potuerunt; unde uero ortae illae quinque formae, e quibus reliqua formantur, apte cadentes ad animum afficiendum pariendosque sensus? Longum est ad omnia, quae talia sunt ut optata magis quam inuenta uideantur; sed illa palmaris, quod qui non modo

8 18

ACNB 1 neceſſ̃tate, ȷ *ex* e *pr ut uid A* 1. 2 uelim*olī| ſit, olī *add A* 2 quaedam*tuenda *ut uid A;* tuendā̆ [¯] *B* 5 epicuri, ri *in ras, uid* epiculi *uel* ~lii *fuisse A* ~rei *D* Int̄ mundu ſ *C* inter mundu ſ *B.* *μεταχοσμίοις (Epic. epist.* II 89*), cf de fin.* II 23,75 *de diu.* II 17,40 deſcendi ſ| ſed *A* deſcendenſ. Sed *C* 5 *ss Epicur. fr.* 367 *Vs.* 6 futcȷli ſ *A* futuleſ *D* futili ſ *H* faci ł *G* fu*t tili ſ [*hasta*] e *add rec B* aedificarēque *pr A* *aedificatorem Platonis δημιουργὸν Cicero uocat p.* 160,4, *artificem p.* 159,13, *nusquam opificem, quo uocabulo Velleius ad contemptum utitur; cf Aetius* I 7,7 *ἐργάτου δίκην καὶ τέκτονος* 7 anum fatidicam *cf* II 29,73. *Plut. de nobil.* 13 *imperite citant* 8 Pronoeam *cf p.* 209,6. 210,2 II 22,58. 29,73. 64,160 9 preditūr otundum, ū *ex* u *ut uid,* r *fl ex* i, o *ex* u *B* 11 animi *del Ven (*cum *Rom) tbmc, cf K. W. Dietrichius comment. crit. (progr. Freiberg.* 1850*)* 10 *Heidtmannus p.* 31 *Stammius diss.* 10. *Platonica quaedam ut τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα et ἡ ψυχὴ βλέπει recte contulit Moserus symb. crit. spec.* IV 14*s; quamquam non ipsam cognitionem quae animo fit non sensibus reprehendit homo Epicureus (cf p.* 226,4*) sed uult ea Platonem praue esse usum id est spreta rerum sub sensum cadentium similitudine (cf Klotzius adn.* II 3*). idque in ipsa quaestione inest; cum enim ita quaerit* quibus oculis animi intueri potuit *non negat animi oculos esse ullos sed iis qui sint potuisse illa aspici; cf A. G. Langius 'vermischte Schriften und Reden' 96 (Isaeus* 3,78 *πρὸς ὁποῖον ἄρχοντα ἡ ἐγγυητὴ γυνὴ ἀπέλιπε τὸν ἄνδρα). similia quodam modo congessit Vahlenus prooem.* 1902,4 *ss. imitari Ciceronem uidetur Augustinus, cum de ciu. Dei* VIII 7*, postquam Stoicos commemorauit sollertiam disputandi a corporis sensibus ducendam putasse,* ubi ego *inquit* multum mirari soleo, cum pulchros dicant non esse nisi sapientes, quibus sensibus corporis istam pulchritudinem uiderint, qualibus oculis carnis formam sapientiae decusque conspexerint 11 portuit *B* 12 a deo ſ, i *add rec B* 13. 14 *cf Lactantius diu. inst.* II 8,60. 66 13 quae*molitio [a *ut uid*] *B;* molitio *ex* mul~ *A* 15 apparere *B* 17 afficiendum *Schoemannus opusc.* III 280 *ss (cl Plat. Tim.* 64 *A ss)* eff~ *ACNB* 19 illa palmaria *ci Dauisius*

natum mundum introduxerit sed etiam manu paene factum is eum dixerit fore sempiternum. hunc censes primis ut dicitur labris gustasse physiologiam id est naturae rationem, qui quicquam quod ortum sit putet aeternum esse posse; quae est enim coagmentatio non dissolubilis, aut quid est cuius principium aliquod sit nihil sit extremum? Pronoea uero si uestra est Lucili eadem, requiro quae paulo ante, ministros machinas omnem totius operis dissignationem atque apparatum; sin alia est, cur mortalem fecerit mundum, non quem ad modum Platonicus deus sempiternum. Ab utroque autem sciscitor cur mundi aedificatores repente exstiterint, innumerabilia saecla dormierint; non enim si mundus nullus erat saecla non erant (saecla nunc dico non ea quae dierum noctiumque numero annuis cursibus conficiuntur; nam fateor ea sine mundi conuersione effici non potuisse; sed fuit quaedam ab infinito tempore aeternitas, quam nulla circumscriptio temporum metiebatur, spatio tamen qualis ea fuerit intellegi potest, quod ne in cogitationem quidem cadit ut fuerit tem-

9 21

in ed. I*, tbmc (et sane pluralem numerum ferri posse recte Maduigius exposuit apud t et opusc.* I 360 *n., cf p.* 125,10 II 49,126*),* illud palmare est *ci idem postea, Schoemannus opusc.* III 282 *(om* est *Schuetzius). mihi intellegi uidetur cum Aldo nepote aliisque* palmaris sententia*; id enim uocabulum et menti legentis obuersatur inde a p.* 208,6 *et quodam modo in uerbis proxime antecedentibus latet, cf p.* 50,7 *s (*II 5,13*) Vahlenus de leg. p.* 154,4 *Stroebelius Tullian.* 40 *s*

ACNB 2 dixit *dett Ven (probat m in adn.), sed aegre definitur quo usque Cicero in exaequandis uerborum modis processerit; cf pro Cluent.* 4,10 primum . . illud est ex quo intellegi possit debuisse Cluentium . . . causae confidere, quod certissimis criminibus . . . fretus ad accusandum descenderit, *de re p.* I 6,11 profiteantur fore *ex* ~o *A* primu ſ *pr B* 3 idē.eſt *A* id est naturae rationem *del Manutius; sed illa non solum de more adduntur (cf p.* 98,13 *Klotzius adn.* IV 5 *ss) et eadem quae de diu.* I 41,90 *(cf de nat. d.* II 9,23*), sed hoc loco efficienter uel maxime: indicat enim nihil cum ratione esse commune ei qui id sentiat quod sequitur; cf p.* 220,9. 240,1 4 coacmentatio *AC, corr* coa m~ *B* 5 cuius] cui *B* 6 eadem, eadem requiro *ci Heindorfius;* P. uero uestra si eadem est L. *(*eadem *add Schoemannus)* requiro *Lambinus* P. u. si L. eadem est eadem req. *Maduigius apud t* P. u. u. L. si est eadem *(*eadem si est *Vsenerus Epicur. fr.* 367*)*, eadem req. *tbm. de interiecto* si *cf de re p.* III 29,41 quae si consuetudo . . . manare coeperit, *m ad uol.* III *part.* I *p.* 208,4*, de seiuncto a nomine pronomine pro Mur.* 10,22 artes ilico nostrae conticiscunt*, pro Sulla* 16,46 hac lenitate noua abuti mea*, de imp. Pomp.* 22,63 uestrum . . . iudicium*, de domo* 12,30 tuis . . . consiliis omnibus 7 deſignationē *H (non G) N tbc, cf p.* 213,3 III 35,85 12 quæ *ex* qua *A* 13 Nan *sic ex* Non *A* eaſimundi *pr A* 14 quędam *ex* quidam *B* 15—*p.* 210,1 *qui haec* quod . . . esset *sic interpretarentur, ne intellegi quidem posse quomodo fuerit aliquod tempus tum cum nullum tempus esset i. e. ante institutam circumscriptionem temporum, siue* quod *coniunctionem esse putabant siue, ut m, pronomen, eo deuenerunt plerique ut cum NO* non *inserenerent ante* potest *u.* 16*; quam rationem et Schoemannus defendit opusc.* III 299 *et probauerunt tbm atque auctore m* qui *potius quam* non *inserens Vsenerus Epic. fr.* 367*. sed eorum quid* tamen *sibi uellet nemo dixit; quod cum fortasse sentiret aegre ferri, omisso* non *illa* quod . . . esset *(u.* 16 *s) traiecit post* potuisse *u.* 13 *Wyttenbachius eique in addendis uol.* III *p.* LXXVIII *adsensus est c, qui antea eadem cum Schuetzio (opusc.* 232*, qui* ratione tamen . . . int. p.*) Stammioque (diss.* 12*) insiticia iudicauerat;*

pus aliquod nullum cum tempus esset) — isto igitur tam inmenso 22
spatio quaero Balbe cur Pronoea uestra cessauerit. laboremne fugiebat? at iste nec attingit deum nec erat ullus, cum omnes naturae numini diuino, caelum ignes terrae maria, parerent. quid autem erat quod concupisceret deus mundum signis et luminibus tamquam aedilis ornare? si ut deus ipse melius habitaret, antea uidelicet tempore infinito in tenebris tamquam in gurgustio habitauerat. post autem: uarietatene eum delectari putamus, qua caelum et terras exornatas uidemus: quae ista potest esse oblectatio deo; quae si esset, non ea tam diu carere potuisset. an haec, ut fere dicitis, 23
hominum causa a deo constituta sunt? sapientiumne: propter paucos igitur tanta est rerum facta molitio. an stultorum? at primum causa non fuit cur de inprobis bene mereretur; deinde quid est adsecutus, cum omnes stulti sint sine dubio miserrimi maxime quod stulti sunt (miserius enim stultitia quid possumus dicere), deinde quod ita multa sunt incommoda in uita, ut ea sapientes commodorum conpensatione leniant, stulti nec uitare uenientia possint nec ferre praesentia. Qui uero mundum ipsum animantem sapientemque esse dixerunt, nullo modo uiderunt animi natura intellegentis in quam figuram cadere posset. de quo dicam equidem paulo post, | nunc autem hactenus: ad- 24

quarum rationum neutra ullam uim habet persuadendi. uerissimeque Goethius nou. ann. CXXIX *(1884)* 30 *negauit quicquam esse mutandum, praesertim cum spatium aliquod fuisse ante ortum saeclorum affirmaret ipse Velleius p.* 210,2*; idemque extrema illa (u.* 16 *p.* 210,1*) recte intellexit (concessit Mayor 'classical review'* III 163*); scilicet ut probet fuisse quandam ab infinito tempore aeternitatem disputat ut Sextus hypot.* III 141 *εἰ μὲν πεπέρασται (ὁ χρόνος) ... ἦν ποτε χρόνος ὅτε οὐκ ἦν χρόνος ... ὅπερ ἄτοπον uel Philo de aetern. mundi* 10 *πάντων δ' ἀτοπώτατον ὑπονοεῖν ὅτι ἦν ποτε χρόνος ἡνίκα οὐκ ἦν χρόνος (sic scribendum: κόσμος libri)· ἄναρχος γὰρ καὶ ἀτελεύτητος ἡ τούτου φύσις, ἐπεὶ καὶ αὐτὰ ταῦτα, τὸ ἦν, τὸ ποτέ, τὸ ἡνίκα, χρόνον συνεμφαίνει. sed rectene Eussnerus sched. gymn. Bauar.* XXIV 77 *de ceteris Goethio adsensus* spatio *scripserit iungendum esse cum* metiebatur *uehementer dubito; nihil enim in illo membro desideratur, et intellegi posse significat spatio immensam esse illam aeternitatem*

ACNB 1 tēpuſ *lineola add A* 3.4 cum ... parerent *ex aduersariorum sententia, cf p.* 208,15 4 nomını *pr B* 5 concupıſceræt *ex* concupıſçerat *B*

5. 6 tamquam aedilis *cf Epicurus epist.* I 76*ss (λειτουργεῖν),* II 97 *ἡ θεία φύσις ... ἀλειτούργητος διατηρείσθω* 6 deus *Ernesto auctore del Schuetzius; quod genus repetitorum sine necessitate sed interdum non sine ratione uocabulorum ut late patet ita saepe a doctis uituperatur, cf p.* 57,12. 183,12 II 46,118. 48,123 III 25,64. 28,71. 38,90 *(*deo ... deorum ... deorum*) de diu.* I 57,129 *(*animi*) Maduigius de fin.* I 1,3 *Krollius ad Brut.* 33,127 7 tene* brıſ, e *secunda in ras* [*ft* b] b *add uix in ras A* tebrıſ *pr B* 8 *post* autem *defectum signat Ald* eum *ex* cum *A* 10 *an* ex* nam *B* 11. 12 pauco ſagıtur *pr B*

14 dubuıo *A* 17 lēnıaſ̄, ſ *in ras, fuit ft* l, ı *ft red A* 19 naturā *CN, ex* ~ra *B* ıntellegentıſ *(uel* ~lıg~*) C, cum ras ex* ~teſ *A* ~teſ *N, corr* ~ter *B. cf* II 47,120 *in.* 20 dequo*dıcā|, d *add,* dıc *in ras,* ā *add, fuisse uid* equıdem|, *sequitur* |equıdem *B* paulo post *p.* 225,25 aut̄ *ex* aut *A* *post* hactenus *primus distinxit Schoemannus opusc.* III 30*, cui obloquutus cum Klotzio c non recte confert ad Att.* VI 2,1 de isto hactenus dixerim, me uel plura uincla optare admiror *Kayserus; cf Blasius gramm. hist.* III 114 *m ad uol.* III *part.* II *p.* 432,29

1 tardıtate *A* 2 ro·dum *(*o *ex* u*) B* 3 Plato *Tim.* 33 *B (p.* 168,6*) ACNB* pẏramıdeſ *A, corr* ~djſ *B. cf* II 18,47 5 nempe, pe *in ras, fuit* nemque *B* cogıtare *B, pr A* 6 ubinan *sic,* a *ex* o *A* ubın̄ō̄n̄ *B* et, e *in ras, fuerit* ſet *A* 7 quodque *cf* II 50,127. 57,142. 58,145 *al. Vahlenus de leg. p.* 204,14. *his enim nouum argumentum praeparari uidetur potius quam superius concludi, ut ad hanc corporis humani comparationem respiciat illud* membra *u.* 13*; itemque ft* minima ex parte *et* maxumas regiones *u.* 10 *inter se respondent* significetur *cum cruce tmc; Graecorum ἐπισημαίνειν conferebat Wyttenbachius (Thuc.* II 49,7 *τῶν γε ἀκρωτηρίων ἀντίληψις αὐτοῦ ἐπεσήμαινε 'articulorum attrectatio signa dabat', Hippocr. de morbo sacro t.* XXI *p.* 601 *K. περιγίνεται ἐπίσημα ἐόντα 'relinquuntur morbi notae') non nimis apte ad persuadendum;* sic incitetur *cum superioribus haec iungens Lachmannus in Lucret.* VI 30*b,* sic afficiatur *Schoemannus opusc.* III 283 *ss;* carnificetur *Vsenerus Epicur. fr.* 358, frigore aut solis igni uexetur *Goethius, qui mihi praeter rationem argumenti huc uidentur inferre quod infra iterum dicatur, cum hic ipsa sententiae forma generale uerbum flagitetur non proprium; cumque id quod significatur leuius sentiatur quam quod declaratur, dubito an aut hoc ipsum intellegatur aut fuerit* significetur potius quam nuntietur *et hoc quoque ad augendam argumenti uim pertineat* 8 moleſtum cur ındeo *A* 11 adpulsu *(προσβολῇ) cf* II 56,141 *de coniunctiuis cum Heindorfio dubitat m;* obriguit *H, cf* II 9,25 12 si mundus est deus *post* profecto *u.* 9 *traiciebat Beierus ad offic.* I 5,15, *post* est *prius u.* 9 *Schoemannus opusc.* III 305 12. 13 quoniam mundi partes sunt *post u.* 9 *ex abundanti adiciuntur (cf p.* 4,3*), non temere nec loco non suo, quoniam ratiocinatio eiusmodi est, si mundus deus sit, mundi partes dei partes esse id est membra* 14 dıcenda *C tbmc* 15 ueroeſt *ACN (cum cruce m)* alıaſınt ueroeſt *(primum* ſint *add, deinde ab alio correctore sed hoc quoque antiquo* alıa*) B* uero alia sint *tb* u. cetera s. *uel similiter Schoemannus opusc.* III 306 u. uetera s. *Weidnerus philol.* XXXVIII 89. uero sint *Ven c; at qualia Stoicorum placita sint i. e. quid de iis iudicandum sit (cf p.* 106,1. 132,19 III 14,37 *de fato* 17,40*) iam supra satis expositum est.* qualia uero, ut ab ultimo repetam, superiorum *Marquardtus 'Zeitschr. f. d. Alterthumswissenschaft'* 1837,483 *(expectes potius* q. u. superiorum. ut ab u. repetam, Thales *eqs.).* qualia uero superiorum, ab ultimo repetam *Doederleinus 'philol. Blätter aus der Schweiz'* I 252. *ego Goethio*

mirabor eorum tarditatem qui animantem inmortalem et eundem beatum rutundum esse uelint, quod ea forma neget ullam esse pulchriorem Plato: at mihi uel cylindri uel quadrati uel coni uel pyramidis uidetur esse formosior. Quae uero uita tribuitur isti rutundo deo: nempe ut ea celeritate contorqueatur cui par nulla ne cogitari quidem possit; in qua non uideo ubinam mens constans et uita beata possit insistere. Quodque in nostro corpore si minima ex parte significetur molestum sit, cur hoc idem non habeatur molestum in deo? terra enim profecto quoniam mundi pars est pars est etiam dei; atqui terrae maxumas regiones inhabitabilis atque incultas uidemus, quod pars earum adpulsu solis exarserit, pars obriguerit niue pruinaque longinquo solis abscessu; quae, si mundus est deus, quoniam mundi partes sunt, dei membra partim ardentia partim refrigerata ducenda sunt.

25 Atque haec quidem uestra Lucili; qualia uero * est ab ultimo 15

repetam superiorum. Thales enim Milesius, qui primus de talibus rebus quaesiuit, aquam dixit esse initium rerum, deum autem eam mentem quae ex aqua cuncta fingeret: si dei possunt esse sine sensu; et mentem cur aquae adiuncxit, si ipsa mens constare potest uacans corpore? Anaximandri autem opinio est natiuos esse deos longis interuallis orientis occidentisque, eosque innumerabilis esse mundos. sed nos deum nisi sempiternum intellegere qui possumus? Post Anaximenes aera deum statuit, eumque gigni esseque inmensum et infinitum et semper in motu: quasi aut aer sine ulla forma deus esse possit, cum praesertim deum non modo aliqua sed pulcherrima specie deceat esse, aut non omne quod ortum sit mortalitas consequatur. 26

(nou. ann. CXXIX [1884] 32*) adsentior intercidisse aliquid; haec fere fuerint* qualia uero uetera sint, quorum unum quidque longissime remotum a uero est, ab ultimo repetam superiorum

1 quererem̓ *N* quaere|remuſ *ex* quaere|rımuſ *B* quęrım; *CP;* alıud·q;–rımuſ *A* *ACPNB* 3 coleretur, t *in ras ampliore, uid fuisse* colere&ur *B* 5 pulſuſ*| *ex* pulſū| *B* 6 nulluſ *C (praeter G) N* 7 ımpedere *B* ınpedere *corr* ~djre *A* ımpedıre *N* 8 &formam &aṇımąm &uitam &ac|tıonēmentıſ atq;, ē *ft ex* e *A* &formam &uitam· &actıonemmentıſ· atq; *(puncta pr) BCPN* et formam et uitae actionem mentisque *ex Beieri coniectura (ad off.* ı 5,17, *cf p.* 201,1. 249,5*) tbmc. sed* uitam *cl p.* 227,10. 252,15 *nolim mutari, mentis autem actionem quam dicam sane dubito; quare sic potius scripserim cum Eluenichio* et uitam et actionem mentisque *(*atque mentis *Schneidero auctore Schuetzius); quae Cicero si scripsit indicauit actionem dei Epicuro nullam uideri nisi mentis agitationem (p.* 227,12 *ss)* 10 partım *utrobique corr ut uid* ~tem, *dein rad* ı *restituta B* partem *utrobique P, corr* ~tȷm *A* 16 compoſıtıonembrorum *pr* B 17 confirmatıo *ADP* formatıo *H* lınıamentorum *rad ex* lıma~ *A* 18 poteſt**eſ ſe [aṭ] *A* puchrıor *B* 21 dıſcrıbere *B* ſı *add B* 23 *(*~ma*)* ſıt *ACPN m, ex* ē *B, cf p.* 21,2. 233,18. 244,13 *al. Maduigius de fin.* ıı 17,58 *(cf* ı 13,43*); quamquam potuisse coniunctiuum poni concedo* 25. 26 nıſıhomınıſfigura · homı|nıſ ēē *ex* nıſıhomı|nıſ eē *(om* in *cum CPN) A* 26 *ss cf p.* 234,26 *ss* 27 ea* [ſ] *B*

quasi sanguinem. haec quamquam et inuenta sunt acutius et dicta 19
subtilius ab Epicuro quam ut quiuis ea possit agnoscere, tamen fretus intellegentia uestra dissero breuius quam causa desiderat. Epicurus autem, qui res occultas et penitus abditas non modo uideat animo sed etiam sic tractet ut manu, docet eam esse uim et naturam deorum ut primum non sensu sed mente cernatur, nec soliditate quadam nec ad numerum, ut ea quae ille propter firmitatem *στερρέμνια* appellat, sed imaginibus similitudine et transitione perceptis, cum infinita simillumarum imaginum species ex innumerabilibus in-

---

ACPNB 1 ſunt *B* 2 ſubtilitaſ *B* 3 intelligentiaeueſtrae *A* 4 nomodo *pr A* uideat *B* uiderat *AGPN* uiderit *DH tbmc* 4. 5 *cf de re p.* I 10,15 Panaetium ... qui quae uix coniectura qualia sint possumus suspicari sic adfirmat ut oculis ea cernere uideatur aut tractare plane manu 5 docet *dett Manutius* doceat *ACPNB* 5—*p.* 227,3 *cf p.* 249,20*ss* sic enim dicebas, speciem dei percipi cogitatione non sensu, nec esse in ea ullam soliditatem, neque eandem ad numerum permanere, eamque esse eius uisionem ut similitudine et transitione cernatur neque deficiat umquam ex infinitis corporibus similium accessio, ex eoque fieri ut in haec intenta mens nostra beatam illam naturam et sempiternam putet; *p.* 251,13 fluentium frequenter transitio fit uisionum, ut e multis una uideatur; *p.* 252,1 innumerabilitas suppeditat atomorum. *scholion Epicuri sent. sel.* 1 *ἐν ἄλλοις δέ φησι τοὺς θεοὺς λόγῳ θεωρητούς, οὓς μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑφεστῶτας οὓς δὲ κατὰ ὁμοείδειαν ἐκ τῆς ἐπιρρύσεως τῶν ὁμοίων εἰδώλων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀποτετελεσμένων (~μένους Kuehnius), ἀνθρωποειδεῖς; quo scholio abusus Hirzelius quaest.* I 72 *ss Ciceronem grauissimi erroris arguit, quod contra in ipso scholio aliquid peccatum esse et Gassendus olim intellexit, qui οὐ μὲν κ. ἀ. ὑ. ὡς δὲ scribi uoluit, et nuper demonstrauit Giussanus Lucretii uol.* I *p.* 233 *s; ac mihi quidem, cum illa tantum οὓς δὲ eqs ad deos Epicureos pertineant (cf Aetius* I 7,34*), illa οὓς μ. κ. ἀ. ὑφεστῶτας neglegenter uidentur siue a scholiasta siue a Diogene esse transcripta et ab Epicuro dicta fuisse siue de στερεμνίοις uel aliquo genere eorum (uelut hominibus) siue de Democriteis dis, qui sensu cernerentur. Ciceronis uerbis explicandis praeter ceteros operam dederunt Briegerus p.* 13 *(cf Schoemannus nou. ann.* CXI [1875] 687 *s) Hirzelius quaest.* I 46 *ss (cf Schichius relat. syll. philol. Berol.* VI 362 *ss) Degenhartus p.* 5 *ss Lachelierus 'revue de philologie'* I *(1877)* 264 *ss Scottus 'journal of philology'* XII 212 *ss Giussanus Lucretii uol.* I *p.* 230 *ss (cf R. Heinzius 'Gött. gel. Anz.'* 1898,267*). ac sententia quidem cum lucem quandam accipiat ex Ciceronis uerbis supra adscriptis, de oratione nihil arbitror inde disci posse; in qua id maxime incertum est, illa* sed ... perceptis *u.* 8 *pertineantne ad superiora et a* cernatur *pendeant, ut u.* 9 *coniunctio desideretur, an ad inferiora, ut ablatiuus sit absolutus. sed uerissime censeo Scottum scribere uideri Ciceronem Graeca uerba difficilia intellectu ita reddidisse ut ad singula quaeque adplicaret sua. periclitemur igitur: τὴν θείαν φύσιν πρῶτον μὲν οὐκ αἰσθήσει ἀλλὰ λόγῳ θεωρητὴν εἶναι, οὐδὲ πυκνότητι οὐδὲ κατ' ἀριθμὸν (scil. εἶναι uel ὑφεστάναι), ὥσπερ τὰ διὰ τὴν στερεότητα καλούμενα ἐκείνῳ στερέμνια, ἀλλ' εἰδώλων καθ' ὁμοιότητα καὶ διάβασιν φανταζομένων (cf κατ' εἰδώλων φαντασίας epist.* XV 16,1*), ἀπείρου ὁμοιοτάτων εἰδώλων ἰδέας ἐξ ἀπείρων ἀτόμων συνισταμένης καὶ ἐπὶ τοὺς θεοὺς ἐπιρρεούσης, μετὰ μεγίστων ἡδονῶν κτλ* 6 nonſenſu [°] *A* ſenſuſ *B* cernantur *B; pluralem recepit Schoemannus; uide p.* 227,3 6 *ss cf Augustinus ad p.* 216,2 *ss adscriptus* 7 neque eadem ad numerum sit ut *c (cf p.* 249,21*); malim* nec esse soliditate *(cf p.* 250,5*), nam* eandem *non requiri docere uidetur scholion Epicureum ad u.* 5 *ss adscriptum; sed uide quae ibi scripsi* illa *pr B* ſteremnia *ACPO(?)* ſterem*nia [*hasta*] *B* ſtrenuia *N. cf Epic. epist.* I 46. 48. 50 *al.* 8 tranſitio ne, o *ex* t *A* 9 cum, c *in ras A* deinde cum *Lambinus* cumque *Walkero auctore Lallemandus (cf Seyffertus schol. Lat.* I 24

diuiduis existat et ad deos adfluat, cum maximis uoluptatibus in eas imagines mentem intentam infixamque nostram intellegentiam capere
50 quae sit et beata natura et aeterna. Summa uero uis infinitatis et magna ac diligenti contemplatione dignissima est. in qua intellegi necesse est eam esse naturam ut omnia omnibus paribus paria respondeant; hanc *ἰσονομίαν* appellat Epicurus id est aequabilem tributionem. ex hac igitur illud efficitur, si mortalium tanta multitudo sit, esse inmortalium non minorem, et si quae interimant innumerabilia sint, etiam ea quae conseruent infinita esse debere.

Et quaerere a nobis Balbe soletis quae uita deorum sit quaeque 10
51 ab is degatur aetas. ea uidelicet qua nihil beatius nihil omnibus bonis affluentius cogitari potest. nihil enim agit, nullis occupationibus est inplicatus, nulla opera molitur, sua sapientia et uirtute gaudet, habet exploratum fore se semper cum in maximis tum in
20 aeternis uoluptatibus. hunc deum rite beatum dixerimus, uestrum 15
52 uero laboriosissimum. siue enim ipse mundus deus est, quid potest esse minus quietum quam nullo puncto temporis intermisso uersari

---

ed. IV*)* cum enim *Dauisius*; imaginibus *u.* 8 *non a* cernatur *pendere adsentior Hirzelio quaest.* I 62 series *Briegerus p.* 13 *m ft recte, non necessario ut opinor* exin nuberabilibuſ *B* indiuiduis *ἀτόμοις, cf p.* 96,5 *de fin.* I 6,17 *Plutarchus Cic.* 40 *ἐκεῖνος γάρ ἐστιν .. ὁ ... τὸ ἄτομον τὸ ἀμερὲς τὸ κενὸν (p.* 235,21 II 32,82*) ... ἐξονομάσας πρῶτος ἢ μάλιστα Ῥωμαίοις*

1 adeoſ *pr B* a deo *Manutio auctore Lallemandus tb* a deis *Dauisius ACPNB* ad nos *Lambinus mc (cf Briegerus p.* 13*)* a diis ad nos *Heindorfio auctore Moserus; cf Lachelierus l. d.* 264 *Scottus l. d.* 226 *Giussanus l. d.* 236*; ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀποτετελεσμένων scholion p.* 226,5 *ss adscriptum,* ut e multis una uideatur *p.* 251,13 cum *APN, ex* tum *B* tū *C, quod et aliis et Giussano ita placet, ut ante grauius incidatur, non necessario, ne propter* primum *quidem p.* 226,6*; haec enim ipsa primi loci sunt, quem secundus mutata oratione (cf p.* 128,16*) sequitur u.* 3*;* cum *autem uereor ut possit abesse; potest sane fuisse* tum cum maximum*** [hiſ] *B* 2 defixamque *Aug. Guil. Zumptius de M. T. Ciceronis ad M. Brutum ... epistolis (Berol.* 1845*)* 31 *n. probabiliter* nostram eam deorum intellegentiam *ci Briegerus l. d. (deinde cum Bakio) non necessario: ἔννοιαν λαβεῖν τοῦ μακαρίου καὶ ἀφθάρτου* 3 quam sit ea beata *Bakius* quare sit et b. *cl p.* 250,15 *Degenhartus p.* 35*;* beatae naturae et aeternae *Schoemannus opusc.* IV 346 *s* ſumma *ex* ~o *B* 4 *&* *B ac* diligenti] dilıgentia *C* 5 parıbuſ *add B* 6 hantıſonomiã *A* hanc ıſonomıam *CPNB* tribulatıonē *B* 7 effjcıtur, j *ex* e *B* 8 ınnuberabılıa *pr B* 9 ſunt *H(D?), corr* ſi*nt *B* &tã *P* etıã *in ras paulo ampliore rec A* &tam *B* 10 quae *B* 11 ıſ *B* hiſ *ACPN* degat ætaſ., t *red,* ~ *add,* ætaſ· *in ras* I *uel* II *litteris ampliore; extrema fuit* ſ *B* beatuſ *pr B* 12 * bonıſ [b] *A* afluentı*uſ [b] *primis litteris macula obscuratis ita superscriptae* af *ut incertum sit uolueritne corrector* afl~ *an* affl~ *B* affluentiuſ *ACPN.* afluentius *dubitans Pareus lex. crit. s. u. Dombartus nou. ann.* CXV *(1877)* 347*, quibus aduersatur Stoeckleinus 'Untersuchungen zur Bedeutungslehre' (progr. Dilling.* 1895*), cf p.* 254,15 *de diu.* I 29,61 *thes. l. L. s. u.* 12. 13 nihil ... implicatuſ *in mg B* 15 dixerimus *ut Tusc.* III 4,7 *(Schmalzius arch. lexicogr.* I 347*)* 17 pugno *pr B*

circum axem caeli admirabili celeritate: nisi quietum autem nihil beatum est; siue in ipso mundo deus inest aliquis, qui regat qui gubernet qui cursus astrorum mutationes temporum rerum uicissitudines ordinesque conseruet, terras et maria contemplans hominum commoda uitasque tueatur, ne ille est inplicatus molestis negotiis et operosis: nos autem beatam uitam in animi securitate et in omnium 53
uacatione munerum ponimus. docuit enim nos idem qui cetera, natura effectum esse mundum, nihil opus fuisse fabrica, tamque eam rem esse facilem, quam uos effici negetis sine diuina posse sollertia, ut innumerabiles natura mundos effectura sit efficiat effecerit. quod quia quem ad modum natura efficere sine aliqua mente possit non uidetis, ut tragici poetae cum explicare argumenti exitum non potestis confugitis ad deum; cuius operam profecto non desideraretis, 54
si inmensam et interminatam in omnis partis magnitudinem regionum uideretis, in quam se iniciens animus et intendens ita late longeque peregrinatur, ut nullam tamen oram ultimi uideat in qua possit insistere. in hac igitur inmensitate latitudinum longitudinum altitudinum infinita uis innumerabilium uolitat atomorum, quae interiecto inani cohaerescunt tamen inter se et aliae alias adprehendentes continuantur; ex quo efficiuntur eae rerum formae et figurae, quas uos effici posse sine follibus et incudibus non putatis. itaque inposuistis in ceruicibus nostris sempiternum dominum, quem dies et noctes timeremus. quis enim non timeat omnia prouidentem et cogitantem et animaduertentem et omnia ad se pertinere putantem curiosum et plenum negotii deum? Hinc uobis extitit primum illa fatalis necessitas, 55

ACPNB 1 |cırcum *ex* |cum *B* 2 Sı ū̄ *C* ipso *del Schoemannus (cf p. 227,16), neglegenter scriptum dicit c* 3 *ss cf p. 247,22 ss* 3 gubernat *pr B* aụſtrorum *B* 4 conseruet et terras *Dauisio auctore Heindorfius* 5 tu&ur neılle *B* 7 uocatıone *H, corr* uac∽ *A* poṇnım *pr ut uid A* 9 facıle *AP* negatis *dett Ven tbmc; cf p. 241,6* 10 effigerıt *pr B* 12 *Plato Crat. 425 D* εἰ μὴ ἄρα βούλει, ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοὶ ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφεύγουσι θεοὺς αἴροντες, καὶ ἡμεῖς οὕτως εἰπόντες ἀπαλλαγῶμεν ὅτι τὰ πρῶτα ὀνόματα οἱ θεοὶ ἔθεσαν possunt *Walkero auctore Lallemandus* possint *ci Ernestus; simile cum translato coniunctum ut p. 19,14 ss* 105,6. 119,4 *et saepe* 13 deſideratıſ *pr A* 14—20 *cf de fin.* I 6,17 atomos . . . in infinito inani, in quo nihil nec summum nec infimum nec medium nec ultimum nec extremum sit, ita ferri ut concursionibus inter se cohaerescant, ex quo efficiantur ea quae sint quaeque cernantur omnia 16 ultimam *Dauisio auctore Heindorfius b* 18 uolıtat/a_tomorum.*q̄, . q̄ *in ras A* ınterlecto, ın *ob maculam non apparent,* I *cum ras ex* l *B* 19 ınſe *P* alıæ* alıaſ, æ *ex* a *(an ex* o*)*, a *quae insequitur in ras A* 21 in *om dett Ven; cf p. 86,14 antibarbarus Krebsianus s. u.* imponere 22 et] ac *B, qua particula rarius has uoces coniungit neque ut uid nisi certis de causis;* d. et n. timere *in Anton.* II 45,116 24 omnia *cf Vahlenus prooem.* 1894,4 putan* tem [t̄] *A* 25 hıc *pr A* extıtıt, tıtıt *in ras A*

quam εἱμαρμένην dicitis, ut quicquid accidat id ex aeterna ueritate causarumque continuatione fluxisse dicatis. quanti autem haec philosophia aestimandast, cui tamquam aniculis et his quidem indoctis fato fieri uideantur omnia. Sequitur μαντικὴ uestra, quae Latine diuinatio dicitur, qua tanta inbueremur superstitione si uos audire uellemus, ut haruspices augures harioli uates coniectores nobis essent 56
colendi. His terroribus ab Epicuro soluti et in libertatem uindicati nec metuimus eos quos intellegimus nec sibi fingere ullam molestiam nec alteri quaerere, et pie sancteque colimus naturam excellentem atque praestantem.

Sed elatus studio uereor ne longior fuerim. erat autem difficile rem tantam tamque praeclaram inchoatam relinquere; quamquam non tam dicendi ratio mihi habenda fuit quam audiendi.»

21 57 Tum Cotta comiter ut solebat «Atqui» inquit «Vellei nisi tu aliquid dixisses, nihil sane ex me quidem audire potuisses. mihi enim non tam facile in mentem uenire solet quare uerum sit aliquid quam quare falsum; idque cum saepe tum cum te audirem paulo ante contigit. roges me qualem naturam deorum esse dicam: nihil fortasse respondeam; quaeras putemne talem esse qualis modo a te sit exposita: nihil dicam mihi uideri minus.

Sed ante quam adgrediar ad ea quae a te disputata sunt de te 58
ipso dicam quid sentiam. Saepe enim de Lucio Crasso illo familiari

---

1 hımarmanem *AGPN (corr* ∽mæn∽ *M)* ∽mamē *H* hẏmarmanē *D* marmanem *ACPNB* ueritate· *B* [ac]cıdat *fenestra mutilatum B* exaētna . cauſarum q;, aētna. *in ras, sub* a *secunda agnoscebam* I *A* 2 fluxıſ ſedıcatıſ ;̈ Quantı, lıcatıſ ;̈ Qu *in ras pr ut uid A* 3 eſt *B* ſit *ACPN* tāquā_*anıculıſ, uā *ex* ua *A* iis *Rom tbmc* 4 |oīa² Sequıtur, oīa² S *in ras rec (ft euanuerant litterae) A* mantıce *ACPNB* latına *B* 6 augereſ *pr B* 8 metuemuſ *A (ex* ∽ımuſ *pr) CP, corr* ∽ımuſ *B* 14 Tū *in ras rec A* atquı *ut uid corr* ∽que, *deinde cum ras* I *restituta A* Atq; *CPN* atq; *corr* atq̣* *B* 17 audıre *C* 18 dı̇cam *B* ducā*ıhıl, uca *in ras,* ˜ *add A* ducā *HPN (non O), pr D, tbmc ft recte* 19 reſpondeā*, eā *in ras* [ā] *A* ne *om A* 21 dıſputa *A* 22 ſententıam *B* lucıo graſſo *B, om ACPN tbmc. de orat.* III 21,78 *L. Crassus C. Velleium suum familiarem uocat, unde huc nomen esse adscriptum ait Maduigius de fin.* I 5,16, *Ciceronem autem Phaedrum sine nomine satis significatum putasse. quod mihi primum ueri simile non uidetur, in Graeculo praesertim, nomen non fuisse positum; deinde ipsa uoce* togatis *non significari Graeci hominis iudicium proferri intellegi potest ex* III *de orat.* 11,43*; porro non de scientia philosophiae Epicureae testis datur sed de eloquentia (p.* 230,11*), cuius quis locupletior auctor potuit produci L. Crasso (nec obstat opinor quod idem de orat.* III 21,78 *hunc Velleium rudem esse ait in exercitatione dicendi, ut de Ti. Graccho P. f. uariat de orat.* I 9,38 *et Brut.* 20,79*), cuius etiam beniuolentia erga senatorem multo aptius praedicari uidetur quam Graeci nescio cuius* familıare *(∽ri dett Ven mc)* ıllo *ACPN tbmc*

tuo uideor audisse, cum te togatis omnibus sine dubio anteferret, paucos tecum Epicureos e Graecia compararet, sed quod ab eo te mirifice diligi intellegebam, arbitrabar illum propter beniuolentiam uberius id dicere. ego autem etsi uereor laudare praesentem, iudico tamen de re obscura atque difficili a te dictum esse dilucide, neque sententiis solum copiose sed uerbis etiam ornatius quam solent uestri. Zenonem, quem Philo noster coryphaeum appellare Epicureorum 59
solebat, cum Athenis essem audiebam frequenter, et quidem ipso auctore Philone, credo ut facilius iudicarem quam illa bene refellerentur, cum a principe Epicureorum accepissem quem ad modum dicerentur. non igitur ille ut plerique, sed isto modo ut tu, distincte grauiter ornate. Sed quod in illo mihi usu saepe uenit, idem modo cum te audirem accidebat, ut moleste ferrem tantum ingenium (bona uenia me audies) in tam leues ne dicam in tam ineptas sententias incidisse. Nec ego nunc ipse aliquid adferam melius. ut enim modo 60
dixi, omnibus fere in rebus sed maxime in physicis quid non sit citius quam quid sit dixerim. roges me quid aut quale sit deus: 22
auctore utar Simonide, de quo cum quaesiuisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi sibi unum diem postulauit; cum idem ex eo postridie quaereret, biduum petiuit; cum saepius duplicaret numerum dierum admiransque Hiero requireret cur ita faceret, 'quia quanto diutius considero' inquit 'tanto mihi spes uidetur obscurior'. sed Simoniden arbitror (non enim poeta solum suauis uerum etiam ceteroqui doctus sapiensque traditur), quia multa uenirent in mentem acuta atque subtilia, dubitantem quid eorum esset uerissimum desperasse omnem ueritatem. Epicurus uero tuus (nam cum illo malo 61
disserere quam tecum) quid dicit quod non modo philosophia dignum esset sed mediocri prudentia?

ACPNB 1 togatis *Epicureis scilicet* 2 et paucos *N tbmc; cf p.* 3,10 3 dıdılıgı *B;* dılıgı **Jntellıgebam [et?] J *ex* I *A* 5 dıfficılı* ate [a] *AB* ~lia ate *P* ~llima ate *N* delulıcide *A* dılucıdo *uel* ~culo *N (non O)* delucıde *P, corr* dȷl~ *B* 6 copıoſe *ex* cup~ *B* 7 zenomen *pr B* fil*o [ı] *AN* fılıo *B* 8 eſſeau|dıebam *A* 9 auctore *ex* ~ro *B* 12 *[or]*-nate *fenestra mutilatum B* 13 accıderat *ACPN* 15 nunc**|ıpſe, n~ *in ras A* modo *p.* 229,15 *ss* 16. 17 *Lactantius diu. inst.* I 17,4 in eodem opere . . ait . . facilius posse se dicere quid non sit quam quid sit 18—22 *Minucius Felix* 13,4 Simonides cum de eo quid et quales arbitraretur deos ab Hierone tyranno quaereretur, primo deliberationi diem petit, postridie biduum prorogauit, mox alterum tantum admonitus adiunxit; postremo cum causas tantae morae tyrannus inquireret, respondit ille quod sibi quanto inquisitio tardior pergeret tanto ueritas *(u.* 26*)* fieret obscurior 20 putauit *pr B* 22 reſ *N tbmc. dubito et facile intellegi puto spem inueniendi ueri, cf u.* 25*; obscuram spem dicit de leg. agr.* II 25,66 23 ceteroqui *dett Victorius* cetero que *ACPB* ceta q *N* 25 ueriſſimūſ *ex* ~muſ *B* ueriſſim^{a} *(fuitne* ~m') *A* 27. 28 *aut* dixit *aut* sit *requirebat Lambinus,* sit *cum 'antiquo libro' Vrsini scripsit Dauisius* 28 medrıocrı prudentıa.7, a.7 *add B*

Quaeritur primum in ea quaestione quae est de natura deorum, sintne dei necne sint. 'Difficile est negare'. Credo si in contione quaeratur, sed in huius modi sermone et in consessu facillimum. itaque ego ipse pontifex, qui caerimonias religionesque publicas sanctissime tuendas arbitror, is hoc quod primum est, esse deos, persuaderi mihi non opinione solum sed etiam ad ueritatem plane uelim. multa enim occurrunt quae conturbent, ut interdum nulli esse
62 uideantur. Sed uide quam tecum agam liberaliter: quae communia sunt uobis cum ceteris philosophis non attingam, ut hoc ipsum; placet enim omnibus fere mihique ipsi in primis deos esse. itaque non pugno; rationem tamen eam quae a te adfertur non satis firmam
23 puto. Quod enim omnium gentium generumque hominibus ita uideretur, id satis magnum argumentum esse dixisti cur esse deos confiteremur. quod cum leue per se tum etiam falsum est. Primum enim unde tibi notae sunt opiniones nationum? equidem arbitror multas esse gentes sic inmanitate efferatas ut apud eas nulla suspicio deorum
63 sit. Quid Diagoras Atheos qui dictus est posteaque Theodorus nonne aperte deorum naturam sustulerunt? nam Abderites quidem Protagoras, cuius a te modo mentio facta est, sophistes temporibus illis uel maximus, cum in principio libri sic posuisset 'de diuis neque ut sint neque ut non sint habeo dicere', Atheniensium iussu urbe atque agro est exterminatus librique eius in contione combusti; ex quo equidem existimo tardioris ad hanc sententiam profitendam multos esse factos, quippe cum poenam ne dubitatio quidem effugere potuisset. Quid de sacrilegis quid de impiis periurisque dicemus? 'Tubulus si Lucius umquam, si Lupus aut Carbo aut Neptuni filius',

---

2 ſint neȩdeı *B;* díȷ́, íȷ́ *in ras rec A* 3 in *posterius om dett Ald tbmc, restitui auctore Vahleno (cf p.* 41,6*); intercidisse aliquid ci Schoemannus* consessu *ACPNB* *Rom* conſenſu *ACPNB* 5 ſanctıſſima *pr B* ı·ſ *B* 11 a*te [n] *A* 13 dixisti *p.* 224,3 14 leue, u *in ras rec A* 15 unde*ıbı [t] *A* 16 deorum *add B* 17—22 *cf Min. Fel.* 8,2 *s Lactant. de ira Dei* 9,7. 1 *Augustinus contra litteras Petiliani* III 21,25 poſtea q;*theodoruſ, q; *et ft* t *in ras, fuit* ~quęth~ *aut* ~ qu&h~ *A* poſtea· quą&heodoruſ? *B* 17. 18 nonne a|parte *AC* non ea pąrte *B* 18 quȷdem, ȷ *ex* e *B* 19 modo *p.* 215,13 20 maxımıſ *pr B* *Eusebius praep. euang.* XIV 3,7 *λέγεται γοῦν τοιᾶδε κεχρῆσθαι εἰσβολῇ ἐν τῷ περὶ θεῶν συγγράμματι· 'περὶ μὲν θεῶν οὐκ οἶδα (οὐκ ἔχω εἰδέναι Diog. L.* IX 51 *al.) οὔθ' ὡς εἰσὶν οὔθ' ὡς οὐκ εἰσὶν (cf Plato Theaet.* 162 *D) οὔθ' ὁποῖοί τινες ἰδέαν. cf p.* 215,13 dedıuı* [ſ] *A* 22 contentıone *P, pr B* 24 quıdā effugere, g *ex* r *A* 24. 25 potuiſſ&7 quıd *(7 pr) B* 25 p ıuriſ que* *ex* ~quıd *A* dıcemuſ·tubuluſ *rec A* 26 aut *posterius Ios. Scaligero auctore del Heindorfius tbmc; uide nunc Fridericum Marx ad Lucil.* 1312*, qui post Dousam monet illa quoque* tam periurus *(aut)* tam impurus fuisset *numeris currere dactylicis; idem cum*

ut ait Lucilius, putasset esse deos, tam periurus aut tam inpurus fuisset? Non est igitur tam explorata ista ratio ad id quod uultis 64
confirmandum quam uidetur. sed quia commune hoc est argumentum aliorum etiam philosophorum, omittam hoc tempore; ad uestra propria uenire malo.

Concedo esse deos; doce me igitur unde sint ubi sint quales 65
sint corpore animo uita; haec enim scire desidero. Abuteris ad omnia atomorum regno et licentia; hinc quodcumque in solum uenit ut dicitur effingis atque efficis. quae primum nullae sunt; nihil est enim ** quod uacet corpore, corporibus autem omnis obsidetur locus; ita nullum inane nihil esse indiuiduum potest. Haec ego nunc physi- 24 66
corum oracla fundo, uera an falsa nescio, sed ueri [simile] tamen similiora quam uestra. ista enim flagitia Democriti siue etiam ante Leucippi, esse corpuscula quaedam * leuia alia aspera, rutunda alia, partim autem angulata firamata curuata quaedam et quasi adunca, ✻

ACPNB statuat Neptuni filium a Lucilio dici Polyphemum, quem poeta uix potuerit dicere deos esse negasse, sententiam eius mutatam iudicat a Cicerone; putaueram fuisse aut Neptuni filius ullus *i. e. ferocissimus et inmanis et alienus ab omni humanitate, ut ait Gellius* XV 21 *(similiter iam Boherius)*

1 tampuruſ *pr ut uid B* 2 *de permutatione in B facta uide praefationem* 4 ūra⁎ *ex* uram̄ *A* 6 doceſ *ACNB* docebis *Klotzius adn.* I 5 8 atomorum, t *in ras ex* d *A* 9 efficiſ *prior* I *corrigi coepta in* e *sed rad restituta B* q̣ *in ras rec A* 10 *defectum indicauit Lambinus ad Lucret.* I 266 *et sic expleuit in adn. Cic.* nihil est enim minimum. deinde non est inane, nihil enim est, quod uacet corpore*; melius Schoemannus opusc.* III 286 *sic* nihil est enim in rerum natura minimum quod diuidi nequeat *(cf p. 48,8)*; deinde ut sint, moueri per inane non possunt, si quidem id dicis inane *(*inane autem id dicis esse *c)* quod uacet corpore *(cf p. 139,15). Augustinus epist.* 118,4,31 nam nec ipsas atomos esse ullo modo concedendum est, quod omissa subtilitate quae de diuisione corporum a doctis traditur uide quam facile secundum ipsorum opinionem possit ostendi 12 ſimile *ft pr A* ſimile *C, corr* ~lį *B* ~lı *PN* 14 Leucippi *A* 11 *D.* corpuscula *cf p. 136,17 s* II 37,94 *Tusc.* I 11,22 quaedam, alia leuia *Reidus apud c (malim* quaedam, et alia quidem leuia*), quo probato deinde* rutunda partim, partim autem *c in addendis* rutunda *P* ~dıa *AN, pr H* rotund⁎a [ı] *B* 15 firamata *A* firam~ *ft pr P* foram~ *C (sed ex* fir~ *uel* ſir~ *ft pr G)* ıpıramata *N* pır~ *O* curuata *B* hamata curuata *(om.* ang.*) Marsus* hamata *dett mg Crat tbm* piramidata *dett.* et pyramidata, quaedam curuata *'manuscripti' Vrsini (Ven)* et quaedam pyramidata, curuata q. *Asc* II et pyramidata, hamata q. *c* forma *(*figura *Forchhammerus p. 29)*, hamata q. *Maduigius de fin.* I 18,61*, alii aliter. cf p.* 136,17 asperis et leuibus et hamatis uncinatisque corpusculis*, Lactantius de ira Dei* 10,5 leuia et aspera et rotunda et angulata et hamata*, idem diu. inst.* III 17,25 sunt aspera sunt hamata sunt leuia*, quamquam is ambiguum est ex Cicerone haec hauserit an potius ex Lucretio, qui* II 394 *ss multas corpusculorum figuras commemorat, in quibus cum hamata identidem recurrat, eo magis uidetur id uocabulum apud Ciceronem recte restitutum esse nec ullo modo probabiliter illud* firamata *a Dieckhoffo (p. 35) repetitum ex uaria lectione* f hamata *ad* curuata *adscripta. sed ne hoc quidem uidetur aut corruptelae aut interpreti deberi, cum praesertim κυρτὰ quaedam Democriti indiuidua fuisse Aristoteles testis sit fr.* 208 *R. quare puto in utroque genere codicum ita esse peccatum ut utrumque tamen partem ueri retinuerit, et fuisse* angulata et hamata *(ἀγκιστροειδῆ Aetius* I 3,18 II 7,2*)*, curuata quaedam et quasi adunca *(cf. thes. l. L.* I 887,18. 25. 43*)*

ex iis effectum esse caelum atque terram nulla cogente natura sed concursu quodam fortuito — hanc tu opinionem C. Vellei usque ad hanc aetatem perduxisti, priusque te quis de omni uitae statu quam de ista auctoritate deiecerit; ante enim iudicasti Epicureum te esse oportere quam ista cognouisti: ita necesse fuit aut haec flagitia con- 5
67 cipere animo aut susceptae philosophiae nomen amittere. quid enim mereas ut Epicureus esse desinas? 'nihil equidem' inquis 'ut rationem uitae beatae ueritatemque deseram'. ista igitur est ueritas? nam de uita beata nihil repugno, quam tu ne in deo quidem esse censes nisi plane otio langueat. sed ubi est ueritas? in mundis credo 10
innumerabilibus omnibus minimis temporum punctis aliis nascentibus aliis cadentibus; an in indiuiduis corpusculis tam praeclara opera nulla moderante natura nulla ratione fingentibus?

Sed oblitus liberalitatis meae, qua tecum paulo ante uti coeperam, plura complector. Concedam igitur ex indiuiduis constare 15
68 omnia; quid ad rem? deorum enim natura quaeritur. Sint sane ✻ ex atomis; non igitur aeterni. quia enim ex atomis, id natum aliquandost; si natum, nulli dei ante quam nati; et si ortus est deorum, interitus sit necesse est, ut tu paulo ante de Platonis mundo disputabas. Vbi igitur illud uestrum beatum et aeternum, 20
quibus duobus uerbis significatis deum. quod cum efficere uultis in dumeta conrepitis. ita enim dicebas, non corpus esse in deo sed quasi corpus, nec sanguinem sed tamquam sanguinem.

1 hıſ *D Rom Ven tbmc* 2 *orationem deflecti significaui; uidetur enim ACPNB sic fuisse perrecturus* ne tu quidem probares nisi uelles Epicureus esse*; cf p. 235,3* uelei·uſque *A* uellei⁎ uſque⁎, I *et* uſ *et* e *in ras, fuerit* uelleıuſ quae *B* 3 perduxtı *pr B* p. te aliquis *uel* quem prius quis *Fayus 'classical review'* XII 298 *nimis arte circumscribens pronominis illius usum, quod aptissimum est in re mere sumpta* 3 uıtę . ſtatu, ę. *in ras rec, pro* ę *ft fuit* a*, iuxta* ſ *fuit* æ*, A* uıtę eſtatu *P* 4 deıcerıt *pr AB (corr rec A)* 7 epicuruſ *B* 10 plane⁎otıo [t] tı *red uid aut ex* cı *corr, duae* o *incertum sintne in ras an red, sed pro priore olim* b *aut* p *fuisse non ueri simile A;* optıo *PNB* languat *sic B* 11 cunctıſ *ACP* 12 in *om HB* 13 *supra* natura *ras, qua sublatum uid* om̄a *A* 14 *omisso eo loco qui futurus erat de domicilio deorum disputare incipit quales sint (p. 232,6)* ante *p.* 231,8 16 deorū⁎ [*inferior rasura capit duas hastas, superior duas uel tres*] *B* enım ⁎⁎⁎⁎ [enım] *A* 17 quia] quod *dett Rom Ven tbmc* quicquid *ci m* si quid *Kalbfleischius* 17. 18 aeterni (quod ... est); si nati *(sic N) Forchhammerus p.* 38 17 exatomıſıd *ex* ~mıſıt *A* ~mıſ ſı ıd *N* ~mıſ ſıt *O* ~mıſ ſıt *B;* ~mıſ renatum, re *in ras, potest* ıd *fuisse P* 18 st] ſıt *ACPN, in ras B ex* ē *ut uid, quod ci Lambinus (*sit necesse est *idem antea)* 19 tu *in ras rec A* ante *p.* 208,19 *ss* 20 illud *p.* 224,24 ueſ⁎trum [ı *uel* t] *A* 21 ſıgnıficatıſ *sed* ſ *linendo del B* 22 dumecta *AP (cf p.* 130,23*)* dum *cum spatio uacuo D* dum̄ta *GN (non O)* conrep&ıſ, & *in ras, fuerit* ıt *A* ~petıſ *P* cū repetıſ *N* dicebas *p.* 225,27

Hoc persaepe facitis, ut cum aliquid non ueri simile dicatis et 25 69
effugere reprehensionem uelitis adferatis aliquid quod omnino ne
fieri quidem possit, ut satius fuerit illud ipsum de quo ambigebatur
concedere quam tam inpudenter resistere. Velut Epicurus cum ui-
deret, si atomi ferrentur in locum inferiorem suopte pondere, nihil
fore in nostra potestate, quod esset earum motus certus et neces-
sarius, inuenit quo modo necessitatem effugeret, quod uidelicet De-
mocritum fugerat: ait atomum cum pondere et grauitate directo
deorsus feratur declinare paululum. hoc dicere turpius est quam 70
illud quod uult non posse defendere. Idem facit contra dialecticos;
a quibus cum traditum sit in omnibus diiunctionibus in quibus 'aut
etiam aut non' poneretur alterum utrum esse uerum, pertimuit ne
si concessum esset huius modi aliquid 'aut uiuet cras aut non uiuet
Epicurus' alterutrum fieret necessarium: totum hoc 'aut etiam aut
non' negauit esse necessarium; quo quid dici potuit obtusius? Vr-
guebat Arcesilas Zenonem, cum ipse falsa omnia diceret quae sen-
sibus uiderentur, Zenon autem nonnulla uisa esse falsa non omnia;
timuit Epicurus ne si unum uisum esset falsum nullum esset uerum;
omnes sensus ueri nuntios dixit esse. nihil horum nisi ualde; grauiorem *
enim plagam accipiebat ut leuiorem repelleret.

Idem facit in natura deorum: dum indiuiduorum corporum con- 71
cretionem fugit ne interitus et dissipatio consequatur, negat esse
corpus deorum sed tamquam corpus, nec sanguinem sed tamquam
sanguinem. Mirabile uidetur quod non rideat haruspex cum haruspi- 26
cem uiderit; hoc mirabilius, quam *ut* uos inter uos risum tenere
possitis? 'non est corpus sed quasi corpus': hoc intellegerem quale

---

ACPNB 2 omnino*ne, no *in ras, fuerit* omni none *B* 4 Epicurus *cf de fato* 9,18. 10,22. 20,46 *de fin.* I 6,18 *(fr.* 281 *Vs.).* 5 ferentur *pr BH* 8 directa *N* derecto *mc* 9 diceretur pluſ, I *rad ex* l *B* ~pluſ *A* ~prluſ *P* deorſum *C* *desideres* turpius est, quicquam fieri sine causa, quam; *cf de fato* 10,22 *de diu.* II 28,60 10 uul^{t} *A* uu^{l}t *sic B* 11 diiunctionibus *t* de~ *ACPNB, corr* diſ~ *Mc;* ~uin~ *H(?)O, ex* ~iun~ *P, corr* ~jun~ *B. cf p.* 121,20 *ss* in quib; *add A* 12 esse *dett Ven* eſſet *ACPNB* ·alteru· 14 epicuruſ:*trum *ex* epicuru urum *ut uid A* fieret *Ald* fieri *ACPNB* 15 potuit, o *ex* u *A* 15 *ss cf p.* 54,4. 56,10. 125,1 19 niſi callide *C (εἰρωνικῶς intellegebat Schuetzius opusc.* 233*)* nisi calide *(i. e.* temere*) Dauisius* uiri ualde callidi *ci Heindorfius* nimis callide *Alanus (Schoemannus opusc.* III 317. 364*) tbmc, cf p.* 152,10 *Tusc.* V 33,93 *orat.* 24,82*; tamen dubito: potuit enim esse* nisi ualde inconsiderate, *cf p.* 145,6 *de fato* 14,31 21 *redit ad p.* 233,23 22 *cf Lactantius de ira Dei* 10,28 24. 25 *cf de diu.* II 24,51 25 quã *corr* quã^{d} *F tbmc, in quo coniunctiui ratio non satis aperta est (nam* rideat *orationis obliquae est, quae hic non obtinet); quare* ut *addidi et interrogari feci (cf de diu.* II 31,66*) cum Forchhammero p.* 38*, qui* quam quod

esset, si in cereis fingeretur aut fictilibus figuris; in deo quid sit
quasi corpus aut quid sit quasi sanguis intellegere non possum. ne
tu quidem Vellei, sed non uis fateri.

72 Ista enim a uobis quasi dictata redduntur, quae Epicurus oscitans halucinatus est, cum quidem gloriaretur, ut uidemus in scriptis, se magistrum habuisse nullum. quod et non praedicanti tamen facile *e*quidem crede*r*em sicut mali aedificii domino glorianti se architectum non habuisse; nihil enim olet ex Academia nihil [ne] ex Lycio nihil ne e puerilibus quidem disciplinis. Xenocraten audire potuit (quem uirum, dii inmortales), et sunt qui putent audisse; ipse non uult: credo plus nemini. Pamphilum quendam Platonis auditorem ait a se Sami auditum (ibi enim adulescens habitabat cum patre et fratribus, quod in eam pater eius Neocles agripeta uenerat, sed cum agellus eum non satis aleret ut opinor ludi magister fuit);
73 sed hunc Platonicum mirifice contemnit Epicurus: ita metuit ne quid umquam didicisse uideatur. in Nausiphane Democriteo tenetur; quem cum a se non neget auditum uexat tamen omnibus contumeliis. atqui si haec Democritea non audisset, quid audierat? quid est in physicis Epicuri non a Democrito? nam etsi quaedam commutauit, ut quod paulo ante de inclinatione atomorum dixi, tamen pleraque dicit eadem, atomos inane imagines infinitatem locorum innumerabilitatemque mundorum, eorum ortus interitus, omnia fere quibus naturae ratio continetur.

Nunc istuc quasi corpus et quasi sanguinem quid intellegis?
74 ego enim te scire ista melius quam me non fateor solum sed etiam facile patior; cum quidem semel dicta sunt, quid est quod Velleius intellegere possit Cotta non possit? itaque corpus quid sit sanguis quid sit intellego, quasi corpus et quasi sanguis quid sit nullo prorsus modo

---

1 cereis *dett Ald* cerıſ *ACB tbmc (*cęrıſ *P* cętıſ *N), quo uocabulo maiorum imagines poetae tantum solent appellare (cf Klotzius adn.* II 8 *Dieckhoffus p.* 13 *n.)* *ACPNB* diceretur *c cl p.* 236,5 2 quasi corpus aut quid sit *om ACPN (*quid sit *om etiam Ven tbmc, restituit Goethius)* 4 Epicurus *fr.* 233 *Vs., cf* 114 *(ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν αὐτοδίδακτος εἶναι καὶ αὐτοφυὴς φιλόσοφος)* 6 et *om N* ei *Klotzius tbm* etiam *dett Heindorfius* 7 equidem *dett Lambinus* quıdem *ACPNB* credem *corr* cređem *A* credem^{er} *B* credam *PN* credem; *C* 8 olet *B* floret *ACPN* ne *om dett Ven* 8. 9 exleutıo ɴıhılne *in mg A;* leucıo *HP* leutıo *DGN* lecıo^{v} *B, cf Vahlenus de leg. p.* 77,6 *(*Lycio *dett Rom)* 13 neo|cleſa_grȷpeta, ȷ *ex* e *A. κληροῦχος, cf ad Att.* XV 29,3 XVI 1.2. 4,3 *(anno* 44*)* 14 aler&, al *red uid*, e *e corr B* 15 platonı *pr B* 16 Nausiphane *A* 5 *D.* 17 au|dudıtum *in discrimine paginarum A* 18 est] enim *dett Ven* est enim *Heindorfius* 21 inane *Ald* ~neſ *ADPNB* Incıneſ *H. cf Plutarchus (p.* 226,9*)* ınfı**-nıtatem [m *ut uid*] *A* 24 *redit ad u.* 3 quid sit *dett Ven; cf de fin.* II 15,50 26 uellet|ıuſ *A* uelleıuſ, e *posterior in ras* II *litt, potest fuisse & B* 27 quotta/ſipoſſit *ex* quottanpoſſit *rec A* 28 ſanguſ *A*

intellego. neque tu me celas ut Pythagoras solebat alienos, nec consulto dicis occulte tamquam Heraclitus, sed, quod inter nos liceat, ne tu quidem intellegis. illud uideo pugnare te, species ut quaedam 27 75
sit deorum, quae nihil concreti habeat nihil solidi nihil expressi nihil eminentis, sitque pura leuis perlucida. dicemus igitur idem quod in Venere Coa: corpus illud non est sed simile corporis, nec ille fusus et candore mixtus rubor sanguis est sed quaedam sanguinis similitudo; sic in Epicureo deo non rem sed similitudines esse rerum.

Fac id quod ne intellegi quidem potest mihi esse persuasum; cedo mihi istorum adumbratorum deorum liniamenta atque formas. Non deest hoc loco copia rationum, quibus docere uelitis humanas 76
esse formas deorum; primum quod ita sit informatum anticipatum*que* mentibus nostris, ut homini cum de deo cogitet forma occurrat humana; deinde cum, quoniam rebus omnibus excellat natura diuina, forma quoque esse pulcherrima debeat, nec esse humana ullam pulchriorem; tertiam rationem adfertis, quod nulla in alia figura domicilium mentis esse possit. primum igitur quidque considera quale 77
sit; arripere enim mihi uidemini quasi uestro iure rem nullo modo probabilem.

Primum omnium quis tam caecus in contemplandis rebus umquam fuit ut non uideret species istas hominum conlatas in deos aut consilio quodam sapientium, quo facilius animos imperitorum ad deorum cultum a uitae prauitate conuerterent, aut superstitione, ut essent simulacra quae uenerantes deos ipsos se adire crederent. au-

---

ACPNB 1 consulto *dett Rom* ~ta *ACPNB* 2 liceat *Victorius* lıqueat *ACPNB, quod defendunt Klotzius adn.* II 8 *Reidus apud c; cf ad Att.* II 4,1 *Plaut. Poen.* 440 3 *inde a* species *deficit P*
ACNB 5 eminens *ci Heindorfius* 6 Coa *om NB* corpore *corr* ~rȷ *pr B* 8 res *Ven mc* 9 rerum esse *dett Ven mc* 10 facio qđ, *in mg* ·ıd· *B* 11 adumbratorum *ἐσκιαγραφημένων, cf Epic. p.* 234 *Vs.* 13—15 *cf p.* 225,11 *ss* 14 que *add dett Rom,* anticipatum *del tb; cf p.* 224,5. 7 *(*sit ... mentibus *om G)* ut *cum ras ex* ın *ut uid ft pr A* occurr& *B* 15—17 *cf p.* 225,14 *ss* 15 cum *scripsi (cf p.* 225,14*)* ut *ACNB* quod *dett Walkerus Heindorfius tbmc* dıuına *bis sed posterius inductum A* 16 ɴeceſſe, ɴ *et* ſſ *red,* ~e *ut uid ex* a *B* 17. 18 *cf p.* 225,25 17 adfertıſ poſſit quod *et* 18 eſſe· Primum *(punctum pr) ACN sine ulla probabilitate,* **** *quamquam defendunt Forchhammerus et c in addendis.* adfertıſ. quod [*prima fuit* p] *B* in *om ACN tbmc; cf post red. in sen.* 7,17 *(Dieckhoffus p.* 36*) in Pis.* 31,76 *de re p.* I 31,47 *epist.* XVI 17,1 *p.* 225,25 18 quıdquıd *AC, cf Maduigius de fin.* II 32,105 conſideraſ *ACN* 21 primum *addidi (cf in Catil.* II 9,19*)* omnium *a superiore sententia cum Ven* II *seiunxit Dauisius cl pro Cluent.* 20,55 quis tum erat omnium qui, *al.;* quıs omnium *nescio quis a Wopkensio lect. Tull.* II 2 *commemoratus;* omnino quis *tbmc* 23 ımperatorū *O, pr B* 24 conuerterent *ex* cumu~ *ut uid B* 25 ıpſoſ, p *ex* n *ut uid B*

xerunt autem haec eadem poetae pictores opifices; erat enim non facile agentis aliquid et molientes deos in aliarum formarum imitatione seruare.

Accessit etiam ista opinio fortasse, quod homini homine pulchrius nihil uideatur. Sed tu hoc physice non uides, quam blanda conciliatrix et quas*i* sui sit lena natura? an putas ullam esse terra marique beluam quae non sui generis belua maxime delectetur; quod ni ita esset, cur non gestiret taurus equae contrectatione, equus uaccae? an tu aquilam aut leonem aut delphinum ullam anteferre censes figuram suae? quid igitur mirum si hoc eodem modo homini natura praescripsit, ut nihil pulchrius quam hominem putaret. **
78 eam esse causam cur deos hominum similis putaremus: ' quid censes si ratio esset in beluis, non suo quasque generi plurimum tributuras
28 fuisse? At mehercule ego (dicam enim ut sentio) quamuis amem ipse me tamen non audeo dicere pulchriorem esse me quam ille fuerit taurus qui uexit Europam; non enim hoc loco de ingeniis aut de orationibus nostris sed de specie figuraque quaeritur. quod si fingere nobis et iungere formas uelimus, qualis ille maritimus Triton pingitur

---

4 ꝺceſſıt, e *in ras A* ista *p.* 236,16 5 *mıhı[1] *ex* mıhı *A* *ACNB* uidetur *Schoemanno auctore (opusc.* III 309*) tb, eodem* uidebatur *m, numeris sane melioribus* blande *A cf Lucil.* 271 *M. Lactant. diu. inst.* V 17,30
6 quasi *dett Ald* quam *ACNB (defendit Forchhammerus p.* 25*)* lenaıf *B* 7 qđ *red ut uid B* 11 ut *add A* 12 eam ... putaremus *del tbm Maduigii suasu, qui addita putabat 'cum magno sententiae detrimento, cum non intelligeretur usus formulae:* quid igitur mirum, si *cet.'. fusius haec accusauit Schoemannus opusc.* III 309*, defenderunt Klotzius adn.* III 7 *et c Goethiusque non satis mihi quidem apte ad persuadendum; nam licet* putaremus *(*putemus *dett Victorius) possit esse positum de eo tempore quo nobis illud natura praescripsit (cf p.* 45,4 *et u.* 13. 14 tributuras fuisse*), tamen credi uix potest aut* si *a* mirum *esse seiungendum aut, si non seiungatur, subito deinde ac ne particula quidem interiecta mutari orationem; certe in* putaret *sententia absoluta erat. sed illud recte monuit c, uideri haec necessaria esse ad eam quaestionem quae deinceps sequitur u.* 12 *s; quae cum pertinere uideatur ad tertium illud argumentum (p.* 225,25. 236,17*) — neque enim illud* si ratio esset *simile est ac si dicat, quod Dumesnilus proposuit nou. ann.* CXV *(*1877*)* 759 *s,* si oratio esset *uel ut Xenophanes disputat B* 15 *D., quo modo haec post illa quae ante dicta sunt u.* 6—10 *superuacanea essent atque inepta (et ut delerentur idem ille proposuit), sed ait, si ratio esset in omni genere beluarum tamen tantum suae quodque figurae tributurum fuisse ut ea ipsa deos esse crederet — cum igitur haec u.* 12 *s ad tertium argumentum spectent, illa quoque* eam ... putaremus *putes eodem spectare. quare, id quod ipsi c obscurius in mentem uenit, post* putaret *haec fere arbitror intercidisse* neque quicquam ualet illud quod addidisti, quod ratio nulla in alia nisi hominis figura habitaret. *scilicet ut hoc argumentum Velleius non subtilius distinxit ab altero ita Cotta nunc quidem breuiter id perstringit (pluribus atque aliter p.* 241,19 *ss), inde a u.* 14 *rursus alterum impugnat, alia quidem ratione atque ante fecerat (ibi* et *pro* at *ci c, nisi haec referantur ad sententiam non proximam, quod profecto fieri arbitror).* 14 ut *add B*
15 dicere *bis sed prius del B* fuit *Ven* 16 uexıt*, ıt *in ras rec, fuit nisi fallor* uex ıd *ex* ~ıd *A* uexat *N* uex&| *cum ras corr* uexerıt| *B*
17 fınge *pr A*

natantibus inuehens beluis adiunctis humano corpore, nolis esse. Difficili in loco uersor; est enim uis tanta naturae ut homo nemo uelit nisi hominis similis esse — et quidem formica formicae; sed tamen 79
cuius hominis? quotus enim quisque formonsus est: Athenis cum essem e gregibus epheborum uix singuli reperiebantur — uideo quid adriseris, sed ita tamen se res habet. deinde nobis, qui concedentibus philosophis antiquis adulescentulis delectamur, etiam uitia saepe iucunda sunt. naeuos in articulo pueri delectat Alcaeum; at est corporis macula naeuos; illi tamen hoc lumen uidebatur. Quintus Catulus huius collegae et familiaris nostri pater dilexit municipem tuum Roscium, in quem etiam illud est eius: 'Constiteram exorientem Auroram forte salutans, cum subito a laeua Roscius exoritur. pace mihi liceat caelestes dicere uestra: mortalis uisus pulchrior esse deo.' huic deo pulchrior; at erat sicuti hodie est peruersissimis oculis: quid refert, si hoc ipsum salsum illi et uenustum uidebatur. Redeo ad deos. ecquos si non tam strabones at paetulos esse arbi- 29 80
tramur, ecquos naeuum habere, ecquos silos flaccos frontones capi-

---

ACNB 1 corpore* [ſ *ut uid*] *B* corpı *N tbmc; cf* II 41,109 *ex.; et* iunctum *et* coniunctum *cum casu sexto poni notum est* nolis esse *interrogari uult c cum multis non recte ut opinor perspecta mente Ciceronis; qui postquam negauit mirum esse si nihil homo homine pulchrius putet, exemplis probat primum id ne uerum quidem esse, deinde quasdam formas deorum etsi fortasse pulchras tamen tales esse ut iis quiuis homo suam praeferat; unde apparet, quod homo nemo uelit nisi hominis similis esse, inde nihil effici de pulchritudine ipsa* 2 *conicias post* nemo *addendum esse* deos, *de quibus se hic locutum dicit u.* 16, *sed tamen dubito propter illa quae scripsit p.* 237,17 — *u.* 1, *nec quicquam aliud haec negatiua sententia significat nisi hominem unumquemque humanae figurae plurimum tribuere, ac facile subauditur illud quod desideramus, quemuis hominem eadem figura deos esse uelle* 3 homını *ACN* eē* *ex* ēe *B* et ... formicae *uituperat Heindorfius (qui quod requirit* et q. f. nulla nisi f. *uide p.* 75,17, *cf etiam Fronto ad M. Aurel.* III 13 *ex.* me carere omni fructu amoris tui malim quam te ne minimum quidem incommodi . . . subire*), del Beckerus p.* 39 *Goethius nou. ann.* CXXIX *(*1884*)* 32 *ut in mg a nescio quo adscripta, quibus mihi Cicero uidetur postquam concessit id quo aduersarius usus est obiter id eleuare ut explicatius fecit p.* 237,6 *ss (cf Maduigius emend.* 93 *de fin.* I 10,35 *Stammius diss.* 24 *n.* 2*) et aptissime deinde particulis* sed tamen *hoc missum facere (cf p.* 244,14*). Theocritus* 9,31 *τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμαχι δὲ μύρμαξ* formica *om ACN* 4 hominı ſ*quotuſ *B* at*enıſ [t] *B* 7 phyloſophıſ, ∾ſ *in ras, fuisse uid* a *B* ad uleſ centul*ıſ *ex* ∾luſ *B* 8 Lyci pueri *ci Bergkius ad Alcaei fr.* 58 *(cf Horat. c.* I 32,11*); uersus heroi partem agnoscit c, qui sic exierit* delectat amantem 9 hoc *A* q; ıntuſ *corr* quęıntuſ *sed ut* I *sub* ę *paene delituerit A;* Quıntuſ *in ras* VIII *fere litt B* 11 illud *fr.* 2 *Baehr.* exurgentē, ur *in ras et — add rec A* exorıente *CN (non O)* 12 forte *ex* ſorte *B* 13 uisu(s e)st *'manuscriptus liber' Vrsini Ven tbmc; cf Ennius ann.* 6. 39 *Lachmannus in Lucret.* II 829 *Winterus de ellipsi uerbi* esse *(diss. Marpurg.* 1907*)* 31 14 At erat *DH* aderat *AGNB* 14. 15 peruerſıſ oculıſ *pr B* 15 falſū *CN* 16 | ec*quoſ *ex* | &quoſ *ut uid B* etquoſ *ACN* tam *quam est Roscius* ſtaboneſ *pr B* 17 ecquoſ, q *in ras ut uid pr A* & quoſ *CN, corr* ecquoſ *B* habere.*ec_quoſ *ex* habere*nec quoſ *an ex* haberem et quoſ *(*ha*bere [a?] *Schwenkius; mihi nihil*

tones, quae sunt in nobis, an omnia emendata in illis? Detur id uobis; num etiam una est omnium facies? nam si plures, aliam esse alia pulchriorem necesse est, igitur aliquis non pulcherrimus deus; si una omnium facies est, florere in caelo Academiam necesse est: si enim nihil inter deum et deum differt, nulla est apud deos cognitio nulla perceptio.

81 Quid si etiam Vellei falsum illud omnino est, nullam aliam nobis de deo cogitantibus speciem nisi hominis occurrere: tamenne ista tam absurda defendes? nobis fortasse sic occurrit ut dicis; a paruis *enim* Iouem Iunonem Mineruam Neptunum Vulcanum Apollinem reliquos deos ea facie nouimus qua pictores fictoresque uoluerunt, neque solum facie sed etiam ornatu aetate uestitu. at non Aegyptii nec Syri nec fere cuncta barbaria; firmiores enim uideas apud eos opiniones esse de bestiis quibusdam quam apud nos de sanctissimis
82 templis et simulacris deorum: etenim fana multa spoliata et simulacra deorum de locis sanctissimis ablata uidemus a nostris, at uero ne fando quidem auditumst crocodilum aut ibin aut faelem uiolatum ab Aegyptio. quid igitur censes Apim illum sanctum Aegyptiorum bouem nonne deum uideri Aegyptiis? tam hercle quam tibi illam uestram Sospitam. Quam tu numquam ne in somnis quidem uides nisi cum pelle caprina cum hasta cum scutulo cum calceolis repandis. at non est talis Argia nec Romana Iuno. ergo alia species Iunonis Argiuis alia Lanuinis. et quidem alia nobis Capitolini alia Afris

---

erasum uid sed aliquantum ex e *detritum) B;* etquoſ *ACN* frontoneſ *ex* ∾ten∾ *ut uid B* 2 nam & ſı *B* 3 deoſ *pr B* 5. 6 cognıtıo . nulla | perceptıo, o. *et* erc *(haec rec) in ras A* 7 quid si *dett Ald* quod ſı *ACN* Quoſı *B; cf Wichertus 'die latein. Stillehre'* 71 *s* illud *p.* 236,14 9 defendes *dett Asc* II ∾denſ *ACNB* ſı *ACN* 9. 10 a paruis enim *Klotzius nou. ann.* LXXI *(*1855*)* 202 apparuiſſe *ACNB, cf de leg.* II 4,9 11 relıquoſ *ACNB, corr* ∾ſq; *A* ∾ſ$^{q\cdot}$ *B tbmc* facıe*, e *in ras B* 13 firmıoriſ *HN, corr* ∾eſ *ft pr A* eaſ *B* 16 uidimus *Boherius; cf Vahlenus de leg. p.* 181,9 16. 17 nefandū, ū *in ras rec A* 17 audıtū eſt *HN* ∾tu eſt *AD* ∾tu* eſt [ſ] *B* ıbım *CNB tbc, cf Tusc.* V 27,78 18 Aegyptio *dett Rom* (a)egypto *ACNB (olim corr* ∾tjo *sed rad restitutum H)* apımulū *D* apud nullū *H* 19 hercle *in priore* e *nescio quid corr, sed non uid fuisse* herde, *potius* herele *uel fuerit* c *obscurior B* 19. 20 illa uestra Sospita *Dauisius primo; cf p.* 241,10 *de diu.* II 23,51 deum, *Maduigius de fin.* II 27,88*;* uestram *Lanuinam* 22 talıſ*argıa*necromana *ex* talı ſargıane crom∾ *ut uid B* Argiua *dett Marsus bc cl Wesenbergo ad Tusc.* I 47,113*, ubi eadem forma* Argiae *tradita. non omnino Graecam Iunonem dicere Tullium (cf Dielsius sched. Sibyll.* 44 *n.) sed certam quandam Iunonem Italici cultus etsi originis Graecae testis est Plinius n. h.* III 70 ager Picentinus . . templo Iunonis Argiae . . . insignis *et titulus* CIL XIV 3556 *(inuentus Tiburi, quod fuit Argeo positum colono)* Iunoni Argeiae *(thes. l. L.* II 534,11. 13*, cf Wissowa de relig. Rom.* [1902] 220 *n.* 8*), unde litteris quoque traditis aliquid fidei accedit* 23 alia L. alia nobis *ex 'uetustissimo libro' Vrsini Dauisius tbmc* alia Romanis alia L. *mg Lambin, neutrum ut opinor necessario, cf* II 18,47 23 afrıſ*ammonıſ [ſ] *prior* ſ *red uid B*

Hammonis Iouis. non pudet igitur physicum id est speculatorem 30
uenatoremque naturae ab animis consuetudine inbutis petere testi- 83
monium ueritatis? isto enim modo dicere licebit Iouem semper barbatum, Apollinem semper inberbem, caesios oculos Mineruae, caeruleos esse Neptuni. et quidem laudamus esse Athenis Volcanum eum quem fecit Alcamenes, in quo stante atque uestito leuiter apparet claudicatio non deformis: claudum igitur habebimus deum, quoniam de Volcano sic accepimus. Age et his uocabulis esse deos facimus quibus a nobis nominantur? at primum quot hominum linguae tot 84
nomina deorum. non enim ut tu Velleius quocumque ueneris sic idem in Italia Volcanus idem in Africa idem in Hispania. Deinde nominum non magnus numerus ne in pontificiis quidem nostris, deorum autem innumerabilis. an sine nominibus sunt? istud quidem ita uobis dicere necesse est; quid enim attinet cum una facies sit plura esse nomina. Quam bellum erat Vellei confiteri potius nescire quod nescires quam ista effuttientem nauseare atque ipsum sibi displicere. An tu mei similem putas esse aut tui deum? profecto non putas.

'Quid ergo, solem dicam aut lunam aut caelum deum? ergo etiam beatum: quibus fruentem uoluptatibus? et sapientem: qui potest esse in eius modi trunco sapientia?' Haec uestra sunt. 'Si igitur 85
nec humano *, quod docui, nec tali aliquo, quod tibi ita persuasum est, quid dubitas negare deos esse? non audes. sapienter id quidem; etsi hoc loco non populum metuis sed ipsos deos. noui ego Epicureos omnia sigilla uenerantes. Quamquam uideo non nullis uideri

---

ACNB 1. 2 id est . . . naturae *del Walkerus, cf p.* 209,3 *et Metrodori Timocraten accusantis uerba p.* 254,1 2 uentılatoremq; *N* ueneratorem que *B.* θηρευτήν * 4 cæſioſ *ex* caſioſ *B. cf Nigidius fr.* 43 *Funai. Festus p.* 174,6 *M.* 5 ⊖t, ⊖ *in ras et* t *red (an ex c) rec A* esse *om dett Ald tbmc* uisentes *Klotzius nou. ann.* LXXXIII *(*1861*)* 711 *et adn.* I 7 *cl Val. Max.* VIII 11 *ext.* 3 tenet uisentis Athenis Volcanus Alcamenis manibus fabricatus: praeter cetera enim perfectissimae artis in eo praecurrentia indicia etiam illud miratur quod stat dissimulatae claudicationis sub ueste leuiter uestigium repraesentans, *quae ut uidentur sumpta a Cicerone ita de eius uerbis nihil possunt probare; et omnino de* esse *uereor ne iniuria dubitetur et Cotta dicat tamquam* cum laude commemoramus esse Athenis Volcanum*; cf p.* 52,5 6 alcmeneſ *C* alcıneneſ *N* 8 faciamus *dett, Valckenario (ad Herodot.* VII 184*) auctore Ernestus; interrogari Maduigii suasu fecit t* 9 nonantur *pr A* 10 tu *add A* 11 idem in Africa *inuitus om m* 15 quam *ex* quem *B* ptıuſ neſcıre* [t *ut uid*] *B* 16 neſcıŗıſ *A* neſcıerıſ *N* neſcıſ, ſ *posterior in ras* II *litt B* ıſtā̆ *add pr A* ıſtā *BGN* tibi *Manutius; uide Vahlenum de leg. p.* 130,3 *(supra p.* 24,16*)* 22 humano usu *dett Ven* ~ uisu *Ald mc* ~ corpore *Klotzius adn.* I 7 ~ corpore sunt di *Forchhammero (p.* 40*) auctore Goethius* necta$^{h\cdot}$ *ex* nectu *B.* tali *quali sunt sol luna caelum (ita recte Orellius);* alio *dett, Dauisio auctore Heindorfius, probat etiam c* ita *om D* item *Forchhammerus l. d.; uide p.* 131,12 25 uenerantes *Manutio auctore Lambinus* numeranteſ *ACNB* uideŗeŗı *A* uideri* [t] *B. cf p.* 258,20

Epicurum, ne in offensionem Atheniensium caderet, uerbis reliquisse deos re sustulisse. itaque in illis selectis eius breuibusque sententiis, quas appellatis *κυρίας δόξας*, haec ut opinor prima sententia est: 'quod beatum et inmortale est id nec habet nec exhibet cuiquam
31 negotium'; in hac ita exposita sententia sunt qui existiment, quod ille inscitia plane loquendi fecerit, fecisse consulto: de homine mi-
86 nime uafro male existimant. dubium est enim utrum dicat aliquid esse beatum et inmortale an si quod sit id esse [mor]tale. non animaduertunt hic eum ambigue locutum esse, sed multis aliis locis et illum et Metrodorum tam aperte quam paulo ante te. ille uero deos esse putat, nec quemquam uidi qui magis ea quae timenda esse negaret timeret, mortem dico et deos: quibus mediocres homines non ita ualde mouentur, his ille clamat omnium mortalium mentes esse perterritas. (tot milia latrocinantur morte proposita, alii omnia quae possunt fana conpilant: credo aut illos mortis timor terret aut hos religiones.)

87 Sed quoniam non audes (iam enim cum ipso Epicuro loquar) negare esse deos, quid est quod te inpediat aut solem aut mundum aut mentem aliquam sempiternam in deorum numero ponere? 'Numquam uidi' inquit 'animam rationis consilique participem in ulla alia nisi humana figura'. Quid solis numquidnam aut lunae aut quinque errantium siderum simile uidisti? sol duabus unius orbis ultimis partibus definiens motum cursus annuos conficit; huius hanc [in] lustrationem eiusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet;

---

1 offenſıone *ACB* relıquıſſe*|eoſ *ex* ~ſ&|eoſ *B* 2 reſ *A* *ACNB* ſuſtulıſſe* *ex* ~ſ& *B* itaque *cf Maduigius de fin.* I 6,18 *electuſ [ſ] *A* ſententıſ. GR̄. *H;* GR̄. *mg D* 3 cyrıaſ doxaſ *ACNB. cf de fin.* II 7,20 4. 5 *cf p.* 224,24 4 cuı quā, I *et proxima hasta in ras paulo ampliore, fuit* cum ~ *ut uid B* 5 ex*** ıſtıment [ıb&] *B* 6 ınciţıa *pr B* Inſcıta *H* ĭſcıentıa *D* plane, a *ex* e *B* fecerıt *cum ras corr* ~rat *A tbmc* ~run *uel* ~rım *G. possis etiam* fecit, *sed cf p.* 223,11. 228,9 *de diu.* II 45,94 ualeat, *Brut.* 7,27 fuerit *(ibi et ad* 26,100 *Krollius)* 7 enī| *add B* 8 esse b. *dett, Walkero auctore Heindorfius* ıſte b. *ACNB* b. esse *dett tbm per errorem ut opinor, certe corrupta ui sententiae; non puto* iste esse b. *de genere distinctionis cf pro Mur.* 32,67 *pro Caec.* 29,82 anſıquodſıt | ıd-eſſemortale$_7$ *in mg add B;* quid *Schoemannus (opusc.* III 318 *s) mc;* ıd ēē· ĭmortale *N, del Orellius tbmc,* id esse tale *('so und so', scil. ut nec habeat nec exhibeat cuiquam negotium) Heindorfio auctore Schuetzius, cf* III 12,29, *de re Sextus adu. math.* XI 8 *ss* 9 locutū *cum ras ex* loculu *B* 10 te *om C* 11 quam quā *ex* ~qua *ut uid B* 13 moųeuntur *A* 16 relıgıoneſ *corr* ~nȷſ *B tbmc; illud defendit Klotzius adn.* II 11 17 *redit ad p.* 240,23 18 quȷdē *ex* quodē *B* aut solem aut lunam *Ald, sed cf p.* 246,1 19 numero *Walkero auctore m* natura *ACNB tb* 20 inquis *dett Heindorfius; cf p.* 13,5 (16). 17,11. 19,17. 20,2. 99,8. 10. 119,6. 125,5. 129,10. 252,1 (254,9) III 37,90 *de diu.* II 34,72. 53,109 *Reisigius schol. n.* 344*; quam id late pateat intelleges cl epist.* IX 22,4 *de leg.* II 23,59. 24,60. 26,64. — *uide p.* 225,25 20 anımā̆./ ratıonıſ *ex* anımorat~ *B* 21 quıd, I *in ras ex* o *A* 23 annuſ *pr A* 23. 24 lustrationem *dett Marsus* ınl~ *B* ıll~ *CN* ınluſtratatıonē *A*

quinque autem stellae eundem orbem tenentes aliae propius a terris aliae remotius ab isdem principiis disparibus temporibus eadem spatia conficiunt. num quid tale Epicure uidisti? ne sit igitur sol 88
ne luna ne stellae, quoniam nihil esse potest nisi quod attigimus aut uidimus. quid deum ipsum numne uidisti? cur igitur credis esse? Omnia tollamus ergo quae aut historia nobis aut ratio noua adfert. ita fit ut mediterranei mare esse non credant. quae sunt tantae animi angustiae ut, si Seriphi natus esses nec umquam egressus ex insula, in qua lepusculos uulpeculasque saepe uidisses, non crederes leones et pantheras esse cum tibi quales essent dicerentur, si uero de elephanto quis diceret etiam rideri te putares.

Et tu quidem Vellei non uestro more sed dialecticorum, quae 89
funditus gens uestra non nouit, *angustia* argumenti sententiam conclusisti. beatos esse deos sumpsisti: concedimus. beatum autem esse sine uirtute neminem posse: id quoque damus, et libenter quidem. 32
uirtutem autem sine ratione constare non posse: conueniat id quoque necesse est. adiungis nec rationem esse nisi in hominis figura. quem tibi hoc daturum putas? si enim ita esset, quid opus erat te gradatim istuc peruenire; *sumpsisses tuo iure.* quod autem est istuc gradatim. [sumpsisses tuo iure] nam a beatis ad uirtutem, a uirtute ad rationem uideo te uenisse gradibus; a ratione ad humanam figuram quo modo accedis? praecipitare istuc quidem est non descendere.

ACNB 1 terris *pro* terra *insolite dictum monet c* 3 nunc *CN, corr* num *B* epicure* [ı] *B* 4 attıngım; *C (praeter G ut uid) N* 5 n̄ ne *N* numme *B. cf antibarbarus Krebsianus s. u.* 6 noua *neutrum* 7 ſıt *C* fiet *dett Rom ft recte, cf m part.* II *uol.* III *p.* 63,2 *Tusc.* II 6,16 *(fit libri) in Anton.* XII 7,16 fiet, *hic p.* 123,11. 215,1. 257,16 II 8,21 meditranej *CO* (~tare meı *N)* medıterranı *(cf corp. gloss.* II 368,29*) B, corr* ~nij *rec A* ınare *pr A teste Schwenkio; mihi dubium est* tantę| *add A* 8 anguſtıae* [ſ] *B de distinctione cf Maduigius de fin.* IV 12,30 e& *B* 9 uulpıculaſ que *A* 10 diceretur *dett Ven tbmc, sed cf* II 44,115 *(Maduigius de fin.* V 21,58*) Lael.* 16,56 *(cum Seyfferto) ad Att.* VIII 12,4 significata sunt, *Tusc.* I 24,56 sanguinem bilem ... uideor posse dicere unde concreta ... sint, *de diu.* II 50,103 uidesne 11 *post* putares *illa quae scripta sunt p.* 246,12—17 *exhibet c auctore Bakio, qui deinde* sed tu *scribi uolebat* 12 et *in ras rec A* quem *Manutio auctore Lambinus tb* quos *Iunt; cf p.* 117,18 *Tusc.* I 2,4 musici floruerunt discebantque id omnes 13 angustia *addidi cl* II 7,20*;* argumentis *Rom c* ~to *dett, ex Lambini coniectura m (quem uide);* argumenta sententiae *(sic dett tb) uel* argumenti summam *Schoemannus opusc.* III 289. 328*; cf Maduigius de fin.* I 9,30 ſentētıa *N* conclusisti *p.* 225,23 *ss* 14 esse *posterius om ACN, ante* posse *habet N (ibidem add rec D) Ven mc; cf p.* 225,24 15 memınē *B* 17 nec *om A* 18 datuṭurum *B* 19. 20 s. t. i. *de Facciolati sententia transposuit Lallemandus (*19 gradatı ıſtud *transpositum ft pr D;* istuc peruenire quid a. e. i. gradatim *om G), scilicet primo a* (perue)nıre *ad* ıure *aberratum, deinde omissa loco non suo addita (*quid a. e. i. gradatim *Walkero auctore del Dauisius)* 19 quod *quale;* quid *dett Rom tbmc* qui *Schoemannus opusc.* III 305 *n.* 1 *cl* II 2,5 *in.* 20 N̄ā// beatıſ, Nā *in ras et* ā *add rec A*

90 Nec uero intellego cur maluerit Epicurus deos hominum similes dicere quam homines deorum. quaeres quid intersit; si enim hoc illi simile sit esse illud huic. uideo, sed hoc dico, non ab hominibus formae figuram uenisse ad deos; di enim semper fuerunt, nati numquam sunt, si quidem aeterni sunt futuri; at homines nati; ante igitur humana forma quam homines; eaque erant forma dii inmortales: non ergo illorum humana forma sed nostra diuina dicenda est.

Verum hoc quidem ut uoletis; illud quaero, quae fuerit tanta fortuna (nihil enim ratione in rerum natura factum esse uultis) —
91 sed tamen quis iste tantus casus, unde tam felix concursus atomorum ut repente homines deorum forma nascerentur. seminane deorum decidisse de caelo putamus in terras et sic homines patrum similes extitisse? uellem diceretis; deorum cognationem agnoscerem non inuitus. nihil tale dicitis, sed casu esse factum ut essemus similes deorum.

Et nunc argumenta quaerenda sunt quibus hoc refellatur. utinam
33 tam facile uera inuenire possim quam falsa conuincere. Etenim enumerasti memoriter et copiose, ut mihi quidem admirari luberet in homine esse Romano tantam scientiam, usque a Thale Milesio de
92 deorum natura philosophorum sententias. omnesne tibi illi delirare uisi sunt qui sine manibus et pedibus constare deum posse decreuerint?

Ne hoc quidem uos mouet considerantis, quae sit utilitas quaeque oportunitas in homine membrorum, ut iudicetis membris humanis

---

3 ılliſ *B. de casu uide Haasium ad Reisigii scholas n.* 550 *p.* 620 *ed.* III *ACNB*
4 *Lucretii* IV 69 formai seruare figuram *(de rebus minutis quae a summis rebus seruato ordine iaciuntur) contulit Schoemannus non prorsus apte, et de interpretamento cogitat c; crediderim potius* formam et figuram *fuisse ut de off.* ***exı I 35,126 formam nostram ceteramque figuram, *cf p.* 225,22 4 addeoſ,ðıı ſıſemp [ᵈᵘ] ,ðıı *in ras, cuius in principio agnoscere uideor* ſ, ſı *add (fuerit* addeoſ ſı·ɴ· ſemp*) B* 5 ſıquıdem a&ernı|ſunt *in mg B* 6 hominеſ *bis sed posterius del B* eaque *dett Ald* ea qua *ACNB (*qua*|erant *ex* quae|rant *B) tmc (ante non distinguentes).* ante i. di inmortales hum. f. q. h. ea qua *ci c* 10 quiſte*tantuſ *media* t *add et ex parte in ras B* atomorum *in* t *nescio quid corr, sed trabes pr B* 11 repente* *ex* ~teſ *aut* t& *B* ne *om ACN* 12 terraı·* *(uoluit ut uid* ~aſ*) ex* ~am *A* 13 *de permutatione in B facta uide praefationem* 15 n̄c, c *in ras B* 15. 16 *Lactantius diu. inst.* II 3,24 nota Ciceronis uox est 'utinam ... conuincere'. *idem de ira Dei* 11,10 adeo et ipse *(Tullius)* testatus est falsum quidem apparere ueritatem tamen latere: 'utinam' inquit 'tam ... conuincere'; quod quidem non dissimulanter ut Academicus sed uere atque ex animi sententia proclamauit 16 ueraṃuenıre *ex* ueramuenıre *ut uid A* poſſē *D et utroque loco Lactantius* enumerasti *p.* 212,1 *ss* 17 ıubet *N. cf p.* 230,6 18 hominеſ *ft pr B* uſ que*, e *in ras, ex* ut quae *B* 19 delı[r]are *(*r *ex* l*) pr A* delı|are *pr B. cf p.* 223,15 20 & *add B* decreuerunt *N tb; coniunctiuum defendunt Klotzius adn.* II 5 *Wetzelius 'selbständiger und bezogener Gebrauch der Tempora'* 38 *m, cf p.* 219,2*; accedit ratio numeri*

deos non egere? quid enim pedibus opus est sine ingressu, quid manibus si nihil conprehendendum est, quid reliqua discriptione omnium corporis partium, in qua nihil inane nihil sine causa nihil superuacuaneum est, itaque nulla ars imitari sollertiam naturae potest. habebit igitur linguam deus et non loquetur, dentes palatum fauces nullum ad usum; quaeque procreationis causa natura corpori adfinxit ea frustra habebit deus; nec externa magis quam interiora, cor pulmones iecur cetera, quae detracta utilitate quid habent uenustatis (quando quidem haec esse in deo propter pulchritudinem uoltis).

Istisne fidentes somniis non modo Epicurus et Metrodorus et 93
Hermarchus contra Pythagoram Platonem Empedoclemque dixerunt sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausast — scito illa quidem sermone et Attico, sed tamen: tantum Epicuri hortus habuit licentiae. et soletis queri; Zeno quidem etiam litigabat; quid dicam Albucium; nam Phaedro nihil elegantius nihil humanius, sed stomachabatur senex si quid asperius dixeram, cum Epicurus Aristotelem uexarit contumeliosissime, Phaedoni Socratico turpissime male dixerit, Metrodori sodalis sui fratrem Timocraten quia nescio quid in philosophia dissentiret totis uoluminibus conciderit, in Democritum ipsum quem secutus est fuerit ingratus, Nausiphanem magistrum suum, a quo *non* nihil didicerat, tam male acceperit. Zeno 34

ACNB 2 deſcrıptıone *DN, pr M, b, cf* II 47,121 4 eſ*t [*hasta*] *B* 4. 5 itaque ... potest *del c auctore Stammio diss.* 27 *cl* II 32,81. 57,142; ut ... possit *ci Heindorfius. ante* itaque *grauius incidebatur* 4 naturę ſollertıā *C* 7 adfinc̣ıt *pr ut uid A* ınterıora, ın *in ras A* 8 cetera quae *B* detracta*, ~a *ex* o *pr ut uid* [*ft* t] *A* 8 *utılıtate [h] *B* 9 ınde *BG, pr A, corr* ı̄de^{ſſ} *rec D* 11 ıtıſ ne *pr B* fidentıſ *BN, corr* ~teſ *A* ſomnıſ *N, pr A* epicuruſ, ru *in ras,* ſ *red A. cf fr.* 235 *ss Vs., idem p.* 101,30. 123,19 *Croenertus (cf p.* 107,16) 18 12 hermarcuſ *ACN* 13 theofraſtrum *B* auſaſıt *ACN, ex* auſaē *B* 14 quıdem *bis sed posterius del A* ad|tıco *pr B* sed tamen *subaudi* ausast *(rem perspexit Victorius uar. lect.* XXIV 18*); similiter Tusc.* II 11,26 animaduertebas igitur — etsi tum nemo erat admodum copiosus, uerum tamen *(intellege* animaduertebas*)* uersus ab iis admisceri orationi, *ad Att.* XIV 12,1 multa illis Caesar neque me inuito — etsi latinitas erat non ferenda, uerum tamen *(scil.* me non inuito, *cf ibid.* XIII 2,1 XVI 3,3 *epist.* XVI 23,1 *ad Q. fr.* II 7,1, *liberius epist.* II 16,6*); et interdum ponit uocabulum repetendum, uelut p.* 107,5. 243,10 *(de fin.* I 2,5*) de domo* 49,127 disce a gentili tuo — quamquam ille gentem istam reliquit, sed tamen disce, *pro Mil.* 30,81 *ad Att.* X 1,3; *cf p.* 238,3. 6. *nec aliter* et tamen *posuit p.* 219,5. *cf de his particularum coniunctionibus Maduigius de fin.* II 26,84 *Landgrafius ad Reisigii scholas* III 264 *Karstenus Mnemos.* XVIII *(1890)* 333 *ss Gustauus Friedrich ad Catull.* 68,143 *(adde Cic. Brut.* 29,112*)* ſedtamentum epicuri *A* 16 albycıum *B* 17 sed *cf p.* 71,7 ſtomo chabatur *B* ſenex›, x *red A* 18 arıſtotılē *CN* 20 conciderit *dett Rom Ven* ~r& *ACNB* consciderit *'quidam' a Lambino commemorati, Heindorfius* 21 nauxıfanē *A* nauſifanen *H (tbm)* 22 a*quo [b *ut uid*] *B* non *add dett, ex Pearcii coniectura Heindorfius, om c arbitratus cum Dauisio per simu-*

quidem non eos solum qui tum erant, Apollodorum Sillim ceteros, figebat maledictis, sed Socraten ipsum parentem philosophiae Latino uerbo utens scurram Atticum fuisse dicebat, Chrysippum numquam
94 nisi Chrysippam uocabat. tu ipse paulo ante cum tamquam senatum philosophorum recitares, summos uiros desipere delirare dementis esse dicebas. quorum si nemo uerum uidit de natura deorum, uerendum est ne nulla sit omnino.

Nam ista quae uos dicitis sunt tota commenticia, uix digna lucubratione anicularum. non enim sentitis quam multa uobis suscipienda sint si inpetraritis ut concedamus eandem hominum esse et deorum figuram. omnis cultus et curatio corporis erit eadem adhibenda deo quae adhibetur homini, ingressus cursus accubitio incli-
95 natio sessio conprehensio, ad extremum etiam sermo et oratio. nam quod et maris deos et feminas esse dicitis, quid sequatur uidetis. equidem mirari satis non possum unde ad istas opiniones uester ille princeps uenerit.

Sed clamare non desinitis retinendum hoc esse, deus ut beatus inmortalisque sit. quid autem obstat quo minus sit beatus si non sit bipes, aut ista siue beatitas siue beatitudo dicendast (utrumque omnino durum, sed usu mollienda nobis uerba sunt) — uerum ea

---

lationem Cottam ex Epicuri mente loqui, cf p. 235,6. 17*; quod ut fieri potuerit, tamen parum uerisimile est haec aliter illum accipi uoluisse atque illa* quem secutus est, *quod scilicet Epicurus non concessit* dedıcerat *B*

1 fıllım *A* fılū *C tbmc* fillum *N* fıue, ue *in ras, primo uid fuisse* fıllı *B.* *ACNB* Ephillum *Croenertus (cf p.* 107,16*)* 80 *n.* 395 *cl Diog. L.* VII 39, *ubi* Ἀπολλόδωρος ὁ Ἔφιλλος *libri, ut, nisi forte Cicero duorum nomina crediderit quae unius essent, nomen aliquod interciderit; et cognomen esse* Sillum *Victorius significauerat. in homine utique ignoto tenui* Sillim, *cf CIG* 3733 *(Tyrius) IG* VII 3183 *(Orchomenius)* IX 2,1190 *(Sidonius)* 2 ſocratem *BDH (non G) c* parentē *ex* ~tū *ut uid B* latıno *cum ras ex* ~e *A* 3 attıcū, *prioris* t *trabes e corr, in infima hasta aliquid rasum B* *Minucius Felix* 38,5 Socrates scurra Atticus*; Lactantius diu. inst.* III 20,15 *de Socrate* o hominem scurram, ut ait Zeno Epicureus 4 chỹſıppā *N* chryſippū *B* Cesippum *Ven* Ch~ *Victorius. contulerunt Timonis illud fr.* 62 *Diels.* καὶ Φοίνισσαν ἶδον λιχνόγραννν, *Galen. de plac. Hipp. et Plat.* III *p.* 339 *K. de Chrysippi libris* τάχα ἄν τῳ δοξάντων, ὡς αὐτός φησιν, ὑπὸ γραμματιστοῦ τινος ἢ γραὸς ἀδολεσχούσης εἰρῆσθαι; *de conuicii genere cf interpretes Horat. sat.* I 8,39 tāq*ā *ex* tanqā *ut uid (*~ā *red) B* 6 dicebas *p.* 221,5. 223,15 de *add B* uerendū eſt *add B* 7 nulla *ex* ~o *B* 8 dıctıſ *pr (corr rec) A* 10 ınpetra,rıtıſ *rec AD* ınpetratıſ *N* ımp&rarıtıſ *ex* ın p&raretıſ *(sic O) B* eadem *ex* eadem *ut uid B* 12 accubıto *pr A* accubatıo *D* acubıtıo *pr B* 15 uī* [t?] *A* 18 ımmortalıſq· ... beatuſ *in mg B* 19 ımpeſ *C* 19. 20 *Quintilianus inst. or.* VIII 3,32 at in tractu et declinatione talia sunt *(ficta scilicet)* qualia apud Ciceronem beatitas et beatitudo; quae dura quidem sentit esse uerum tamen usu putat posse molliri. *idem* I 5,72 noua non sine quodam periculo fingimus ... audendum tamen; namque, ut Cicero ait, etiam quae primo dura uisa sunt usu molliuntur. *cf p.* 54,1 19 dıcenda eſt *B* dıcenda ſunt *ACN*

quaecumque est cur aut in solem illum aut in hunc mundum aut in aliquam mentem aeternam figura membrisque corporis uacuam cadere non potest? nihil aliud dicis nisi 'Numquam uidi solem aut mundum 96
beatum'. Quid mundum praeter hunc umquamne uidisti? Negabis. cur igitur non sescenta milia esse mundorum sed innumerabilia ausus es dicere? 'Ratio docuit.' Ergo hoc te ratio non docebit, cum praestantissima natura quaeratur eaque beata et aeterna, quae sola diuina naturast, ut inmortalitate uincamur ab ea natura sic animi praestantia uinci, atque ut animi item corporis? cur igitur cum ceteris rebus inferiores simus forma pares sumus; ad similitudinem enim deo*rum* propius accedebat humana uirtus quam figura. An quicquam tam puerile dici potest (ut eundem locum diutius ur- 35 97
geam) quam si ea genera beluarum quae in rubro mari Indiaue gignantur nulla esse dicamus. atqui ne curiosissimi quidem homines exquirendo audire tam multa possunt quam sunt multa quae terra mari paludibus fluminibus existunt; quae negemus esse, quia numquam uidimus.

Ipsa uero quam nihil ad rem pertinet quae uos delectat maxime similitudo. quid canis nonne similis lupo (atque ut Ennius 'simia quam similis turpissuma bestia nobis'); at mores in utroque dispares. elephanto beluarum nulla prudentior: ad figuram quae uastior? de 98

ACNB 1 cur*aut, r *red, ex* cura*ut *B* |uacuam, u~ *cum ras corr, ft ex* n *B* 3 *cf p.* 227,16 *ss* 4 umquamne *Rom* nūquā ne *ACNB* 5 *explicatius sic fere scripsisset* cur igitur non unum mundum esse dixisti sed plures — et quidem non *(i. e.* non tantum*)* sescenta *eqs* ınnuberabılıa *pr B* 6 dicere *cf p.* 228,10 Ergo *in ras rec A* docebat *Schoemannus ed.* II *et* III *ut opinor inuitus* 8 ſola *ex* ~o *A* natura ē *B* ~ſunt *AC, quod Schoemannus defendebat opusc.* III 319*;* in d. n. sunt *dett Marsus* dıuine nature ſunt *N.* *'idem est ac si dicas:* ea enim sola diuina natura est' *Maduigius apud t; cf p.* 225,3. 227,3 uincimur *dett Lambinus; cf u.* 13 *p.* 219,2 11 dei *Lambinus* deorum *Muellerus coniect. Tull.* 17 deo *ACNB t (quod non recte defendunt Heindorfius et Wopkensius lect. Tull.* II 3*)* cum deo *F. W. Schmidtius misc. crit. (progr. Neostrelit.* 1868*)* 12 *cl de leg.* I 8,25 *al. cf de re p.* I 7,12 propius ad deorum numen uirtus accedat humana, *pro Rab. perd. reo* 2,5 *de diu.* I 1,1 *ad Att.* VII 2,3 Alexidis manum .. tam prope accedebat ad similitudinem tuae 12—17 an ... uidimus *post* putares *p.* 242,11 *transponunt Bakius c; quorum cum illis quae sunt u.* 3—6 *eadem ratio est quae intercedit inter p.* 241,19—242,5 *et proxima usque ad p.* 242,11*, nisi quod hoc loco dissimile argumentum interiectum est u.* 6—11 12 pueri_le/dıcı *ex* pueri letıcı *A* 13 bel—uarum·q̄; *ex* bel uarum q; *ut uid, nam in* l *nihil uideo correcti A* gignuntur *Schoemannus, cf u.* 8 14 nec *C* 15 exquırendo* [ſ] *B* adıre *C* 16 negemus *interrogari cum aliis significant tbm; cf p.* 242,3 *de diu.* I 17,33 18. 19 *Plato soph.* 231 *A* ἀλλὰ μὴν προσέοικε τοιούτῳ τινὶ τὰ νῦν εἰρημένα. |ᶠ καὶ γὰρ κυνὶ λύκος ἀγριώτατον ἡμερωτάτῳ. τὸν δὲ ἀσφαλῆ δεῖ πάντων μάλιστα περὶ τὰς ὁμοιότητας ἀεὶ ποιεῖσθαι τὴν φυλακήν· ὀλισθηρότατον γὰρ τὸ γένος
ſ
19 ſımılıtudo lupo *ex* ~pı *B* Ennius *sat.* 69 *Vahl.* 21 at figurā *B* ~ra* [m] *F* ~ra *N mc; cf p.* 258,16 *de leg.* III 8,19 insignis ad deformitatem *(thes. l. L.* I 546 *s)* *q̄; *(correctum fuit* ·q̄;*) A* que *C*

bestiis loquor; quid inter ipsos homines nonne et simillimis formis dispares mores et moribus *paribus* figura dissimilis?

Etenim si semel Vellei suscipimus genus hoc argumenti, attende quo serpat. tu enim sumebas nisi in hominis figura rationem inesse non posse; sumet alius nisi in terrestri, nisi in eo qui natus sit, nisi in eo qui adoleuerit, nisi in eo qui didicerit, nisi in eo qui ex animo constet et corpore caduco et infirmo, postremo nisi in homine atque mortali. quod si in omnibus his rebus obsistis, quid est quod te forma una conturbet? his enim omnibus quae proposui adiunctis in homine rationem esse et mentem uidebas; quibus detractis deum tamen nosse te dicis, modo liniamenta maneant. hoc est non considerare sed quasi sortiri quid loquare.

99 Nisi forte ne hoc quidem adtendis, non modo in homine sed etiam in arbore quicquid superuacuaneum sit aut usum non habeat obstare. quam molestum est uno digito plus habere; quid ita: quia nec speciem nec usum alium quinque desiderant. tuus autem deus non digito uno redundat sed capite collo ceruicibus lateribus aluo tergo poplitibus manibus pedibus feminibus cruribus. si ut inmortalis sit, quid haec ad uitam membra pertinent, quid ipsa facies? magis illa, cerebrum cor pulmones iecur: haec enim sunt domicilia uitae; oris quidem habitus ad uitae firmitatem nihil pertinet.

36 100 Et eos uituperabas qui ex operibus magnificis atque praeclaris, cum ipsum mundum, cum eius membra caelum terras maria, quomque horum insignia solem lunam stellasque uidissent, cumque temporum maturitates mutationes uicissitudinesque cognouissent, suspicati essent aliquam excellentem esse praestantemque naturam, quae haec effecisset moueret regeret gubernaret. qui etiam si aberrant a

2 paribus *Klotzio auctore (adn.* I 9*) add c,* simillimis *dett Dauisius tbm* *ACNB* similibus *ci t; cf de diu.* II 43,90 3 etenim *cf* II 6,16 suscepimus *dett Lambinus* 6 quıddıcerıt *pr A (*nisi ... didicerit *om H)* quı*dıdıcerıt [d] *B* 10 hominē *AN* ~ē̊ *B* mentē *lineola ft add A* 12 loq̊r *D* loquere *H* 15 obſtare *ex* ab~ *uix pr B* qđ *ADG* 16 nec specie nec usu *ex Boherii suspicione tbm* nec ad speciem nec ad usum *dett Heindorfius c; at neutiquam credi potest Ciceronem alium pro sexto posuisse, recteque anonymus Oliueti sic explicat 'homo quinque digitis instructus nec aliam speciem nec usum alium desiderat; contentus est ea specie ac forma, quam habet manus instructa quinque digitis'; nec hoc multo uidebitur dictum audacius quam* II 17,45 cuius opinionis leuitas confutata a Cotta non desiderat orationem meam alıū·quınq; *lineola add,* ·qu *in ras, sic ut uid A* 17 redundaṫ, *superius punctum pr, B* 18 ſı*ut [c] *A* 21 quıđē** *ex* quıdeſt *B* 22 et] at *N* uituperabas *p.* 228,2 *ss* 23 cūq·|****** *ex* cū|quoque *ut uid (*q q e *certae, minus* o*) B* 27 efficıffet *A* fecıſſ& *H (non G) N* aberant *G, pr B* a *del Ernestus tbm Walkero auctore (cf Schoemannus opusc.* III 321. 367*), qui confert ad Att.* XIV 22,1 ne nihil coniectura aberrem *(*ne a c. a. *Crat); sed in Anton.* XII 9,23 *item libri* num aberret a coniectura

coniectura uideo tamen quid sequantur: tu quod opus tandem magnum et egregium habes quod effectum diuina mente uideatur, ex quo esse deos suspicere? 'Habebam' inquis 'in animo insitam informationem quandam dei'. Et barbati quidem Iouis, galeatae Mineruae: num igitur esse talis putas? Quanto melius haec uulgus imperito- 101
rum, qui non membra solum hominis deo tribuant sed usum etiam membrorum; dant enim arcum sagittas hastam clipeum fuscinam fulmen, et si actiones quae sint deorum non uident nihil agentem tamen deum non queunt cogitare. ipsi qui inridentur Aegyptii nullam beluam nisi ob aliquam utilitatem quam ex ea caperent consecrauerunt; uelut ibes maximam uim serpentium conficiunt, cum sint aues excelsae cruribus rigidis corneo proceroque rostro; auertunt pestem ab Aegypto, cum uolucris anguis ex uastitate Libyae uento Africo inuectas interficiunt atque consumunt, ex quo fit ut illae nec morsu uiuae noceant nec odore mortuae. possum de ichneumonum utilitate de crocodilorum de faelium dicere, sed nolo esse longus. ita concludam, tamen beluas a barbaris propter beneficium consecratas, uestrorum deorum non modo beneficium nullum extare sed ne factum quidem omnino. | 'Nihil habet' inquit 'negotii'. Profecto 102
Epicurus quasi pueri delicati nihil cessatione melius existimat. at 37
ipsi tamen pueri etiam cum cessant exercitatione aliqua ludicra delectantur: deum sic feriatum uolumus cessatione torpere, ut si se

suspicio periculi mei *(a del Schoemannus l. d. 322); quod si uerum est, coniectura erit quasi εὐδυβολία (cf Quint. inst. or. III 6,30)*

ACNB 3 habeo *Ald* habemus *dett Heindorfius; significatur id tempus quo coeperunt esse deos credere, cf p.* 246,11 *de diu.* II 47,99 *(saepius in relatiuis sententiis, uelut p.* 44,5. 49,6 II 23,61. 47,123 III 22,55*) Wesenbergus ad Tusc.* II 18,43 ınquıſ*ın, ſ *ft red B;* ınquıd *G. cf p.* 224,5 5 quanato *corr* quan*to *B*, quamto *ut uid (litterae* m *hasta tertia in ras) A* 6 trıbuunt *H (non G)* &ıam* [? *ut uid*] *A* 8 uıd& *AC (corr ft pr H), pr B*
9—15 *scholiasta Iuuenalis sat.* 15,3 ibin propterea Aegyptii uice numinis colunt, quod illi naturale cum serpentibus bellum est. nam cum Aegyptum Nilus etiam serpentibus inundauerit, illa eos omnes deuorat simul et aspides. de huiuscemodi animalium genere Cicero in libro de natura deorum primo sic ait: 'ipsi qui .... mortuae' 9 *ır–|rıdentur, ır *in ras rec A* egẏptį́ı** nullā, ı́ *add rec* [*ft* ın] *A* 11 ibis *schol. Iuuen.; quartum casum intellegebat Heindorfius deinde* nam *inserens* serpentum *schol. Iuuen.* 11. 12 ſint*ɑueſ, ɑı *in ras III uel IV litt B* 12 excel|ſe *inferius punctum pr ut uid B* regı dſ *B* roſtro*, o *prior ft ex* e [*punctum ut uid*] *B* 13 *anguſ [ſ] *B* ex Libyae uastitate *schol. Iuuen.* 14 Africano *schol. Iuuen.* ınuectaſ *ex* ~teſ *B* ~tos *Boherius, idem deinde* illi . . uiui . . mortui, *cf thes. l. L.* II 51,63 e *schol. Iuuen.* fit *ex* ſit *A* 14. 15 nemorſu *AN* 15 odorē *cum ras ex* ~rū *B* poſ*ſum [n?] *B* 17 benefium *A* 19 inquit *cf p.* 224,25 negotıı *ex* nog~ *B;* negotı Profecto, ı P *in ras rec (prius signum punctumne sit an* ı *non liquet) A* 20 epıcuruſ ꝓfẹcţ quaſı *A* Epicurus *fr.* 426 *Vs. ἡσυχίαν σχολὴν ῥᾳστώνην* 21 exercıta|tatıone *B*

commouerit uereamur ne beatus esse non possit. haec oratio non modo deos spoliat motu et actione diuina sed etiam homines inertis efficit, si quidem agens aliquid ne deus quidem esse beatus potest.
103 Verum sit sane ut uultis deus effigies hominis et imago: quod eius est domicilium quae sedes qui locus, quae deinde actio uitae, quibus rebus id quod uultis beatus est? utatur enim suis bonis oportet *et* fruatur qui beatus futurus est. nam locus quidem his etiam naturis quae sine animis sunt suus est cuique proprius, ut terra infimum teneat, hanc inundet aqua, super*ior aeri*, aether*iis* ignibus altissima ora reddatur; bestiarum autem terrenae sunt aliae, partim aquatiles, aliae quasi ancipites in utraque sede uiuentes, sunt quaedam etiam quae igne nasci putentur appareantque in ardentibus
104 fornacibus saepe uolitantes. quaero igitur uester deus primum ubi habitet, deinde quae causa eum loco moueat, si modo mouetur aliquando, postremo, cum hoc proprium sit animantium ut aliquid adpetant quod sit naturae accommodatum, deus quid appetat, ad quam denique rem motu mentis ac rationis utatur, postremo quo modo beatus sit quo modo aeternus. quicquid enim horum attigeris ulcus est: ita male instituta ratio exitum reperire non potest.
105 Sic enim dicebas, speciem dei percipi cogitatione non sensu, nec esse in ea ullam soliditatem, neque eandem ad numerum permanere, eamque esse eius uisionem ut similitudine et transitione cernatur neque deficiat umquam ex infinitis corporibus similium ac-

1 ratıo *H probante Boherio et Heindorfio; cf p.* 89,13. 16 2 diuina *insiticium ACNB putat Reinhardtus p.* 24 *n.* 1, *cf* II 16,44 4 uultis *cf p.* 236,12. 243,1
÷
effıgıeſ* ho|mınıſ, g *ex* c [÷ *ut uid*] *A* 6 bonıſ* [*punctum ut uid*] *B* 7 et *add dett Ald*, ac *Rom* ıſ *H (non G) tbmc* 9 ınundat *ANB* ſuperı *ACB*, *pr M* ſupremū *N* aeri aetheriis *m* etherıſ *H* a&herı *B tb, corr* ~rıſ *M* (a)ether *ADGN* aer *Marsus* aeri *Manutius; cf* II 36,91. 39,101
10 ſt̄ *H* ſınt *ADGNB* 11 ancı|pıteſ, c *in ras paulo ampliore,* ı| *add B.* ἀμφίβιοι uıuenteſ *posterior* u *in ras, fuit* d *ut uid A* 12 ex igne *Lambinus* in ~ *Dauisio auctore Heindorfius tb; Klotzius adn.* II 13 *attulit Sen. nat. quaest.* V 6 animalia igne generari. *πυρίγονοι* 13 uī* [*fuerit* t] *A* 15 poſtremo *ACNB (defendit Klotzius adn.* II 13 *deinde quasi nouam seriem adiungi statuens)* porro *Heindorfio auctore Schuetzius tbmc (sed c dubitat in addendis, cf Seyffertus schol. Lat.* I 56 *ed.* IV*)* post *Nobbius (probabilius ceteris)* postea *Degenhartus p.* 60 *ss Goethius* 16 naturae accommodatum *τὸ οἰκεῖον, cf p.* 86,16 *(pronomen non addendum)* 17 ratione *dett probante Dauisio, Heindorfius tbmc, cf* III 27,69. 28,71, *sed uide Wolffium ann. phil. suppl.* XXVI 677 18 attigeris *dett Manutius* ~rıt *ACNB* ~ritis *ci Reidus apud c* 19 Ita *in ras A* 20 dicebas *p.* 226,5 *ss* 21 eandem] eam *Lachmannus in Lucr.* I 120, *cui adsentitur Schoemannus; uide p.* 177,5 ꝑmanare *N; neglegentia peccasse Ciceronem Briegerus p.* 14. *κατ' ἀριθμὸν ὑφεστῶτας scholion ad p.* 226,5 *ss adscriptum, πότερον καὶ ἡ θάλαττα ἀεὶ διαμένει τῶν αὐτῶν οὖσα μορίων ἀριθμῷ ἢ τῷ εἴδει καὶ τῷ ποσῷ Aristoteles meteorol.* II 3. 357*b* 27 22 ſimultıtudıne *A* ſimultıtudıne* [m] *(*dıı *ex* tıtı *pr) B, cf p.* 226,8 transıtone *pr B* 23 similium imaginum *Goethius nou. ann.* CXXIX *(1884)* 33 *cl p.* 226,9 *probabiliter, etsi intellegere possis* corporum *i. e. ἀτόμων; de neutro* haec *p.* 250,1 *cf p.* 216,2

cessio, ex eoque fieri ut in haec intenta mens nostra beatam illam naturam et sempiternam putet. hoc, per ipsos deos de quibus loqui- 38
mur, quale tandem est? nam si tantum modo ad cogitationem ualent nec habent ullam soliditatem nec eminentiam, quid interest utrum de hippocentauro an de deo cogitemus; omnem enim talem conformationem animi ceteri philosophi motum inanem uocant, uos autem aduentum in animos et introitum imaginum dicitis. ut igitur T. 106
[itum] Gracchum cum uideor contionantem in Capitolio uidere de Marco Octauio deferentem sitellam tum eum motum animi dico esse inanem, tu autem et Gracchi et Octaui imagines remanere quae in Capitolium cum peruenerint tum ad animum meum referantur, hoc idem fieri in deo, cuius crebra facie pellantur animi, ex quo esse beati atque aeterni intellegantur. Fac imagines esse quibus pulsen- 107
tur animi: species dum taxat obicitur quaedam; num etiam cur ea beata sit cur aeterna?

Quae autem istae imagines uestrae aut unde? a Democrito omnino haec licentia; sed et ille reprehensus a multis est, nec uos exitum reperitis, totaque res uacillat et claudicat. nam quid est quod minus probari possit, omnium in me incidere imagines, Homeri Ar-

---

ACNB 5 confirmatıonem *ANB; cf top.* 5,27 6 *Sextus adu. math.* VIII 67 *διακένους φαντασίας*, 354 *κενοπαθήματα . . καὶ ἀναπλάσματα τῆς διανοίας. cf p.* 90,22 7 ınanımoſ·&ıntroıtum, ſ *add, ·& in ras B cf Augustinus ad p.* 216,2 *ss adscriptus* igitur *Maduigio auctore del tbm ut ortum ex* tigr. *grauius distinguentes ante* hoc *u.* 11. *oratio aliquo modo impedita interiecto praeter necessitatem membro illo quo de se ipso loquitur Cotta u.* 9 Ti. *Ven* Ty. *Rom* tıtum *ACOB (*imag. . . . Capit. *om N), cf p.* 255,1 *de off.* III 16,66 8 graC chum *ex* graſ∾ *B* cracchū *A* uidere et de *Boherius; intellegas* contionantem, cum de M. O. deferret sitellam 10 tu *Rom Ven* tum *ADNB* Cū *H* et *posterius om C* quae *B* 11 peruenerim *dett Ernestus tbm (probat etiam Mayor* ‘*class. review*’ III 163*) nec falso (iusto enim seuerius* ascenderim *postulat Orellius) nec ut arbitror necessario, recteque Schoemannus nou. ann.* CXI *(*1875*)* 691 remanere *de certo quodam loco intellegendum esse negat admonens Lucretii, qui* IV 724 rerum simulacra uagari multa modis multis in cunctas undique partis. *loci autem commemorandi causam cur in codicum potius scriptura requirant quam in altera me fugit, quae sane in utraque eadem est, quod in locis magna uis admonitionis inest (de fin.* V 1,2*). cf de diu.* II 67,137 deferantur *ci Ernestus* 14 num *Marsus* nunc *ACNB; cf de diu.* I 19,37 II 47,99 16 democrıte *B* 19 prabarı *A* ꝑbarı, r *in ras paulo ampliore,* ı *add B* poſſıt q̄ ōıum *Nm* ∾quam hominum *dett Orellius tb* ∾ omnium quam *ci Heindorfius (p.* XII*)* ∾ quam omnino *ci Reidus apud c.* incidere *non exclamatur, id quod ait c, ut quaestio illa per se stet, sed huic, cum idem ualeat ac si dicat* nihil hoc minus probari potest, *explicandi causa noto more additur infinitiuus; non aliter de fin.* V 11,31 *libri habent* quid est quod magis perspicuum sit, non modo carum sibi quemque uerum etiam uehementer carum esse, *quamquam ibi Maduigius huic rationi prauitatis notam inussit; nec necessario aliquid additur aut orat.* 67,226 *cum libro Einsidlensi aut in propinquo genere de domo* 17,44 quaero enim quid sit aliud proscribere: ‘uelitis iubeatis *eqs, quod poterat sic enuntiare* hoc enim profecto est proscribere: ‘u.

chilochi Romuli Numae Pythagorae Platonis — nec ea forma qua illi fuerunt: quo modo illi ergo? et quorum imagines: Orpheum poetam docet Aristoteles numquam fuisse, et hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cuiusdam fuisse Cercopis; at Orpheus id est imago eius
108 ut uos uultis in animum meum saepe incurrit. quid quod eiusdem hominis in meum aliae aliae in tuum; quid quod earum rerum quae numquam omnino fuerunt neque esse potuerunt, ut Scyllae ut Chimaerae; quid quod hominum locorum urbium earum quas numquam uidimus; quid quod simul ac mihi collibitum est praesto est imago; quid quod etiam ad dormientem ueniunt inuocatae. tota res Vellei nugatoria est. Vos autem non modo oculis imagines sed etiam ani-
39 109 mis inculcatis: tanta est inpunitas garriendi. at quam licenter. ‘Fluentium frequenter transitio fit uisionum, ut e multis una uideatur.’ Puderet me dicere non intellegere, si uos ipsi intellegeretis qui ista defenditis. quo modo enim probas continenter imagines

---

i. *uel in Pis.* 20,47 quid est aliud furere, non cognoscere homines, *ubi cf m, in Anton.* II 4,7. *similia tetigi p.* 75,17. 238,3, *eademque libertate Terentius scripsit haut.* 63 *ss* agrum in his regionibus meliorem neque preti maioris nemo habet *(h. e.* tu agrum optimum atque pretiosissimum habes*)*, seruos compluris. *contraria ratione Cicero ad Att.* II 9,1 *cum scripsisset* illum uero *additurus fere* uel maxime expeto, *pluribus interiectis posuit* sic uelim putes nihil hoc posse mihi esse iucundius. *de Graecis cf Classenus ad Thuc.* I 33,2. *sed* omnium *ne mihi quidem plane satisfacit,* hominum *non magis; suspiceris fuisse* omnium ueterum *uel* o. uetustissimorum *(*omnibus antiquissimis ciuibus *pro Caec.* 35,101*)*

1 *s* ea *Ald* ex *ACNB, quod defendit Robyus apud c expressas ex forma* *ACNB* *intellegens (putes certe* ex ea forma*);* nedum forma *Reidus ibidem, deinde* illae *(cum dett Heindorfio) ad Orphei Scyllae Chimaerae imagines referendum, in eandemque sententiam* et quidem ea forma *olim se coniecisse narrat c, quod scilicet Epicurus uoluerit esse imagines simillimas earum rerum a quibus manauerint; quod eum non omnino sensisse constat, ut credi possit eum etiam antiquissimorum imagines concessisse dubia esse fide. quaerit igitur Cotta* quo modo illi *id est* ‘*quomodo illos ipsos uideo quos mihi uidere uideor*’ *(cf p.* 97,17*), deinde adiungit eorum quoque non numquam uideri formas qui numquam fuerint; nam ad superiora relata, quod plerisque uisum est, quo modo intellegam illa* et quorum imagines *non uideo; recte Orellius.* imagines *(*illae *scribens cum Reido) del Earlius act. soc. philol. Amer.* XXXIII *p.* LXXI 2 petam *pr A* 3 Aristoteles *περὶ φιλοσοφίας (fr.* 7 *Rosii) ut putant coniectura non prorsus certa* ·ozphicū· arficum *B* 4 cercomſ *AGN* cereonſ *pr ut uid D* cratomſ *(inductum, superscriptum* cercomſ*) H* cerdomſ *B* Cercopis *Victorius (ex Suida u.* Ὀρφεύς*, cf D. p.* 28*) tbmc, sed ft error Ciceronis est* ıdeſt *D* ıdem *C* ıdē *corr* ıdeſt *H* 6 alıe *semel A* 6—10 *cf de diu.* II 67,138 7 fuerant *ACB* potuerunt *corr* ∾rant *A* ∾rant *CB* 10 tota *rad ex* ∾æ *B* 11 est] ejuſ *H* 12 dt *in ras rec, fuit* ad *ut uid A (*ad *CB)* 13—*p.* 252,1 *Augustinus epist.* 118,4,30 cum autem quaeritur ab eis, quare una imago uideatur corporis alicuius, a quo innumerabiliter imagines fluunt, respondent eo ipso quo frequenter fluunt et transeunt imagines quasi quadam earum constipatione et densitate fieri ut ex multis una uideatur. quam uanitatem Cicero ita refellit ut eo ipso neget aeternum deum eorum posse cogitari quo innumerabiliter fluentibus et labentibus imaginibus cogitatur 13 *cf p.* 226,8 ut∗emultıſ [e*?*] e *ex* ı *an* t *B* 14 ıntellere *pr B* si uos] fuoſ *pr AH* ıntellegeretıſ *ex* ∾rıtıſ *B* 15 probaſ∗∗ [*& ut uid*] *A*

ferri, aut si continenter quo modo aeterne? 'Innumerabilitas' inquit 'suppeditat atomorum'. Num eadem ergo ista faciet ut sint omnia sempiterna? Confugis ad aequilibritatem (sic enim *ἰσονομίαν* si placet appellemus) et ais quoniam sit natura mortalis inmortalem etiam esse oportere. isto modo quoniam homines mortales sunt sint aliqui inmortales, et quoniam nascuntur in terra nascantur in aqua. 'Et quia sunt quae interimant sint quae conseruent.' Sint sane, sed ea conseruent quae sunt; deos istos esse non sentio. Omnis tamen 110
ista rerum effigies ex *in*diuiduis quo modo corporibus oritur? quae etiam si essent, quae nulla sunt, pellere sepse et agitari inter se concursu fortasse possent, formare figurare colorare animare non possent. Nullo igitur modo inmortalem deum efficitis.

Videamus nunc de beato. Sine uirtute certe nullo modo; uir- 40
tus autem actuosa; et deus uester nihil agens; expers uirtutis igitur; ita ne beatus quidem. | Quae ergo uita? 'Suppeditatio' inquis 'bo- 111
norum nullo malorum interuentu'. Quorum tandem bonorum? uoluptatum credo, nempe ad corpus pertinentium; nullam enim nouistis

---

ACNB 1 eterne *A* ęterne *C tbmc* a&erne *corr* ~e *pr ut uid B. aduerbium etsi inusitatum recte probat Schichius relat. syll. philol. Berolin.* VI 363, *neque enim de ipsarum atomorum aeternitate agitur sed de transitionis; συνεχῶς . . τὸν αἰῶνα Epic. epist.* I 43 1—3 *Augustinus l. d. pergens* et quoniam innumerabilitate atomorum suppeditante dicunt fieri formas deorum sempiternas, cum ita discedunt quaedam corpuscula de diuino corpore ut alia succedant et dissolui illam naturam eadem successione non sinant, 'omnia ergo' inquit 'aeterna essent, quia nulli deest ista innumerabilitas atomorum, quae perpetuas ruinas subinde suppleat' 1 ınmerabılıtaſ *B* inquis *dett Rom tbm ut u.* 15*; cf p.* 241,20 2 adomorum *A* at~ *cum ras ex* ad~ *B* faciet *dett, Walkero auctore Heindorfius* facıent *ACN* ~unt *B* 3—7 *cf p.* 227,5—9 3 aequilibritatem *Victorius* (a)equılıbertatē *ACNB* ıſonomıan *AG* ~ā *D* ıſonomıan *(sic pr) H* ẏſonomıan *N* ıſſonomıan* *ex* ~am *B* 4 aıſ *in ras rec A* 6 sint qui nascantur *Bakius* naſcant *ex* ~cun~ *BD (ſt pr)* ~cun~ *G* 7 ınter ımaſ *(ex* ~at *pr ut uid)* ſınt ſınt *B;* sunt *dett Heindorfius c, sed subauditur* oportet *ut u.* 5. 6, *cf p.* 87,7 *s* 8 ea *eas res.* ea quae conseruent quae sunt? *dett Vrsinus Heindorfius* ſunt *ex* ſınt *B* 9 rerum] deorum *Goethius nou. ann.* CXXIX (1884) 33, *ac non sane, ut Mayor ait 'class. review'* III 162, *uniuersa nunc dicit simulacra, sed deorum corpora, in quibus similitudines rerum esse dixit p.* 236,8, *i. e. ut opinor effigiem* indiuiduis *Marsus* diuiduis *dett* dıuınſ *ACNB* quo quomodo *B* 10 quae nulla sunt *om ACN tb; cf de diu.* II 33,71 *Augustinus epist.* 118, 4,31 si enim concesseris esse atomis, si concesseris etiam concursu fortuito *(p.* 36,11 II 37,93*)* se ipsas pellere et agitare, num et illud eis fas est concedere, ut inter se atomi fortuito concurrentes rem aliquam ita conficiant ut eam forma modificent figura determinent aequalitate (*putes* qualitate *ut Cic.* II 37,94, *sed propter poliendi uerbum crediderim potius ipsum Augustinum errasse)* poliant colore inlustrent anima uegetent sepse *scripsi* ſe ıpſe *AGB* ~ę *HD* ~a *N tbmc; cf p.* 166,5 cogıtarı *H* agıtarı *rad ex* ~re *D, quod ci m et legisse aut intellexisse uid Augustinus modo citatus; sed uide ne iungendum sit* inter se concursu *ut p.* 183,12 *de fin.* I 6,19 12 poſſınt *A* poſſunt *pr B* 14 experſ, erſ *in ras rec A* 15 inquis *p.* 227,11 *ss* 16 tandem | bonorum, dem *add,* bon *in ras v uel VI litt B* 16 *ss cf Epic. fr.* 67 *Vs.*

nisi profectam a corpore et redeuntem ad corpus animi uoluptatem. non arbitror te uelle similem esse Epicureorum reliquorum, quos pudeat quarundam Epicuri uocum, quibus ille testatur se *ne* intellegere quidem ullum bonum quod sit seiunctum a delicatis et obscenis uoluptatibus; quas quidem non erubescens persequitur omnis 112 nominatim. quem cibum igitur aut quas potiones aut quas uocum aut florum uarietates aut quos tactus quos odores adhibebis ad deos, ut eos perfundas uoluptatibus? ac poetae quidem nectar ambrosiam epulas conparant et aut Iuuentatem aut Ganymedem pocula ministrantem, tu autem Epicure quid facies? neque enim unde habeat ista deus tuus uideo nec quo modo utatur. locupletior igitur hominum natura ad beate uiuendum est quam deorum, quod pluribus 113 generibus fruitur uoluptatum. At has leuioris ducis uoluptates, quibus quasi titillatio (Epicuri enim hoc uerbum est) adhibetur sensibus. quo usque ludis? nam etiam Philo noster ferre non poterat aspernari Epicureos mollis et delicatas uoluptates. summa enim memoria pronuntiabat plurimas Epicuri sententias is ipsis uerbis qui-

---

2 Non, N *in ras rec A* uellei *N tbmc non necessario (poterat etiam addi:* te Vellei uelle*), et* uelle *aptum uid in hac sententia, quae et similia habeat uelut de diu.* I 18,35 *(*uelle peruertere*), in Anton.* II 6,14 uitrici te similem quam auunculi maluisti *et prope accedat ad dissuasionem, quo in genere quam facile id uerbum addatur notum est* 2. 3 quos non pudeat *Crat tbm; contra disputarunt Orellius Klotzius adn.* II 16 *ss c. scilicet cauillatur Cotta Velleium, qui magistrum ad caelum tollat sed quasdam eius sententias ita interpretetur ut turpitudinis notam effugiant (u.* 13 *ss de fin.* I 17,55. 18,57 II 3,6 *s); pudet igitur eum ut reliquos (quosdam magis, cf de fin.* I 17,55, *sed tamen), quod cum nolit concedere iure dicitur ludere u.* 15. *nihil huc pertinent illa* II 29,74 *ex., nec de* reliquorum *dubitandum (*aliquorum *Boherius)* 3 pudet *Kayserus* quarundam (car~) *Lachmanno auctore (in Lucret.* IV 116*) Klotzius* eadē *ADG* earundē *HN* earum *B tb* epicurei *AB. cf de fin.* II 3,7 *p.* 37,5 ne *CN, add rec A* 6 nomınatī, o *ex* u, ı *red,* N *in ras, item prior pars litterae* a*, sub altera apparet* I *B* quem *post* cıbum *repetitum sed transfossum A* 7 florum *ad aspiciendum;* colorum *Walkero auctore Lallemandus* quaſ tactuſ *A* 8 ac *Ernestus* ut *ACNBc* et *Walkerus m* nectar *(hoc om N)* ambrosiam *del tbmc, quae mihi non uidentur posse abesse, si quidem oportet definite dicatur quem cibum poetae quamque potionem adhibeant ad deos, ut scribit Tusc.* I 26,65 non enim ambrosia deos aut nectare aut Iuuentate pocula ministrante laetari arbitror *adiecta etiam Ganymedis mentione. sed* nectar ambrosiam epulas *ex pari posita esse, quod significare uidetur thes. l. L.* I 1867,36, *non crediderim sed aut* epulas *utrumque genus complecti, quam in sententiam scribas* n. ambrosiamque epulas *cum Victorio (*epulis *dett Ven) uel* n. ambrosiamque ad epulas *(*~ in ep. *ci Reidus apud c) et post* que *etiam* dis *addas, aut cibum tantum significare (uelut de sen.* 13,44*), ut fere fuerit* n. ambrosiamque dis uinum atque epulas *(Ouid. ex Ponto* I 10,11 nectar et ambrosiam, latices epulasque deorum, det mihi formosa naua Iuuenta manu*)* ambroſıã* *ex* ~ſıuſ *A* 10 tu* [m] *A* 12 uiuendum *media* u *in ras rec A (*uıd~ *M)* 14 tıtıllatıo *prima* t *in ras ex* ſ *ut uid,* ı *quae insequitur red,* l *posterior in ras B. γαργαλισμός Epic. fr.* 412 *ss Vs. (de fin.* I 11,39 *Tusc.* III 20,47 *de sen.* 14,47 *de off.* II 18,63, *cf Heyus arch. lexicogr.* XV 457*)* 15 etiam *dett Asc* II enım *ACNB* 16 eıcureoſ *sic pr, corr rec A* epıcureoſ *corr* ~aſ *B* delıcataſ *ex* ~teſ *B* 17 ıſ *B, ex* ıſ *F* hıſ *ACN*

bus erant scriptae. Metrodori uero, qui est Epicuri collega sapientiae, multa inpudentiora recitabat; accusat enim Timocratem fratrem suum Metrodorus quod dubitet omnia quae ad beatam uitam pertineant uentre metiri, neque id semel dicit sed saepius. adnuere te uideo, nota enim tibi sunt; proferrem libros si negares. Neque nunc reprehendo quod ad uoluptatem omnia referantur (alia est ea quaestio), sed doceo deos uestros esse uoluptatis expertes, ita uestro iudicio ne beatos quidem. | 'At dolore uacant.' Satin est id ad illam abundantem bonis uitam beatissimam? 'Cogitat' inquiunt 'adsidue beatum esse se; habet enim nihil aliud quod agitet in mente'. Conprehende igitur animo et propone ante oculos deum nihil aliud in omni aeternitate nisi 'mihi pulchre est' et 'ego beatus sum' cogitantem. Nec tamen uideo quo modo non uereatur iste deus beatus ne intereat, cum sine ulla intermissione pulsetur agiteturque atomorum incursione sempiterna, cumque ex ipso imagines semper afluant. Ita nec beatus est uester deus nec aeternus. 41 114

'At etiam de sanctitate de pietate aduersus deos libros scripsit 115

ACNB 1 metro dorj *ex* ∽ro *A*. *fr.* 40 *Koertii* περὶ γαστέρα, ὦ φυσιολόγε Τιμοκρατες, ... ὁ κατὰ φύσιν βαδίζων λόγος τὴν ἅπασαν ἔχει σπουδήν collega* [Γ] *B*. *cf de fin.* II 3,7. 28,92 2 *puto* multo 3 pertıneat *pr A* 5 pro ferrē *ex* ∽ſerrē *A* proferrē *cum ras ex* ∽ē̄ *uel* ∽ā *B* reꝑhendo* *ex* ∽deſ *ut uid A* 6 uolu̇p|tatem *ex* uolū|t∽ *A* 7 uoluptatȷſ *ex* ∽teſ *B* 8 at dolore* [ſ] t *in ras ex* d *A* ȡdolore *N*, ȡ *in ras B* ſatineſt, ı *aliquando erat opinor longior facta B* ıȡ ȡdıllā, ı *prior add*, ȡ ȡ *in ras rec A* 9 |Co*gıtat, Co g *in ras, ineunte uersu agnosco* q, *ante* ı g, *ut uideatur fuisse* quogıtat *A* inquis *Manutius; cf p.* 241,20 10 ſe *add A;* ſe,haec enim enī duaebeatū, habebıtꝝıhıl, ſe *ex* ſı, habebıt *ex* hab& *B (cf u.* 9*);* habebet *A* qđagıtet, a *in ras, ft fuit* e *A* conpre|hendē *cum ras ex* conp|rendā *ut uid B* 12 ꝛternıtatē [–] *A* pulchro *BDGN, pr H (corr rec)* ∽cro *A* ∽crǫ̊ *M* batuſ *pr A* 13 nec**|tamen, c *e corr B inde a* tamen *deficit D*

AHNB 13—16 *Augustinus epist.* 118,4,30 *(post ea quae exscripsi ad p.* 252,1 *ss)* deinde 'quo modo ... sempiterna': pulsari enim dicit illud corpus quod inruentibus atomis feriatur et agitari quod penetretur; deinde 'cum ex ipso imagines', de quibus iam satis dictum est, 'semper adfluant', quo modo potest de inmortalitate confidere? 13 non *om N* uereatur] moueatur *H* uıdeat̃ *N* pereat *tb* conteratur *Maduigius apud t. non de aeternitate agi sed de beatitudine monuit Klotzius adn.* II 19 13. 14 uereat̃ . ıfte· beatuſ· deuſ. ne ıntereat, ˜ *ft add B;* b̊atuſ *pr ut uid A, om Augustinus* 14 ne intereat *om AHN tb, habet Augustinus* 16 afluant *B* affl∽ *AHN tbmc (*adfluant *Augustinus)* effluant *dett Marsus* ad nos affluant *(cf p.* 227,1*) Lambinus; εἴδωλα . . ἀποῤῥέοντα Epic. fr.* 319 *Vs., cf thes. l. L.* I 1250 17 ad*&ıam [a] *B περὶ εὐσεβείας, περὶ ὁσιότητος, cf Vseneri Epic. p.* 100. 106, *qui confert p.* 255,12. 14 *Sexti adu. math.* IX 123 *ἔστι γὰρ εὐσέβεια ἐπιστήμη θεῶν θεραπείας (Diog. L.* VII 119*)*, 124 *ἡ ὁσιότης δικαιοσύνη τις οὖσα πρὸς θεούς*

AHPVB 1 poſſet ne *cum ras ex* ~ no *B* uno *uix credo posse esse id quod ait c* uno eodemque, *quod nec uerum est (cf p.* 325,8*) nec recte dictum (desiderares* tota terra*); sed aut certum quoddam tempus significauit Cicero ut Caesar bell. ciu.* III 15,4 *aut scripsit id quod Boherius ci* uerno *uel potius* suo *quod Reitzensteinus, cf Tusc.* I 28,69 2 terr*a̅ *V* 3 ſol ſtitio *supra* 10 *add red* ł ıȷſ *V* 4 anguſtię**|ortuaut *ex* anguſtieo ȷ|aut *B* 6 ctinentib; *H* 7 uno et continuato ἑνὶ καὶ συνεχεῖ 10 anguſtiiſ quem *B* 11 profluenſ *supra* enſ *add rec* ł uuſ *V* 13 conuicia *Dauisio auctore Heindorfius* uitia *AHPV, ex* uicia *B. cf Minucius Felix* 16,1 adnitendum tibi mecum est ut conuiciorum amarissimam labem uerborum ueracium flumine *(sic Meursius:* inlumine *codex)* diluamus *(Plato Phaedr.* 243 *D)* anguſtie *corr* ~tię, *deinde* ~tia *B* concluſę *ex* ~ſe *B* ~ſa *H* orationiſ *AHPVB tbmc, sed rationis uocabulum, quamquam saepe praeter ueritatem aut necessitatem orationi substituitur (cf p.* 89,13*), tamen hoc loco et constanti Ciceronis usu (nam dissimile est p.* 50,8*) uidetur et contrarii ratione requiri* 14 Zeno 111 *Arn. Sextus adu. math.* IX 104 καὶ πάλιν ὁ Ζήνων φησίν '[εἰ] τὸ λογικὸν τοῦ μὴ λογικοῦ κρεῖττόν ἐστιν· οὐδὲν δέ γε κόσμου κρεῖττόν ἐστιν· λογικὸν ἄρα ὁ κόσμος. καὶ ὡσαύτως ἐπὶ τοῦ νοεροῦ καὶ ἐμψυχίας μετέχοντος *eqs. cf* III 9,22 *de leg.* II 7,16 15 utitur **id [*potuit esse* in] *A* ~in|id *V* 19 iis *m* non, *supra add rec* ł nec *V* efficit̃ *H tb; cf p.* 242,7 20 idem 114 *Arn. cf Lactantius diu. inst.* II 5,29 *s* 22 idem 113 *Arn. Sextus adu. math.* IX 101 Ζήνων δὲ ὁ Κιτιεὺς ... οὐτωσὶ συνερώτα 'τὸ προιέμενον σπέρμα λογικοῦ καὶ αὐτὸ λογικόν ἐστιν· ὁ δὲ κόσμος προίεται σπέρμα λογικοῦ· λογικὸν ἄρα ἐστὶν ὁ κόσμος. ᾧ συνεισάγεται καὶ ἡ τούτου ὕπαρξις'

angustius: 'Nihil' inquit 'quod animi quodque rationis est expers id generare ex se potest animantem compotemque rationis; mundus autem generat animantis compotesque rationis; animans est igitur mundus composque rationis'. idemque similitudine, ut saepe solet, rationem conclusit hoc modo: 'Si ex oliua modulate canentes tibiae nascerentur, num dubitares quin inesset in oliua tibicini quaedam scientia? quid si platani fidiculas ferrent numerose sonantes: idem scilicet censeres in platanis inesse musicam. cur igitur mundus non animans sapiensque iudicetur, cum ex se procreet animantis atque sapientis?'

9 10
23 Sed quoniam coepi secus agere atque initio dixeram (negaram enim hanc primam partem egere oratione, quod esset omnibus perspicuum deos esse), tamen id ipsum rationibus physicis id est naturalibus confirmari uolo. sic enim res se habet, ut omnia quae alantur et quae crescant contineant in se uim caloris, sine qua neque ali possent nec crescere. nam omne quod est calidum et igneum cietur et agitur motu suo; quod autem alitur et crescit motu quodam utitur certo et aequabili; qui quam diu remanet in nobis tam diu sensus et uita remanet, refrigerato autem et extincto calore oc-
24 cidimus ipsi et extinguimur. Quod quidem Cleanthes his etiam ar- 20
gumentis docet, quanta uis insit caloris in omni corpore: negat enim esse ullum cibum tam grauem quin is nocte et die concoquatur; cuius etiam in reliquiis inest calor iis quas natura respuerit. iam

---

1 ȧnguſtiuſ *corr* ~tiı*ſ *A* ē, *supra add rec* ł ſit *V* 4 idem *AHPVB* 112 *Arn.* 5 concludit *dett Heindorfius* mo*|dulate [d *ut uid*] *A* modu*late, mo *e corr et praeter litterae* m *hastam extremam in ras* [l] *B* 7 *Priscianus inst.* III 5,30 *p.* 105,22 *H.* in is uero uel in e desinentia omnia ... assumunt supra dictas syllabas et faciunt diminutiuum .... Cicero ... similiter fidis fidi fidicula: idem in II de natura deorum 'si platani ... sonantes' *apud Priscianum* ferrent *Parisinus P Ambianensis, ex* terent *Parisinus R* terrent *reliqui* numeroſa *Prisciani codd (*nemoroſa *Caroliruhensis)* item *ci b, scripsit Goethius, probant mc, quorum hic* idem *posse neutri generis esse arbitratur. quibus non uideo cur non displiceat* idem *de fin.* II 2,5 8 muſicam *ex* ~cum *V* 9 iudic&̃, ı *posterior in ras* II *hastarum V* 11 imitia *pr B* negaram *p.* 261,8 13 id est naturalibus *del Ald tbmc, sed c dubitans cl p.* 209,3 naturab; *pr B* 14 confirmare *dett Dauisius tbm; cf p.* 88,13. 266,7 se res *Marsus; cf Maduigius de fin.* I 7,25 14 *ss cf* III 14,35 *ss* aluntur *et* crescunt *dett Schuetzius tb (*creſcant *ex* ~cunt *pr ut uid A); cf p.* 219,2. 274,10. 275,18. 316,20 III 12,31 *ex.* 15 et quae] atque *tbc* et *O; cf p.* 163,15. 171,13. 184,9 *u.* 1 *accus.* V 19,48 *de orat.* I 18,84 *de leg.* III 5,12 *ante* uim *supra add* q̇nbā *rec V* 16 possunt *Manutius* om|omne *A* 18 qui*quam [c *ut uid*] *V* 20 Cleanthes 513 *Arn.* hiſ *AGPV* iiſ *H* 21 docet* [ı$_7$ *?*] *B* corpore* *ex* ~r& *B* 22 ullō *ex* ullā *V* qu*in iſ *H* qui*iſ, ı *prior in ras G* quin|*iſ *ex* qui|hiſ *ut uid B* 23 *supra* cuiuſ *add rec* ł hui' *V* reliquiſ *pr A* eſt *pr V.* insit *Heindorfio (qui etiam* inesse .. calorem *proposuerat) auctore c, eodem consilio* respuit *Goethius. ex obliqua oratione ad rectam transit (cf p.* 190,6. 258,22. 277,6. 278,20. 279,22. 280,21. 321,7 III 12,29 *de fato* 11,23. 20,47 *Maduigius de fin.* I 9,30 III

uero uenae et arteriae micare non desinunt quasi quodam igneo motu, animaduersumque saepe est cum cor animantis alicuius euolsum ita mobiliter palpitaret ut imitaretur igneam celeritatem. Omne igitur quod uiuit, siue animal siue terra editum, id uiuit propter inclusum in eo calorem. ex quo intellegi debet eam caloris naturam uim habere in se uitalem per omnem mundum pertinentem.

Atque id facilius cernemus toto genere hoc igneo, quod tranat omnia, subtilius explicato. Omnes igitur partes mundi (tangam autem maximas) calore fultae sustinentur. Quod primum in terrena natura perspici potest. nam et lapidum conflictu atque tritu elici ignem uidemus et recenti fossione terram fumare [re]calentem, atque etiam ex puteis iugibus aquam calidam trahi, et id maxime fieri temporibus hibernis, quod magna uis terrae cauernis contineatur caloris eaque hieme sit densior ob eamque causam calorem insitum in terris contineat artius. longa est oratio multaeque rationes 10 26 quibus doceri possit omnia quae terra concipiat semina quaeque ipsa ex se generata stirpibus infixa contineat ea temperatione caloris et oriri et augescere. Atque aquae etiam admixtum esse calorem primum ipse liquor aquae declarat et fusio, quae neque conglaciaret frigoribus neque niue pruinaque concresceret, nisi eadem se admixto calore liquefacta et dilapsa diffunderet; itaque et aquilonibus reliquisque frigoribus adiectis durescit umor, et idem uicissim mollitur

15,49); respuerit *intellego ἃ ἂν ἀποπτύσῃ* calor*ıſ *prior* ı *in ras V* calor*ıſ, ı *in ras,* ſ *add B*

AHPVB 1 uenę***ar|teriae, ę *ex* e [*ante* a t] *V* 2 anım⁼ aduerſumq; [a] *AV* ∾ma ad∾ *P* anımantȷſ *ex* ∾teſ *ft pr A* 3 utımıtar& *in mg manu uetusta A* 4 anımdl|, dl *e corr rec A* terra* eDı*tum *ex* terrae|Dutum *B* 7 atque|atq; *A* trameat *ci Lambinus* 8 explıcata *pr B* 9 ſuſtın&ur *pr B* 10 *supra* conflictu *add rec* ł ȯflictacıone *V* ṭ ṛıtu *A* ọ ṛıtu *V* 11.12 *Nonius p.* 410 trahere est rursus leuare. M. Tullius de deorum natura lib. ıı 'et regem qui fossione ... calidam trahit' 11 calentem *dett Ven Nonius* recal∾ *AHPVB* terram fumare calentem *poetae esse ut credit c ita iam Ald significauit* 12 trahit *Nonius* 13 uıſ ụıſ *B* 13. 14 caloris *post* uis *traiciunt dett Rom, quod et Forchhammerus probat p.* 37 *et ut uid m. de interiecto inter pronomen et substantiuum nomine cf p.* 90,7, *de genetiuo ab eo nomine unde pendet longius remoto Stroebelius Tullian.* 40 13—15 continetur *(dett Rom) et* fit *(dett Marsus) et* continet *Heindorfius t; cf p.* 211,11. 269,8 16 doceri, rı *in ras B* quę *add B* concipıt *pr A* 17 ipsa ex se generata *αὐτόματα γεγενημένα, cf Mayor 'classical review'* III 162 temperatıone *ex* ∾por∾ *B* 19 *post* lıquor *add* tū| *V* et fusio quae *Gronouio auctore Lallemandus Maduigius aduers.* II 242 *(ῥύσις καὶ χύσις)* et effusio ∾ *dett Heindorfius* effuſıo *quae [a] *A* ∾quę *H* ∾quæ *P* ∾aquae *V* effuſaeq; *corr* ∾ſae;quę *B.* effusio *del corr H tbc* 21 lıq; facta&dılapſa, a& *in ras B* 22 adjectıf, ȷ *ex* ı *ft pr A, del Dauisius cum dett;* adstrictus *ex Heindorfii coniectura m. cf Lucret.* V 567 ignes lumina possunt adicere et calidum membris adflare uaporem, *p.* 211,11. 332,13 *Lucret.* I 689 IV 673 &idem *in ras B*

tepefactus et tabescit calore. atque etiam maria agitata uentis ita tepescunt ut intellegi facile possit in tantis illis umoribus esse inclusum calorem; nec enim ille externus et aduenticius habendus est tepor sed ex intumis maris partibus agitatione excitatus, quod nostris quoque corporibus contingit cum motu atque exercitatione recalescunt. Ipse uero aer, qui natura est maxime frigidus, minime est
27 expers caloris; | ille uero et multo quidem calore admixtus est: ipse enim oritur ex respiratione aquarum; earum enim quasi uapor quidam aer habendus est, is autem existit motu eius caloris qui aquis continetur, quam similitudinem cernere possumus in his aquis quae efferuescunt subiectis ignibus. Iam uero reliqua quarta pars mundi: ea et ipsa tota natura feruida est et ceteris naturis omnibus salu-
28 tarem inpertit et uitalem calorem. Ex quo concluditur, cum omnes mundi partes sustineantur calore, mundum etiam ipsum simili parique natura in tanta diuturnitate seruari, eoque magis quod intellegi debet calidum illud atque igneum ita in omni fusum esse natura, ut in eo insit procreandi uis et causa gignendi, a quo et animantia omnia et ea quorum stirpes terra continentur et nasci sit necesse et augescere.

11
29 Natura est igitur quae contineat mundum omnem eumque tueatur, et ea quidem non sine sensu atque ratione. omnem enim naturam necesse est, quae non solitaria sit neque simplex sed cum alio iuncta atque conexa, habere aliquem in se principatum, ut in homine mentem, in belua quiddam simile mentis unde oriantur rerum adpetitus; in arborum autem et earum rerum quae gignuntur

1 tepefcıt *H* 4 *supra* excıtatuſ *add rec* ł excıt' *V* 5 uo q·q; *ex* oq; *AHPVB ut uid A* cummo·tu *A* commotu·v *B* 7 experſ, erſ *in ras B* ille uero et . . quidem *cf de diu.* II 55,114 10 iis *Rom tbmc; cf p.* 274,14 11 eıſ feruefcunt *AV, in intercolumnio add* ł efferu: *V* feruefcunt *P* eef∾ *m. certe illo* eıſ *non abutendum cum dett qui* aeneis feruescunt *uel* a. eff. subiectis *dett* ſubıtıſ *AHPB* ſub,d,ıtıſ *V tbmc, quo uerbo in hac re nusquam uidetur uti, illo saepe (de Phalaridis tauro* subicere flammam *Cic. accus.* IV 33,73, subditis ignibus *Val. Max.* IX 2 *ext.* 9, *cf Plin. n. h.* XXXIV 89) ıgnıbuſ, buſ *(i. e.* bus) *add B* 12 *supra* ea&ıpſa *add rec* ł ī ıpa *V* ſalutē *H* 14 calorem *AV* ∾rē* *H (?, non G)* ∾rem *B* 15 eoquē magıſ *ex* eoquē magıſ *B* 17 eo* [ſ] *B* 20 *his* natura est igitur *eqs ex proxima conclusione id repetitur quod ad uniuersam argumentationem faciat, esse aliquam naturam qua mundus contineatur, additurque eam naturam non carere sensu ac ratione, quod deinceps explanatur* 21 *ss cf Sextus adu. math.* IX 119 *ἐν παντὶ πολυμερεῖ σώματι καὶ κατὰ φύσιν διοικουμένῳ ἔστι τι τὸ κυριεῦον, quod deinde in hominibus et in stirpibus quale sit exponitur, tum concluditur ἔπεὶ καὶ ὁ κόσμος ὑπὸ φύσεως διοικεῖται πολυμερὴς καθεστώς, εἴη ἄν τι ἐν αὐτῷ τὸ κυριεῦον eqs. quibus collatis Maduigius de fin. p.* LXV *n. Ciceronem uituperat quod σῶμα πολυμερὲς non ita potius interpretatus sit, naturam quae esset e pluribus partibus composita. quod ut concedo melius esse, ita Ciceronis uerbis totam disputationem obscurari et inanem reddi nego* 24 hominē *B* 25 arborem *pr B*

e terra radicibus inesse principatus putatur (principatum autem id dico quod Graeci *ἡγεμονικὸν* uocant, quo nihil in quoque genere nec potest nec debet esse praestantius). ita necesse est illud etiam in quo sit totius naturae principatus esse omnium optumum omniumque rerum potestate dominatuque dignissimum. uidemus autem 30
in partibus mundi (nihil est enim in omni mundo quod non pars uniuersi sit) inesse sensum atque rationem. in ea parte igitur in qua mundi inest principatus haec inesse necesse est, et acriora quidem atque maiora. quocirca sapientem esse mundum necesse est, naturamque eam quae res omnes conplexa teneat perfectione rationis excellere, eoque deum esse mundum omnemque uim mundi natura diuina contineri.

Atque etiam mundi ille feruor purior perlucidior mobiliorque multo ob easque causas aptior ad sensus commouendos quam hic noster calor quo haec quae nota nobis sunt retinentur et uigent. absurdum igitur est dicere, cum homines bestiaeque hoc calore tene- 31
antur et propterea moueantur ac sentiant, mundum esse sine sensu, qui integro et libero et puro eodemque acerrimo et mobilissimo ardore teneatur, praesertim cum is ardor qui est mundi non agitatus ab alio neque externo pulsu sed per se ipse ac sua sponte moueatur; nam quid potest esse mundo ualentius, quod pellat atque moueat calorem eum quo ille teneatur. Audiamus enim Platonem quasi 12 32
quendam deum philosophorum; cui duo placet esse motus, unum

AHPVB 2 egemonicon *APV;* egemını c̄uocant *H* hegemoni_conuocant *B. cf p.* 222,3 *Tusc.* I 10,20 ınq$^{o\ q;}$, o *pr ut uid, A* ī quo quo *H* ınquo *PV* 3 ıta$^{q;}$ *V, cf p.* 66,24 &$^{/etiam\cdot}_{/\cdot}$ *V* 6 patrıbuſ *A* pa,t$^{r}_{r}$∗ıb; [r] *V* parſ, arſ *in ras B* 7 umuerſiſit$^{/}$ ıneſſe, ıt$^{/}$ ıneſ *add (a media* t *usque ad mediam* e *in ras V uel VI litt) B* ıneſ^{fe} ſenſum *ft pr A* 8 neceſ ſe·e&, e *tertia ex* ıt, ·e& *add A* et] ę *G* ∗∗ *H* agrıora *pr V, rad corr* acr∼ *A* 10 eamq; *ex* ıamq; *B* 11 ęo eoq; *A* 13 ferulor *V, ft pr A* 13. 14 est *add ante* etiam *Boherio auctore Schuetzius, ante* multo *Lambinus tbmc, ante* ad *Schoemannus; cf p.* 11,1 mobılıor quē|multo *B* mobılıorq; multo *ex* ∼tu *A* 15 nr̄∗ *V* ^{o}q *in ras ut uid A* 16 cum *in ras rec A* qn *H* qum *cum ras corr* quın *P* cū *add B* 19 teneā$^{/:}$n^{ı}t *V* 20 neq$^{/:}$·, *in mg rec* ał h. neq; extnſecuſ hoc ab alıq^{o} accıpıat *V. cf de diu.* II 61,126 siue . . externus et aduenticius pulsus animos . . commouet siue per se ipsi animi mouentur 21 in mundo *ci Goethius nou. ann.* CXXXVII *(1888)* 481 *aut Ciceronem errasse in conuertendo: apparet non satis distingui inter calorem mundi et mundum ipsum* 22 ^{o}q∗ *ex* qđ *B* ıllo *A* *supra* enī *add rec* ł nc̄ *V. cf p.* 268,14 Platonem *Phaedr.* 245 *C, cf de re p.* VI 25,27 *Tusc.* I 23,53 *s* 23 fılo∗ſofoq, o *prima ex* ı [o?] *B* *cf ad Att.* IV 16,3 deus ille noster Plato. *Lactantius epit.* 33 (38) 1 Plato quem deum philosophorum Tullius nominat. *Augustinus contra Iulianum Pelag.* IV 15,76 Plato quem Cicero appellare non dubitat paene philosophorum deum

suum alterum externum, esse autem diuinius quod ipsum ex se sua sponte moueatur quam quod pulsu agitetur alieno. hunc autem motum in solis animis esse ponit, ab isque principium motus esse ductum putat. quapropter, quoniam ex mundi ardore motus omnis oritur, is autem ardor non alieno inpulsu sed sua sponte mouetur, animus sit necesse est; ex quo efficitur animantem esse mundum.

Atque ex hoc quoque intellegi poterit in eo inesse intellegentiam, quod certe est mundus melior quam ulla natura. ut enim nulla pars est corporis nostri quae non minor*is* sit quam nosmet ipsi sumus, sic mundum uniuersum pluris esse necesse est quam partem aliquam uniuersi. quod si ita est, sapiens sit mundus necesse est. nam ni ita esset, hominem qui esset mundi pars, quoniam rationis esset particeps, pluris esse quam mundum omnem oporteret.

33 Atque etiam si a primis incohatisque naturis ad ultimas perfectasque uolumus procedere, ad deorum naturam perueniamus necesse est. prima enim animaduertimus a natura sustineri ea quae gignantur e terra, quibus natura nihil tribuit amplius quam ut ea
34 alendo atque augendo tueretur. bestiis autem sensum et motum dedit et cum quodam adpetitu accessum ad res salutares a pestiferis recessum. hoc homini amplius, quod addidit rationem, qua regeren-
13 tur animi adpetitus, qui tum remitterentur tum continerentur. quartus autem est gradus et altissimus eorum qui natura boni sapientesque gignuntur, quibus a principio innascitur ratio recta constansque, quae supra hominem putanda est deoque tribuenda id est mundo, in quo necesse est perfectam illam atque absolutam inesse rationem.

---

2 moueaṫ$^{\cdot quā}$ quod *(etiam ˜ additum uid Schwenkio) A* 3 motu_m/ín, í *AHPVB in ras A* motumȷn *ex* ∼men *V* esse *cf p.* 52,5 hıſq; *HV tbmc* ıſ quæ *P* ∗ıſ q; *ex* hıſ q; *ut uid B* 5 ınpulſu∗ [ſ] *B* moueȧtur *ft pr A* 7—14 *cf Sextus adu. math.* IX 85 7 ıntellegentıum *pr A* 9 minoris *'uetus liber' Vrsini Dauisius* mınor *AHPVB* qu∗∗am [ıd? ed?] *A* 12 quı|eſt∗∗, t *in ras V tbmc; cf p.* 225,3 III 4,9 *med.* 13 e∗ [&] *B* eſt∗ *ex* eſſe *ut uid, certe litterae* t *primitiuae uestigium uidi nullum A* ∗ē [e *ut uid*] *V tbm; cf u.* 12 15—*p.* 276,13 *cf Sextus* IX 88 *ss (Cleanthes* 529) 15 ınchoatıſ_quae, c *in ras, fuisse uid* ^{o}q *A* ınchoatıſque *HP* ınchо∗∗∗∗|atıſq· *ras in mg, ut erasa putem quae addita essent V* ınc^{h}oatıſ que *B* 16 adeorum *pr A* 17 prıma *AGB, rad corr* ∼mo *H* Prımo *Ptb* prı**mā [*ft* ł o] *V* primum *Rom m; cf p.* 82,11 18 gignuntur *Ald tb; cf p.* 271,14 ∗eterra [ą] *A* ∗&erra *cum ras ex* a&erna *B* 19 ∗∗∗ atq; [atq;] *A* *αἴσθησιν κίνησιν ὁρμήν (ἀφορμήν), cf p.* 273,25. 286,3. 318,15 *de fin.* V 6,17 *de off.* I 28,101 20 ſalutareſ *add B* 21 hoc *ex* ho *B* addıdıt∗|ratıonem [o] t *prior Schwenkio uisa est addita, mihi tantummodo cum* ı *coniuncta a correctore A* 23 est *om O Rom Ven, post* altissimus *habent dett Dauisius, post* gradus *dett Klotzius tbmc* & *in ras B* erorum *V* ∗∗eorū *ex* errorū *B* ſapıentıſq; *H* ∼tıſ_quȧe *B* 25 deeoq; *B* ıd·ē· *ex* ıdē *V*

Neque enim dici potest in ulla rerum institutione non esse aliquid 35
extremum atque perfectum. ut enim in uite ut in pecude nisi quae
uis obstitit uidemus naturam suo quodam itinere ad ultimum per-
uenire, atque ut pictura et fabrica ceteraeque artes habent quendam
absoluti operis effectum, sic in omni natura ac multo etiam magis
necesse est absolui aliquid ac perfici. etenim ceteris naturis multa
externa quo minus perficiantur possunt obsistere, uniuersam autem
naturam nulla res potest impedire propterea quod omnis naturas ipsa
cohibet et continet. quocirca necesse est esse quartum illum et al-
tissimum gradum quo nulla uis possit accedere. is autem est gradus 36
in quo rerum omnium natura ponitur; quae quoniam talis est ut et
praesit omnibus et eam nulla res possit inpedire, necesse est intel-
legentem esse mundum et quidem etiam sapientem.

Quid autem est inscitius quam eam naturam quae omnis res
sit conplexa non optumam dici, aut cum sit optuma non primum
animantem esse, deinde rationis et consilii compotem, postremo sa-
pientem; qui enim potest aliter esse optima? neque enim si stir-
pium similis sit aut etiam bestiarum optuma putanda sit potius
quam deterruma. nec uero si rationis particeps sit nec sit tamen a
principio sapiens non sit deterior mundi potius quam humana con-
dicio. homo enim sapiens fieri potest, mundus autem si in aeterno
praeteriti temporis spatio fuit insipiens numquam profecto sapientiam
consequetur; ita erit homine deterior. quod quoniam absurdum est,
et sapiens a principio mundus et deus habendus est.

Neque enim est quicquam aliud praeter mundum quoi nihil 37

AHPVB 1 in*ulla [n] *V* innulla *AHPB (cf p. 118,15)* 2 extremum atque perfectum *τέλος, cf de fin.* III 7,26 inuite* *ex* ~t& *B* 2. 3 nisquaeus *ex* nisquaeus *A* 3 obstitit, ~t *in ras A* obstitit, *in mg* ·Λ· optigit, *idem in contextu olim effectum fuit, ubi primitiua scriptura rad restituta V* 4 pictura *rad ex* pigt~ *A;* pi* ctura& *ex* pig tura&, *hoc ex* ~rae̅ *pr, B* 5 obsoluti *pr V* absoluti, ab *in ras rec,* so *red A* 7 atem *ft pr A* haṇc *B* 10 quod *A* 11 omnis *Bakius ad leg. p.* 451*; uide p.* 220,7 14 quam aut eam *Manutius* 15 dici. Δutcūſit, i. Δutcū *in ras, fuit* .... cum *B* optī*mam *ex* optūam *A* optumam *ex* ~mum *V* primā *P* 19 ſitamen *pr B* 22 profecto, ~o *in ras A* 25—*p.* 277,2 neque ... partibus *post* perfecti *p.* 277,8 *transponit c; quo pacto primum nihil lucramur: qui enim magis illis* scite enim Chrysippus *probantur ea quae antecedunt sublatis illis* neque ... partibus*? deinde quo modo ferri potest haec quam c effecit sententiarum series* neque enim est quicquam aliud praeter mundum, cui nihil absit quodque undique aptum atque perfectum expletumque sit omnibus suis numeris et partibus. sed mundus quoniam omnia complexus est, neque est quicquam, quod non insit in eo, perfectus undique est*? immo ab illis* neque enim est *nouum incipit argumentum eadem ratione superioribus adnexum quam tetigi ad p.* 268,14, *in eoque argumento quod primum ponitur, undique aptum atque perfectum esse mun-*

absit quoque undique aptum atque perfectum expletumque sit om-
nibus suis numeris et partibus. scite enim Chrysippus, ut clipei 14
causa inuolucrum uaginam autem gladii, sic praeter mundum cetera
omnia aliorum causa esse generata, ut eas fruges atque fructus quos
terra gignit animantium causa, animantes autem hominum, ut ecum
uehendi causa arandi bouem uenandi et custodiendi canem; ipse
autem homo ortus est ad mundum contemplandum et imitandum —
nullo modo perfectus sed est quaedam particula perfecti. sed mun- 38
dus quoniam omnia conplexus est neque est quicquam quod non
insit in eo perfectus undique est; qui igitur potest ei deesse id quod
est optimum; nihil autem est mente et ratione melius; ergo haec
mundo deesse non possunt. Bene igitur idem Chrysippus, qui simi-
litudines adiungens omnia in perfectis et maturis docet esse meliora,
ut in equo quam in eculeo in cane quam in catulo in uiro quam in
puero; item quod in omni mundo optimum sit id in perfecto aliquo
atque absoluto esse debere; est autem nihil mundo perfectius nihil 39
uirtute melius; igitur mundi est propria uirtus. nec uero hominis
natura perfecta est, et efficitur tamen in homine uirtus; quanto igi-
tur in mundo facilius; est ergo in eo uirtus. sapiens est igitur et
propterea deus.

Atque hac mundi diuinitate perspecta tribuenda est sideribus 15
eadem diuinitas; quae ex mobilissima purissimaque aetheris parte
gignuntur neque ulla praeterea sunt admixta natura totaque sunt
calida atque perlucida, ut ea quoque rectissime et animantia esse et
sentire atque intellegere dicantur. Atque ea quidem tota esse ignea 40
duorum sensuum testimonio confirmari Cleanthes putat, tactus et

---

dum, id Chrysippi auctoritate confirmatur, deinde quae reliqua erant ex argumentatione subiunguntur, qui igitur *et cetera p.* 277,10 25 cui* *(i red) ex* cum *B* quo *AHPV, cf p.* 213,5

1 quodque ... expletum que sit *om H* sit *om A* 2 numeris *cum ras AHPVB ex* ~emis *V* scite *ex* scit *B* Chrysippus 1153 *Arn., cf de fin.* II 13,40 *Bywaterus 'journ. of philol.'* VII 85 clipe *pr A (corr rec), corr* clypei *VB* 5 gignat *dett Heindorfius* 6 ***** uehendi [uehen] *A* 7 qui ortus *dett Heindorfius;* est *om H;* 8 est *om dett Rom c — eodem omnia consilio* 8 particula *B* 10 qui *dett Heindorfius* Quid *AHPVB* eideẽ̃ qđ *ex* ideẽ̃ qđ *B;* idqđ *V (similiter olim H)* 12 Chrysippus 641 *Arn.* 13 iper fectis *pr ut uid, supra add rec* due partes *A* 14 utnequo quam *ft pr A* ut nequaquam *rec V* eculeo *A* equulo *G (rec H)* eculeo *corr* ec~ *V* canem *B* 15 is *A* is *P* is *V;* sitis *corr* sit.Js *B* 16 mundo nihil *dett Ven* 18 utef ficitur, t *posterior in ras, fuit ut opinor* m *A* &eff~ *V* 19 & *add pr ut uid B* 21 *ss cf* III 9,23 *s* 21 per*spects, s *in ras rec A* pespecta *P* perspecta *in ras II fere litteris ampliore (pr ut uid Schwenkio) V* 22 mollissima *H* nobilissima *P* mo~, *supra add rec* t no *V* 23 sunt] est *tb. cf p.* 273,7 26 cleam—Thes *sic A. fr.* 504 *Arn.*

oculorum. nam solis calor et candor inlustrior est quam ullius ignis, quippe qui inmenso mundo tam longe lateque conluceat, et is eius tactus est non ut tepefaciat solum sed etiam saepe comburat, quorum neutrum faceret nisi esset igneus. 'ergo' inquit 'cum sol igneus sit Oceanique alatur umoribus' (quia nullus ignis sine pastu aliquo possit permanere) 'necesse est aut ei similis sit igni quem adhibemus ad usum atque uictum, aut ei qui corporibus animantium continetur. atqui hic noster ignis, quem usus uitae requirit, confector est et consumptor omnium idemque quocumque inuasit cuncta disturbat ac dissipat; contra ille corporeus uitalis et salutaris omnia conseruat alit auget sustinet sensuque adficit.' negat ergo esse dubium horum ignium sol utri similis sit, cum is quoque efficiat ut omnia floreant et in suo quaeque genere pubescant. quare cum solis ignis similis eorum ignium sit qui sunt in corporibus animantium, solem quoque animantem esse oportet, et quidem reliqua astra quae oriantur in ardore caelesti qui aether uel caelum nominatur. 41

Cum igitur aliorum animantium ortus in terra sit aliorum in aqua in aere aliorum, absurdum esse Aristoteli uidetur in ea parte quae sit ad gignenda animantia aptissima animal gigni nullum putare. sidera autem aetherium locum optinent; qui quoniam tenuissimus est et semper agitatur et uiget, necesse est quod animal in eo 42

AHPVB 1 solis candor *dett Rom Ven* solis et candor *Klotzius tbmc; sed postquam dixit sidera esse calida atque perlucida, primum de sole acturus aptissime uidetur eas ipsas res iungere, quae praesertim in sole una sentiri soleant, ac tum prius dicere de oculorum iudicio, dein de tactus* illustrior,est *ex* ~oreſ *V* ulluſ *H* 2 qui in inmenso *dett Dauisio auctore Heindorfius tbm, quo si careri potest, ablatiuum esse crediderim ut* toto mari *et similia, non datiuum (cf p.* 180,8*)* 3 tactueſt *pr AV* eſt⋆ utn̄|, e *et* n̄ *add,* ſt *in ras B* tepe facıt *pr B* 5 ſıt|⋆⋆⋆ oceanıq; *A* alat̃·umorıb;, ·um *in ras B* 6 posset *m, cf p.* 271,16*; oblique dictum significaui, cf p.* 91,12 ·ēſſ& *ex* eſſ& *V* ej *rad ex* ej *H* eı᾽ *G* eıſ *V* 7 uſum, uſ *ft red,* um *in ras rec A* eı᾽ *G* 8 contıneat̃ *B* atqui *dett Dauisio auctore Heindorfius (cf Wesenbergus ad Tusc.* III 7,14*)* atq; *AHPVB* πῦρ τὸ παμφάγον καὶ βάναυσον *(Clem. Alex. strom.* VII 6,34,4*)* uſu *pr B* 9 ·ōıū·| *add rec V* cunc|ta, c| *ex* ı*(?) ft pr B* corporeus *cf p.* 269,11. 271,21 11 *Zeno* 120 *Arn.* τὸ δὲ τεχνικὸν *(πῦρ)* αὐξητικόν τε καὶ τηρητικόν ēē *add ft pr A* 12 ſol⋆-utrı, utr *in ras,* ı *add, ft fuit* ſoluın *B;* utrius *mauult t cl u.* 14 ſımılıſıt *pr V* 15 et quidem] atque item *auctore Heindorfio et Orellio (p.* 124*) tb, quod Tullianum non est et opinor ne Latinum quidem. cf m ad uol.* I *p.* 412,33*, infra* III 9,23 *Stammius* 'die Partikelverbindung et quidem *(*ac quidem*) bei Cicero' (progr. Roessel.* 1885*)* 16 ⋆celeſtı [a?] *A* qą *H* quıą *V;* quı⋆|ether, ı *in ras,* ę *add, fuerit* quae ther *B. cf p.* 221,4. 303,13 17 igitur] enim *dett Heindorfius, quod sane poni potuit eo genere quod attigi p.* 268,14*; sed uidetur simili quodam genere ita scribere ut illa de astrorum ortu quae modo posuit et ad Cleanthis argumentum pertineant (nam quae in ardore nascantur de iis idem ualet quod de sole) et ad Aristotelem, quamquam ad hoc satis erat ponere quod u.* 20 *posuit, nihil de gignendo* 18 aere⋆[a?] *B* arıſtotelı *ex* ~totolı *ut uid B. fr.* 23 *R. (περὶ φιλοσοφίας), cf Bernaysius de dial. Arist.* 102 19 adgnenda *pr V* 20 a&hereum *B* ~rea *H* ~rıum *uid aliquando corr fuisse* ~reum *V* 21*s* anımaı̃ⁱᵃ *et* gignātur, ā *ex* a, *rec A*

giguatur id et sensu acerrumo et mobilitate celerrima esse. quare cum in aethere astra gignantur, consentaneum est in his sensum inesse et intellegentiam, ex quo efficitur in deorum numero astra 16 esse ducenda. etenim licet uidere acutiora ingenia et ad intellegendum aptiora eorum qui terras incolant eas in quibus aer sit purus ac tenuis quam illorum qui utantur crasso caelo atque concreto. 43 quin etiam cibo quo utare interesse aliquid ad mentis aciem putant. probabile est igitur praestantem intellegentiam in sideribus esse, quae et aetheriam partem mundi incolant et marinis terrenisque umoribus longo interuallo extenuatis alantur. Sensum autem astrorum atque intellegentiam maxume declarat ordo eorum atque constantia (nihil est enim quod ratione et numero moueri possit sine consilio), in quo nihil est temerarium nihil uarium nihil fortuitum. ordo autem siderum et in omni aeternitate constantia neque naturam significat (est enim plena rationis) neque fortunam, quae amica uarietati constantiam respuit. sequitur ergo ut ipsa sua sponte suo 44 sensu ac diuinitate moueantur. Nec uero Aristoteles non laudandus in eo quod omnia quae mouentur aut natura moueri censuit aut ui aut uoluntate; moueri autem solem et lunam et sidera omnia; quae autem natura mouerentur, haec aut pondere deorsum aut leuitate in sublime ferri, quorum neutrum astris contingeret propterea quod eorum motus in orbem circumque ferretur; nec uero dici potest ui quadam maiore fieri ut contra naturam astra moueantur (quae enim potest maior esse); restat igitur ut motus astrorum sit uoluntarius. 25

eadem q;

1 ıdeſt *rec A* ıdem, m *in ras H* ıdē *G* ıd eſt *P* ıd⋆ē.ᵍⁱ [·] *V* 3 nu- *AHPVB*
mera *pr B* 5. 6 *Nonius p.* 263 caelum rursus aer. M. Tullius de deorum natura lib. II 'altiora *(sic)* eorum . . . concreto' 5 incolunt *Nonius* 5. 6 rursus ac tenues *Nonius* 9 et *om HP* ıncolañ *ex* ~luñ *V* 10 longo *cum ras ex* ~ge *A* alant⋆ır *ex* ~tıſ *A* 11 aque *pr B* 12. 13 *Nonius p.* 352 numero ordine. M. Tullius de deorum natura lib. II 'nihil est enim ut orationem et *(*et *om plerique)* numero . . . temerarium' 13 ⋆q̊ *in ras rec, fuit* qđ *A.* quo *ordine, cf m ad part.* III *uol.* I *p.* 137,37 15 plena *constantia; cf p.* 298,16 *ss* 17 Aristoteles *cf p.* 278,18 laudanduſ᷄ ıno *A, quo puncto deceptus* laudandus est in eo *t eumque secuti bm* 18 naturam *B* 20 naturā̊ *B* 21 ın *add M, Kindervatero Heindorfioque auctoribus del Moserus tbm. cf p.* 330,15 *bell. Afr.* 84,2*;* sublime ferri *Cicero scripsit p.* 307,14 *Tusc.* I 17,40 *non plane idem ut opinor significans; nam p.* 316,6 *dubium est, p.* 261,13. 302,5 *(Tusc.* II 10,24*) poetica, Tusc.* I 43,102 *de diu.* II 31,67 *aliena. M. Messalla ap. Macrob. Sat.* I 9,14 uim . . . ignis atque animae leuem in inmensum sublime fugientem 22 in orbem circumferretur *Marsus c, sed id uerbum ista quidem significatione uereor ut Cicero posuerit, et cf p.* 281,10 23 naturā, u *in ras,* ā *ex* ~a *V* 24—*p.* 280,2 *Lactantius diu. inst.* II 5,9 *(cf p.* 284,20*ss)* item paulo superius 'restat' inquit 'ut motus . . . esse neget' 24 reſtat *rad ex* ræſtat *B*

Quae qui uideat non indocte solum uerum etiam impie faciat si deos esse neget. nec sane multum interest utrum id neget an eos omni procuratione atque actione priuet; mihi enim qui nihil agit esse omnino non uidetur. esse igitur deos ita perspicuum est ut id qui neget uix eum sanae mentis existimem.

Restat ut qualis eorum natura sit consideremus. in quo nihil 17
est difficilius quam a consuetudine oculorum aciem mentis abducere. 45
ea difficultas induxit et uulgo imperitos et similes philosophos imperitorum ut nisi figuris hominum constitutis nihil possent de dis inmortalibus cogitare; cuius opinionis leuitas confutata a Cotta non desiderat orationem meam. Sed cum talem esse deum certa notione animi praesentiamus, primum ut sit animans, deinde ut in omni natura nihil eo sit praestantius, ad hanc praesensionem notionemque nostram nihil uideo quod potius accommodem quam ut primum hunc ipsum mundum, quo nihil excellentius fieri potest, animantem esse et deum iudicem. Hic quam uolet Epicurus iocetur, homo non 46
aptissimus ad iocandum minimeque resipiens patriam, et dicat se non posse intellegere qualis sit uolubilis et rutundus deus, tamen ex hoc quod etiam ipse probat numquam me mouebit. placet enim illi esse deos, quia necesse sit praestantem esse aliquam naturam qua nihil sit melius. mundo autem certe nihil est melius. nec dubium quin quod animans sit habeatque sensum et rationem et mentem id sit melius quam id quod is careat. ita efficitur animantem, sensus men- 47
tis rationis mundum esse compotem; qua ratione deum esse mundum concluditur. Sed haec paulo post facilius cognoscentur ex is rebus ipsis quas mundus efficit.

AHPVB 2 utr⁎m [o] *A* 3 pro curati orie *sic fere, quamquam librarium uoluisse credo* ~one *A* perc̣ȧtione *pr ut uid B* 4 p⁎⁎⁎⁎⁎ſpicuum [ſpicu *ut uid, sed in mg*], ē *quod sequitur in ras scriptum uisum est Schwenkio non mihi A* perſpicuum, er *in ras* III *litt, fuerit* praeſp~ *B* 5 ıδ *add pr ut uid A* 5. 6 exiſtımem⸢ſane reſtat *(paragraphus add) V* exiſtı⁎ mem;reſtat [ſ] *B* 6 *de* restat *in parte non extrema cf I. Muellerus act. semin. Erlang.* I 366 6*ss cf* III 8,20*ss* conderemuſ *pr V* 7 acıemmtıſ, ac *add*, ıem *in ras, uid fuisse* ato2mtıſ *B* 10 cogıtare *ex* ~gat~ *A* 11 cumtalem *in* m *et* t *aliquid corr, fuit opinor* cuml~ *B* eſſe⁎ *ex* eſſ& *A* notıone *ex* nocıonı *B. cf p.* 221,8 12 ın *add V* 13 pr̤eſenſıonem *ex* proſ~ *B* 14 potıuſ *ex* totıuſ *B* primum *ἀνακολούθως, cf p.* 128,16*; secundum est de sideribus, quorum de praestantia p.* 282,9 *sic disserere incipit quasi mundi formam probaturus, sed indidem ea ipsa diuina esse efficit p.* 284,20 15 huc *pr V* 17 mınımme.quȧe *B* resipiens *Vrsini 'manuscriptus' Casaubonus ad Theophr. char. cap.* 1 *Dauisius* reſpıcienſ *AHPVB; cf p.* 235,8 ſe *ex* ſı *V. cf p.* 208,9 18 rutundıſ *pr A* 19 etı⁎|am [ā] *A* eē⁎ *ex* e& *B* 20 quam *B* 21 mundo mundo *A* 23 quod/nſ, u *in ras*, o *add, fuit* qđ dnſ *V*; nſ *AH* ⁎nſ *ex* hſ *B* his *tbmc* 25 paulo post *p.* 282,9 *ss* hſ *an* Iſ *incertum A* nſ *HPV* hſ *B*

18 Interea Vellei noli quaeso prae te ferre uos plane expertes esse doctrinae. conum tibi ais et cylindrum et pyramidem pulchriorem quam sphaeram uideri. nouum etiam oculorum iudicium habetis. sed sint ista pulchriora dum taxat aspectu — quod mihi tamen ipsum non uidetur; quid enim pulchrius ea figura quae sola omnes alias figuras complexa continet, quaeque nihil asperitatis habere nihil offensionis potest, nihil incisum angulis nihil anfractibus, nihil eminens nihil lacunosum; cumque duae formae praestantissimae sint, ex solidis globus (sic enim σφαῖραν interpretari placet), ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος Graece dicitur, his duabus formis contingit solis ut omnes earum partes sint inter se simillumae a medioque
48 tantum absit extremum, quo nihil fieri potest aptius — ' sed si haec non uidetis, quia numquam eruditum illum puluerem attigistis, ne

---

1 noli⁎, ı *in ras B* plane *corr* ~e *V* 2 quonum *A, pr V* C⁎o⁎- num, o *in ras, fuit* Quonum *B* ais *p.* 211,3, *unde* et quadratum *huc inserere et facile et procliue, ut pro Arch.* 3,5 et Locrenses *addunt ex* 5,10 *uel pro Balbo* 22,51 M. Crassum *ex* 22,50, *desiderant* et specie *Gell.* IV 9,12, *ex Alexandri de fato* 16 *Menelai mentionem tollit Brunsius; ut nouicium exemplum afferam, Felix Dahnus in Iuliano* III 202 *enumerat deos* Zeus und Jupiter und Osiris und Teutates, *deinde sic scribit* daher gleicht Zeus dem Hellenen, Osiris dem Ägypter, Teutates dem Gallier, *de Ioue Romano nihil* 3 oCulorum *ex* olul~ *ft pr B* ıucium *pr A* 6 quaenıhıl *A* 6—8 *cf p.* 168,11*ss* 6 offenſıoneſ *pr A* 7 anfractıbuſ, r *in ras ut uid, ft ex* l *et pr A* 8—10 *Nonius p.* 432 inter circum *(*circulum *pars codicum)* et globum hoc interest: circus *(*circulus *pars codicum)* est planities rutunda ut circuitus, globus soliditas undiqueuersum rutunda ut est sphaera et staminum glomera. M. Tullius de deorum natura lib. II 'cumque . . . aut orbis' 8 q· *add B* praestantissimae *Nonius* praeſtantıſ *P, corr* ~teſ *A* ~teſ *H* ~tı̣ſ *V;* ~tıſınt *corr* ~teſınt *B tbm* ex *ex* & *V;* exolıdıſ *pr B* 9 *de re p.* VI 17 orbibus uel potius globis ſpheram *AHPB* ſp~ *G* ſpḥ~ *V* cırculoſ *pr ut uid B* circus *Nonii codices praeter Leid. eodem modo testes inter se discedunt de re p.* VI 15 *et* 16 10 cycluſ *B* cı~ *AHPV* 11 oīſ *H* omıſ *P* omnıſ *VB, corr* ~eſ *A* inter] ī *H* 12 tandum *pr B;* tantū| abſit extremū/ quo, *in mg add (ft rec)* /· quantū ıdē| aſūmo· *V (et ita Rom Ven,* quantum medium a summo *Dauisio auctore Heindorfius).* tantundem *Maduigius philol.* II 140 *(opusc. ed.* II *p.* 714*s) tbmc praeeunte Alano, qui deinde* summum absit et extremum*; Maduigiana correctione probata* omne *post* absit *add Briegerus p.* 18. 24 *cl p.* 168,10, undique *ante* absit *c. et sane potuit* undique *poni (cf p.* 315,12. 17 *Tusc.* I 43,104 undique enim ad inferos tantundem uiae est *al.), necessarium non esse in hac ipsa re docent definitiones Aristoteleae: rhet.* III 6. 1407*b* 27 *κύκλον . . ἐπίπεδον τὸ ἐκ τοῦ μέσου ἴσον (cf anal. post.* II 7. 92*b* 22*), de caelo* II 14. 297*a* 25 *σφαίρας σχῆμα τὸ ἴσον ἀπέχειν τοῦ μέσου τὸ ἔσχατον; accedit quod ex illis* omnes earum partes *facile hic subauditur* omnibus partibus. *sed* tantundem *quoque necessarione scribatur dubito. cum enim* is *nonnumquam de eo dicatur qui in quaque re intellegendus sit (cf Reitzensteinus Herm.* XXXV 624 *n.* 1*) et similiter* ille *(de diu.* II 25,54*, cf Krollius mus. Rhen.* LX 557*),* tot *apud iure consultos quidem infinitum numerum significet, ipsum* tantum *similiter positum sit p.* 227,7, *uidetur hic quoque id interuallum dici posse quo in quoque circulo extremitas distet a centro* 13 *ante* |ne *add* an| *V*

hoc quidem physici intellegere potuistis, hanc aequa*bi*litatem motus constantiamque ordinum in alia figura non potuisse seruari? Itaque nihil potest indoctius quam quod a uobis adfirmari solet. nec enim hunc ipsum mundum pro certo rutundum esse dicitis, nam posse fieri ut sit alia figura, innumerabilesque mundos alios aliarum esse formarum. quae si bis bina quot essent didicisset Epicurus certe 49
non diceret; sed dum palato quid sit optimum iudicat, 'caeli palatum', ut ait Ennius, non suspexit.

Nam cum duo sint genera siderum, quorum alterum spatiis in- 19
mutabilibus ab ortu ad occasum commeans nullum umquam cursus sui uestigium inflectat, alterum autem continuas conuersiones duas isdem spatiis cursibusque conficiat, ex utraque re et mundi uolubilitas, quae nisi in globosa forma esse non posset, et stellarum rutundi ambitus cognoscuntur.

Primusque sol, qui astrorum tenet principatum, ita mouetur ut cum terras larga luce compleuerit easdem modo his modo illis ex partibus opacet; ipsa enim umbra terrae soli officiens noctem efficit. nocturnorum autem spatiorum eadem est aequabilitas quae diurnorum. eiusdemque solis tum accessus modici tum recessus et frigoris et caloris modum temperant. circumitus enim solis orbium quinque et sexaginta et trecentorum quarta fere diei parte addita conuersionem

---

AHPVB 1 aequabilitatem *dett Dauisio auctore Heindorfius* (a)equalitatem *AHPVB; cf u.* 18 *p.* 267,16 2 ordinum *cf p.* 303,3. 305,24 3 poteſt$^{\bar{e}\bar{e}}$ ındoctıuſ *V* po*|teſt ēē ınd~ [ſ] teſt ēē *in ras* r *uel* vı *litt; in initio uersus fuisse uid* p *B tbm* (poteſt ındoctıuſ *A ut p.* 279,17*); cf p.* 112,17, *quamquam possis etiam subaudire* adfirmari *ut p.* 301,2 effici 4 ıpſum *** mundum [unq*?* (q, *certum uid)*] *A* 5. 6 *expectes* aliis esse formis, *cf G. V. Edwards 'the ablative of quality and the genetive of quality' (diss. uniu. Hopkins.* 1899*)* 58*; an intercidit aliquid, ut fuerit uelut* aliis esse figuris, nec uero infinitam multitudinem uariarum esse formarum*: Epicurus fr.* 82 *Vs. καὶ διαφόρους αὐτοὺς (τοὺς κόσμους) ... φησιν ... οὐ μέντοι πᾶν σχῆμα ἔχειν* 6 qđ *AHP, pr V, corr* q̄đ *B* 7 plato *pr B* palatum, *supra* tum *add rec* t̄ tū *A* 8 Ennius *inc.* 16 *Vahl.* 10 *um quam *ex* hunc ~ *B* curruſ *AH, pr V* 11 contrarias *Iortinus misc. obseru.* ıı 163 *cl p. (*175,7*)* 308,5 *de re p.* vı 17 *(cf Macrobius* ı 14,26*); sed* continuas c. *recte dictum uidetur et respondere illis* nullum umquam c. s. u. inflectat, *desideres autem quod respondeat illis* ab ortu ad occasum commeans*; fuerit fere* contrarie procedens continuas conuerſıone *pr B* duaſ *corr* *ſuaſ *A, om P* 12 conficı*at [l?] *B* ~feciat, ıat *in ras rec A* ~fectat *HP* ~fecta *V* 13 potest *dett Bakius* 15 tenet *ex* ~ıt *V* 16 ıſ *corr* ííſ *V* 17 efficienſ *pr V* officientis *Gesnerus chrestom.* 406 *Heindorfius; cf de diu.* ı 30,62 quaerenti 18 dıornorum *pr AV* 19 eī demq; *ex* ~denıq; *B* modici tum recessus *om H;* tū *ex* cū *V* 20 mundum *B* *inter* quinque *et* et *habent* defectıeſt *(transfossum) A,* defectıb; *H,* defectıb: eſt *P, cf p.* 283,8 20. 21 v et lx *(haec cum M)* et ccc *Rom tbm, et tb quidem* trecenti *legi iubentes cum dett Boherio Dauisio, nam Iac. Cuiacius de diuersis temporum praescriptionibus cap.* 20 *in. de casu nihil pronuntiat. quem si probamus nominatiuum,* orbium *aut nihil erit aut, quod ait c, mutandum in* orbis. *cf de re p.* vı 12 cum aetas tua septenos octiens solis anfractus reditusque conuerterit

conficiunt annuam; inflectens autem sol cursum tum ad septem triones tum ad meridiem aestates et hiemes efficit et ea duo tempora quorum alterum hiemi senescenti adiunctum est alterum aestati: ita ex quattuor temporum mutationibus omnium quae terra marique gignuntur initia
50 causaeque ducuntur. Iam solis annuos cursus spatiis menstruis luna consequitur, cuius tenuissimum lumen facit proximus accessus ad solem, digressus autem longissimus quisque plenissimum. neque solum eius species ac forma mutatur tum crescendo tum defectibus in initia recurrendo, sed etiam regio; quae cum est aquilonia aut australis, in lunae quoque cursu est et brumae quaedam et solstitii similitudo, multaque ab ea manant et fluunt quibus et animantes alantur augescantque et pubescant maturitatemque adsequantur quae oriuntur e
20 terra. Maxume uero sunt admirabiles motus earum quinque stellarum
51 quae falso uocantur errantes; nihil enim errat quod in omni aeternitate conseruat progressus et regressus reliquosque motus constantis et ratos. quod eo est admirabilius in is stellis quas dicimus, quia tum occultantur tum rursus aperiuntur, tum adeunt tum recedunt, tum antecedunt tum autem subsecuntur, tum celerius mouentur tum tardius, tum omnino ne mouentur quidem sed ad quoddam tempus insistunt. quarum ex disparibus motionibus magnum annum mathematici nominauerunt, qui tum efficitur cum solis et lunae et quinque errantium ad eandem inter se comparationem confectis omnium
52 spatiis est facta conuersio; quae quam longa sit magna quaestio est, esse uero certam et definitam necesse est. Nam ea quae Saturni stella dicitur *Φαίνων*que a Graecis nominatur, quae a terra abest plurimum,

---

3 Ihem^{1}, ı *add pr, A* 6 conſequıt *A* *cuıſ *ex* quıſ *pr ut uid A* *AHPVB* 7 solum] ſolem *pr V* 8 ad *pr A, corr* ac* *B* tū defectıb· ınınıtıa | recurrendo *in mg B, cf u.* 10. defectibus *μειώσεσι, cf Gellius* xx 8,5 9 cum *scripsi* tum *AHPVB tbmc* aquilonia *dett Rom* ~lonalis *dett Ven* ~lenta *AHPVB, quod multo minus apud Ciceronem ferri potest quam apud Chalcidium eodem sensu* aquilentanus aut] tū *in ras* ıı *litt V tbmc* nam in *ci Heindorfius* ita in *uel* sic in *Schoemannus opusc.* ıı 330 inde in *tbm* itaque in *Giambellus* 10 curſu tum defectıb; ınımıcia recurren|eſt&, tum ... recurren *transfossa,* eſt *in ras (fuerit* do*) B, cf u.* 8 12. 13 e*terra *ex* &terra *B* etterra *A* 16 hıſ *HPVtbmc* dıcımur *pr V* 17 adeunt *Vrsinus 'ex antiquo libro', Dauisius* abeunt *HPV* ^{h}ab~ *A* *ab~ [h] *B* 20 *(fr.* 7 *tb* 5 *mc) Seruius in Aen.* ıı 284 *post commemoratum Hortensii fr.* 35 *m* de quo *(anno magno)* uaria dicuntur et a Mentore et ab Eudoxo et a Ptolomaeo et ab ipso Tullio; nam in libris de natura deorum tria milia annorum dixit magnum annum tenere. *numerum, qui singularis est, aliunde crediderim a commentatore inuectum; nam Cottam in tertio* (25,65) *de magno anno dixisse non probabile, certum numerum protulisse etiam minus. ceterum ex Aristotelis de philosophia haec hausta esse (fr.* 25 *R.) auctor est Bywaterus 'journ. of philol.'* vıı *(*1877*)* 86 *s* 21 & quınq; *add pr ut uid A* 22 ınterſe *cum ras ex* inteſte (t *corr* ſ *iam pr, ft etiam* ſ *corr* r*) A* *cōparatıonē [r] *A* ^{a}comperatıonem *B* 24 ſaturnſ (n *ex* m *pr) A* ~nıa *H* ~nı** [ſa] *V* ~nı* [ſ *(*ſı*?)*] *B* 25 faenonque *AVB* ~quæ *P* feñq; *H*

XXX fere annis cursum suum conficit, in quo cursu multa mirabiliter efficiens tum antecedendo tum retardando, tum uespertinis temporibus delitiscendo tum matutinis rursum se aperiendo nihil inmutat sempiternis saeclorum aetatibus quin eadem isdem temporibus efficiat. Infra autem hanc propius a terra Iouis stella fertur quae *Φαέθων* dicitur, eaque eundem duodecim signorum orbem annis duodecim conficit easdemque quas Saturni stella efficit in cursu uarietates. Huic autem proximum inferiorem orbem tenet *Πυρόεις* quae stella 53
Martis appellatur, eaque quattuor et uiginti mensibus sex ut opinor diebus minus eundem lustrat orbem quem duae superiores. Infra hanc autem stella Mercuri est (ea *Στίλβων* appellatur a Graecis), quae anno fere uertenti signiferum lustrat orbem neque a sole longius umquam unius signi interuallo discedit tum anteuertens tum subsequens. Infima est quinque errantium terraeque proxuma stella Veneris, quae *Φωσφόρος* Graece Lucifer Latine dicitur cum antegreditur solem, cum subsequitur autem *Ἕσπερος*; ea cursum anno conficit et latitudinem lustrans signiferi orbis et longitudinem, quod idem faciunt stellae superiores, neque umquam ab sole duorum signorum interuallo longius discedit tum antecedens tum subsequens. Hanc igitur in stellis constantiam, hanc tantam tam uariis cursibus 21 54
in omni aeternitate conuenientiam temporum non possum intellegere sine mente ratione consilio. quae cum in sideribus inesse uideamus, non possumus ea ipsa non in deorum numero reponere.

Nec uero eae stellae quae inerrantes uocantur non significant eandem mentem atque prudentiam. quarum est cotidiana conueniens constansque conuersio. nec habent aetherios cursus neque caelo in-

---

AHPVB 1 quo curſum *B* 3 rurſū, *supra* r∾ *add rec* ł ſ *V* aperiando *pr B* nihil *om H* 4 isdem] hıſ *H* 5 faethon *PV* ∾ton *A* fethon *H* ∾om *B* 6 duodecim ſignorū orbem anniſ *in mg inferiore V* anniſ XII *A* 8 proximum *cf p.* 190,5 pŕroıſ *AHPVB* quae *sic V* quæ *ex* qua *B* 9 ut ut *V* oppınor *A* opınor *H* opınnor *P* opın*or *ex* opınıo *ut uid B* 11 ſtella *corr* ∾ā *B* mercurieſt, ı *red uid*, e *in ras*, ſ *red uid*, t *uid add (fuitne* mercuriuſ*) A* ſtılbon *AHPVB* agreciſ *add A* 12 uertente *PVB tbmc, ex* ∾tı *A* feruente *H* 13 umquā, um *e corr et maximam partem in ras A* 14 ınfirma *AV* 15 phoſphoroſ *H* foſ—foroſ *AV* fofforoſ *P, corr* b*oſ∾ *(an* h*oſ∾*) B* 16 heſperoſ *AHP* ∾ṛo ſ *rec V* e*haſperoſ *B* Graece Hesperos, Latine Vesper *ci Lambinus, sed* Vesperum *pauci dixerant, cf Ennius inc.* 31 *V. Varro de l. L.* VI 6 VII 50 *r. r.* III 5,17 20—23 *Lactantius diu. inst.* II 5,8 Lucilius Stoicus aput Ciceronem sic loquitur 'hanc igitur ... reponere' 20 in *om B* tantam in tam *Lactantius* 22 ſimente *pr A* inesse] esse *Lactantius* 23 ıpſa *add rec V* ınde|horū *V* 24 eæ *ex* ea *B* quaeıxerranteſ, ıxer *in ras B. ἀπλανεῖς* 26 circos *dubitans ci c; si quid mutandum esset, mallem* inhaerent, *sed uide de re p.* VI 17 in quo *(*orbe*)* sunt infixi illi qui *(adde uelut* simul cum caelo, *cf p.* 308,24*)* uoluuntur stellarum cursus sempiterni

haerentes, ut plerique dicunt physicae rationis ignari; non est enim aetheris ea natura ut ui sua stellas conplexa contorqueat, nam tenuis ac perlucens et aequabili calore suffusus aether non satis aptus ad
55 stellas continendas uidetur; habent igitur suam sphaeram stellae inerrantes ab aetheria coniunctione secretam et liberam. earum autem perennes cursus atque perpetui cum admirabili incredibilique constantia declarant in his uim et mentem esse diuinam, ut haec ipsa qui non sentiat deorum uim habere is nihil omnino sensurus esse uideatur.

56 Nulla igitur in caelo nec fortuna nec temeritas nec erratio nec uanitas inest contraque omnis ordo ueritas ratio constantia, quaeque his uacant ementita et falsa plenaque erroris, ea circum terras infra lunam, quae omnium ultima est, in terrisque uersantur. caelestem ergo admirabilem ordinem incredibilemque constantiam, ex qua conseruatio et salus omnium omnis oritur, qui uacare mente putat is ipse mentis expers habendus est.

57 Haut ergo ut opinor errauero, si a principe inuestigandae ueri-
22 tatis huius disputationis principium duxero. Zeno igitur naturam ita definit ut eam dicat ignem esse artificiosum ad gignendum progredientem uia. censet enim artis maxume proprium esse creare et gignere, quodque in operibus nostrarum artium manus efficiat id multo artificiosius naturam efficere, id est ut dixi ignem artificiosum magistrum artium reliquarum. atque hac quidem ratione omnis natura artificiosa est, quod habet quasi uiam quandam et sectam quam
58 sequatur. Ipsius uero mundi, qui omnia conplexu suo coercet et continet, natura non artificiosa solum sed plane artifex ab eodem Zenone dicitur, consultrix et prouida utilitatum oportunitatumque

---

ornatu quem uidemus, aut certe perdiuturna, permanens ad longincum et inmensum paene tempus. quorum utrumuis ut sit, sequitur natura mundum administrari. quae enim classium nauigatio aut quae instructio exercitus aut, rursus ut ea quae natura efficit conferamus, quae procreatio uitis aut arboris, quae porro animantis figura conformatioque membrorum tantam naturae sollertiam significat quantam ipse mundus? aut igitur nihil est quod sentiente natura regatur, aut mundum regi confitendum est. Etenim qui re- 86
liquas naturas omnes earumque semina contineat qui potest ipse non natura administrari; ut, si qui dentes et pubertatem natura dicat existere, ipsum autem hominem cui ea existant non constare natura, non intellegat ea quae ecferant aliquid ex sese perfectiores habere naturas quam ea quae ex his efferantur. omnium autem rerum quae 34
natura administrantur seminator et sator et parens ut ita dicam atque educator et altor est mundus omniaque sicut membra et partes suas nutricatur et continet. quod si mundi partes natura administrantur, necesse est mundum ipsum natura administrari. cuius quidem administratio nihil habet in se quod reprehendi possit; ex his

---

non ... non *pro Mur.* 28,59, nondum diuinae religionis non humani officii ratio colebatur *de inu.* I 2,2, *quo plura contulit Stroebelius Tullian.* 27

AHVB 1 *forsitan fuerit* qui est in rutundo infimus, *cf p.* 316,2 *Tusc.* V 24,69 & *add B* 3 genera corporum *στοιχεῖα. cf* III 12,31 uiciſſitudine *ex* uiſ iſit~ *ft pr B* 4 contıneata *pr B* 5 aqua*oritur *ut uid, sed ft fallit membranae asperitas A* aere. exaether,****de ın de [exre] *B* uicıſſim* [e] *B* athere *pr A* 6 ıſ *H* hıſ *B* hıf *M mc* 7 citroque *dett Ven, et aut ita aut* ultro et citro *Cicero alias* 8 aut* [-] *B* 9 uıdemuſ *ex* ~dım~ *V* at* *ft pr A* dıuturna *A* per|dıut~ *B* 13 arboriſ, ſ *in ras ampliore B* 16 regatur,a aut &mundum *V* regı* [o] *B* 17 non *add B* 20 ecferant *corr* eof~, *rec ante* e *supra add* n *V* (nec ferant *N)* etferant *AH* haecferaṇt *B* aliquid] *pergitur p.* 338,19 largitate *AHVB, cf p.* 268,4 14

AHNB 20 ex *cf p.* 268,4. 14; *deficit V* 21 iis *Ven tbmc* 21—24 *Nonius p.* 478 nutritur et nutricatur pro nutrit et nutricat ... M. Tullius de deorum natura lib. II 'omnium ... continet' 23. 24 *Priscianus inst.* VIII 14,77 *p.* 432,4 *H.* nutrio nutrico et nutricor. Cicero in II de natura deorum 'omnia quae ... continet' 23 ſicut membra| *add B* 26 iis *Rom Ven tbmc*

enim naturis quae erant quod effi optimum potuit effectum est.
87 doceat ergo aliquis potuisse melius; sed nemo umquam docebit, et si quis corrigere aliquid uolet aut deterius faciet aut id quod fieri *non* potuerit desiderabit.

Quod si omnes mundi partes ita constitutae sunt ut neque ad usum meliores potuerint esse neque ad speciem pulchriores, uideamus utrum ea fortuitane sint an eo statu quo cohaerere nullo modo potuerint nisi sensu moderante diuinaque prouidentia. Si igitur meliora sunt ea quae natura quam illa quae arte perfecta sunt nec ars efficit quicquam sine ratione, ne natura quidem rationis expers est habenda. qui igitur conuenit, signum aut tabulam pictam cum aspexeris, scire adhibitam esse artem, cumque procul cursum nauigii uideris, non dubitare quin id ratione atque arte moueatur, aut cum solarium uel descriptum uel ex aqua contemplere, intellegere declarari horas arte non casu, mundum autem, qui et has ipsas artes et earum artifices et cuncta conplectatur, consilii et rationis esse ex-
88 pertem putare. quod si in Scythiam aut in Brittanniam sphaeram aliquis tulerit hanc quam nuper familiaris noster effecit Posidonius, cuius singulae conuersiones idem efficiunt in sole et in luna et in quinque stellis errantibus quod efficitur in caelo singulis diebus et noctibus, quis in illa barbaria dubitet quin ea sphaera sit perfecta
35 ratione; hi autem dubitant de mundo, ex quo et oriuntur et fiunt omnia, casune ipse sit effectus aut necessitate aliqua an ratione ac mente diuina, et Archimedem arbitrantur plus ualuisse in imitandis sphaerae conuersionibus quam naturam in efficiendis, praesertim cum multis partibus sint illa perfecta quam haec simulata sollertius.
89 utque ille apud Accium pastor, qui nauem numquam ante uidisset,

---

2 alıqui*ſ *ex* ~quıd *A* 3 facıt *AHN, corr* facıet *B* 4 non *AHNB habet NO* ñ *add ft rec B* potuıt *N* 5 Quıd *A* 5. 6 aduſum ... neque. *in mg A* 9 nature *pr A* *arte [p *ut uid*] *B* nearſ *pr A*

10 nenatura *B* experſ, erſ *in ras* IV *litt, ft fuit* expreſſa *B* 12 cūq; ꝑcurſū *H;* Curſum, Cur *in ras rec A,* C *ex* ſ *B;* ſurſum nauıgıū agı *N* 14 discriptum *tbmc; cf p.* 38,7 *Censorinus de die nat.* 23,7 *Vitruuius* IX 7 *et* 8 *passim; discriptum in horas scilicet etiam illud erat quod* ex aqua *uocatur* uel ex *post Schellerum p.* 210 *et Handium Tursell.* I 550 *t (cf Nipperdeius opusc.* 278*)* aut ex *AHNB;* aut d. aut ex a. *dett Walkero auctore Heindorfius*

17 putarem *AB* q̄d* *ex* o̥q̄d *potius quam* i̥q̄d *A* ſcythıam, ſ *add B* 18 familiaris *cf p.* 258,19 *de fin.* I 2,6, *nec dubitari debuit quin philosophum hic quoque dicat non caelatorem. cf Dielsius de elemento* 2 *n.* 2

effecıt *ex* ~fic~ *B* poſſidonıuſ *BGN* poſid~ *rec ut uid A* 19 ın *ante* luna *add B* 20 errantıb; errantıbuſ *B* Cẹlo *ex* ſole *B* 24 Archimedem *cf de re p.* I 14,22 *(Lactantius diu. inst.* II 5,18*) Tusc.* I 25,63 *Sextus adu. math.* IX 115 ın *add A* 25 praesertim cum *cf Maduigius de fin.* II 8,25 27 utque *scripsi (cf p.* 302,13*)* ȧtque *AHNB* atqui *dett Gruterus tbmc.*

ut procul diuinum et nouum uehiculum Argonautarum e monte conspexit, primo admirans et perterritus hoc modo loquitur: 'tanta moles labitur fremibunda ex alto ingenti sonitu et spiritu: prae se undas uoluit, uertices ui suscitat, ruit prolapsa, pelagus respergit reflat; ita dum interruptum credas nimbum uoluier, dum quod sublime uentis expulsum rapi saxum aut procellis, uel globosos turbines existere ictos undis concursantibus — nisi quas terrestres pontus strages conciet, aut forte Triton fuscina euertens specus subter radices penitus undanti in freto molem ex profundo saxeam ad caelum eruit': dubitat primo quae sit ea natura quam cernit ignotam; idemque iuuenibus uisis auditoque nautico cantu: 'sicut inciti atque alacres rostris perfremunt delphini' (item alia multa) 'Siluani melo consimile*m* ad aures cantum et auditum refert' — ergo ut hic primo aspectu inanimum quiddam sensuque uacuum se putat cernere, post autem signis certioribus quale sit id de quo dubita-

uide Sextum adu. math. IX 27 Accium *Marsus* actum *AHB* arciū *N. Medeae fr.* 1 *Ribb.*

AHNB 2 e] *&* *pr A* 3 *ss Priscianus de metris Terentii* 15 *p.* 424,9 *K.* Accius in Argonautis ex persona pastoris qui primam uidit nauem Argo 'aut forte ... eruit' *(u.* 8—10*)* 'fremibunda ... reflat' *(*3—5*). Priscianum haec ex Cicerone sumpsisse ideo suspiceris quod Argonautas uocat fabulam non Medeam, et adfirmat Keilius* 3 fremibunda *corr* ~meb~ *B* ſo*nitu [m] *A* spiritu *cum Prisciano Ald* ſtrepitu *AHNB; eodem modo in eodem exitu peccatum in Ennii uersu (scen.* 11 *V.) apud Gellium* IV 17,14 4 euoluit *AHN* *uertıceſ*uı [*utrobique* ⁊ *ut uid*] *B* respargit *dett Ribbeckius* 5 reflat *cum Prisciano Ald* profluit *AHNB* 5 *bis* tum *pro* dum *maluerunt Boherius aliique; uide Richardsonum de 'dum' particulae apud priscos scriptores Latinos usu (Lips.* 1886*)* 6 nımb*um [r *ut uid*] *B* uoluıer *H;* uoluıer.dum, er. *in ras, fuerit* ~uıperd~ *(*p *et* r *certae) B* 6 mentıſ *pr B* 7. 8 *Nonius p.* 90 conciere cum perturbatione conmouere. Accius Medea 'nisi ... conciet' 7 terreſtreſ *cum ras ex* ~raſ *A* 8 pontuſ** ſtrageſ [ıſ *ut uid*] ~ſ *add B* aufortetrıton *ex* ~con *B, unde non coniciendum cum Ribbeckio* an forte fuſcıneuertenſ *A* ~cıneu~ *pr B* 9 ſubter|***ra dıceſ [ter] *B* undanti in *cum Prisciano Ald* undanteſ uemant *AHB* ~te uenıre *N; ft fuit* undantei in infracto *Priscianus* 9. 10 ſax*e am**|aɔcaelum *ex* ſaxae amat| caelum *B;* ɑ̀t *AH* aut *N* 10 erigit *Lachmannus ad Lucret.* V 1389 *b, quod mihi uerbum, cum nauis non stet sed moueatur, multo minus aptum uidetur quam eruendi:* aequora fundo eruit *Silius* XVII 239 11 *uıſıſ **audıtoq; *ex* ſuıſ ıſaud~ *B* cantu*ſicut [ſ] ſicu *et ex parte* t *in ras B* 11 *Medeae Accii fr.* II. III *Ribb.* sic incitati *dett Heindorfius* sicut concīti *Buechelerus apud Ribbeckium, qui olim* sic aut incīti *(et ita tb), postea* sicut lasciui*;* sic' ait 'incīti *c. uerba tradita, quae pro corruptis etiam m habet, ita defendere studui in libro gratulatorio ad Vahlenum misso a.* 1900 *p.* 221 *ss, ut uersum ab initio mancum ita pronuntiandum esse dicerem* (nam) sícut íncĭti ătque álacres r. p. *quos numeros si quis sibi scire uidetur ab Accii arte esse alienos, ei restat ut credat plus uno uersu fuisse sic* sícut inciti | atque alacres rostris ⏑̆–⏑̆– perfremunt*; certe in ipsis uerbis nihil uitiosum est* 12 item illa moles *ci m* item alto mulcta *Ribbeckius* item illa mota *uel* muta *Buechelerus,* alia multa *post* refert *u.* 13 *transponit Goethius. uide quae scripsi l. d.* 223*; et uerum iam Ald habet* 13 consimilem *dett Ven* ~le *AHNB* ad aures et auditum *puto iungendum cum Lachmanno ad Lucr.* IV 581*, non* cantum et auditum *cum c post* refert *superiores plene incidebant; cf p.* 301,27

uerat incipit suspicari, sic philosophi debuerunt, si forte eos primus aspectus mundi conturbauerat, postea cum uidissent motus eius finitos et aequabiles omniaque ratis ordinibus moderata inmutabilique constantia, intellegere inesse aliquem non solum habitatorem in hac caelesti ac diuina domo sed etiam rectorem et moderatorem et tamquam architectum tanti operis tantique muneris.

36 Nunc autem mihi uidentur ne suspicari quidem quanta sit ad-
91 mirabilitas caelestium rerum atque terrestrium. Principio enim terra sita in media parte mundi circumfusa undique est hac anima[bi]li spirabilique natura cui nomen est aer — Graecum illud quidem sed perceptum iam tamen usu a nostris; tritum est enim pro Latino. hunc rursus amplectitur inmensus aether qui constat ex altissimis ignibus (mutuemur hoc quoque uerbum dicaturque tam aether Latine quam dicitur aer, etsi interpretatur Pacuuius 'hoc quod memoro nostri caelum Grai perhibent aethera' — quasi uero non Graius hoc dicat. 'at Latine loquitur.' si quidem nos non quasi Graece loquentem audiamus; docet idem alio loco: 'Graiugena: de isto aperit
92 ipsa oratio') — sed ad maiora redeamus. ex aethere igitur innumerabiles flammae siderum existunt, quorum est princeps sol omnia clarissima luce conlustrans, multis partibus maior atque amplior quam terra uniuersa, deinde reliqua sidera magnitudinibus inmensis. atque hi tanti ignes tamque multi non modo nihil nocent terris rebusque terrestribus, sed ita prosunt ut si mota loco sint conflagrare terras necesse sit a tantis ardoribus moderatione et temperatione sublata.

2 poſtea**** cum *B* 6 *cf p.* 208,14 *s* nun*erıſ *ex* num~ *A* *AHNB* 8—10 *Probus in Verg. ecl.* 6,31 *p.* 341,4 *Hag.* et Cicero in eo libro quo supra *(cf p.* 316,9*)* 'principio enim *(*eum *Vaticanus) ...* est aer' 9 hoc *Vaticanus Probi* anımalı *O* ~abılı *AHNB Probus (ut uid), quod actiue interpretatur Brixius uel Niemeyerus ad Plauti capt.* 56 *non recte, cf p.* 269,12. 328,10 *m ad uol.* I *p.* 360,21 10 natura *om Vaticanus Probi cf p.* 47,14 11 noſtrıtum *pr A* 12 huꝛrurſuſ *pr A* 13 metuemur *H* mutuemur* [*fuerit punctum*] *B* quoque *ex* queque *ft pr B* aether *cf p.* 278,16. 307,20 *(Ennius Euhem. uar.* 103 *Vahl.)* 14 pacubıuſ *pr B. Chrysae fr.* VI *u.* 89 *Ribb.* id quod nostri caelum memorant *reliquis omissis Varro de l. L.* V 17 15 gꝛı [*punctum quo* a *deleretur*] a *et* 1 *ex parte red A* gra*ıuſ *ex* grauuſ *B, quod ex* graıuſ *ortum putat Birtus mus. Rhen.* LII *suppl. p.* 178 *n.* 1 17 idem *u.* 364 *Ribb.* grajugena *ex* graıug~ *B, similiter H distinguunt Bothius (poet. scen.* V 1 *p.* 123*) et Ribbeckius cl Eurip. Iph. Taur.* 247*; aliter tbmc* istoc *Bothius Nobbius tbmc* 18 ıſta *N* ornatı *pr B* 20 conluſtraſ *pr A* atq; *in* t *nescio quid cum ras corr A* 22 hıtantj *ex* hıcantj, j *ex* e *pr A;* taſı *ex* tanı *B* 22 terrſ *rursus incipit V* 23 moti *dett, Walkero auctore Heindorfius.* *AHVB* *recte Wopkensius intellegit sidera, cf p.* 216,2. 324,3 23. 24 confraglar&erraſ *B;* terra *A*

Hic ego non mirer esse quemquam qui sibi persuadeat corpora 37
quaedam solida atque indiuidua ui et grauitate ferri mundumque 93
effici ornatissimum et pulcherrimum ex eorum corporum concursione
fortuita? hoc qui existimat fieri potuisse non intellego cur non
idem putet si innumerabiles unius et uiginti formae litterarum uel
aureae uel qualeslibet aliquo coiciantur posse ex is in terram ex-
cussis annales Enni ut deinceps legi possint effici; quod nescio an
ne in uno quidem uersu possit tantum ualere fortuna. isti autem 94
quem ad modum adseuerant ex corpusculis non colore non qualitate
aliqua (quam *ποιότητα* Graeci uocant) non sensu praeditis sed con-
currentibus temere atque casu mundum esse perfectum, uel innume-
rabiles potius in omni puncto temporis alios nasci alios interire:
quod si mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum
cur templum cur domum cur urbem non potest, quae sunt minus
operosa; et multa quidem faciliora. certe ita temere de mundo
effuttiunt, ut mihi quidem numquam hunc admirabilem caeli ornatum
(qui locus est proxumus) suspexisse uideantur. Praeclare ergo Aris- 95
toteles 'Si essent' inquit 'qui sub terra semper habitauissent bonis
et inlustribus domiciliis, quae essent ornata signis atque picturis
instructaque rebus his omnibus quibus abundant i qui beati putantur,

---

AHVB 1 ego *V* 2 sua ui *Lambinus, cf Epic. epist.* I 61 *διὰ τῶν ἰδίων βαρῶν ... ἐκ τοῦ ἰδίου βάρους* 4 existimet *dett Heindorfius bc. uide Maduigium de fin.* II 27,86 5 inenumerabileſ *AHV* innum~ *B* uiginti *pr B* 6 iſ *B* hiſ *AHV* 7 poſſiſ *cum ras ex* ~uſ *h. e.* ~unt *A* 10 poe oteta, o *posterior potest etiam* ti *legi et id ft primo a se scriptum obscurius correxit librarius A* poeta *H* po&oteta *V* poeoteta *B. cf p.* 47,1 *Epicurus epist.* I 54 11 mundum ēē, m ēē *cum hasta proxima in ras pr ut uid B* innube-
rabileſ *pr B* 12 potiu*in, iu *in ras* [ſ *ut uid*] I *et hasta proxima red, omnia rec; fuitne* potuiſin *A* *interrogationis signum, quod post* interire *habent tbm, cum Boherio et c sustuli et u.* 9 *ss agnosco cum Heindorfio illud genus quo scribit de re p.* I 37,58 si ut Graeci dicunt omnis aut Graios esse aut barbaros, *cf Vahlenus ann. gymn. Austr.* XXIII 525 13 noncurſuſ *pr V* 15 multo *AHV tbmc* faciliora *del tbc Maduigio auctore, qui 'additum' inquit 'ab aliquo, qui non intellexerat* et multo quidem *pertinere ad* minus operosa. *Cf. ad I § 77'. recepto* multa *puto et orationem effici minus miram et sententiae addi aculeum: multa faciliora etiam sunt ad efficiendum quam porticus et reliqua, quae ne ipsa quidem efficiuntur atomorum concursu. et potest uideri haec in eandem sententiam interpretatus esse Lactantius de ira Dei* 10,39 aut si concursus atomorum uel carens mente natura ea quae uidemus effecit, quaero cur facere caelum potuerit, urbem aut domum non potuerit, cur montes marmoris fecerit *(cf p.* 306,19*)*, columnas et simulacra non fecerit 16 effitiunt *pr B* cæli, æ *ft ex* a *V* 17 ꝑximuſ, i *in ras* II *hastarum B* *proximum locum dicit tertium diuisionis supra institutae (p.* 296,11*), quem eundem iam attigit p.* 303,7 *ss similibus uerbis inductum, inchoatum reliquit p.* 303,25 *et disputationem instituit similem illius quae est p.* 301,5 *ss, ut ad mundi pulchritudinem fusius describendam redeat p.* 306,9 17 ariſtoteleſ *corr* ~tileſ *B. περὶ φιλοσοφίας fr.* 12 *R., cf Bernaysius de dial. Arist.* 106 *Bywaterus 'journ. of philol.'* VII 82 *ss* 18 ſempe *pr B* 20 iis *Rom tbmc* habundant*ii *ex* ~dantu *B; hi AHV*

nec tamen exissent umquam supra terram, accepissent autem fama
et auditione esse quoddam numen et uim deorum, deinde aliquo
tempore patefactis terrae faucibus ex illis abditis sedibus euadere in
haec loca quae nos incolimus atque exire potuissent: cum repente
terram et maria caelumque uidissent, nubium magnitudinem uen-
torumque uim cognouissent aspexissentque solem, eiusque cum mag-
nitudinem pulchritudinemque tum etiam efficientiam cognouissent
quod is diem efficeret toto caelo luce diffusa, cum autem terras nox
opacasset tum caelum totum cernerent astris distinctum et ornatum
lunaeque luminum uarietatem tum crescentis tum senescentis, eorum-
que omnium ortus et occasus atque in omni aeternitate ratos inmu-
tabilisque cursus — quae cum uiderent profecto et esse deos et haec
38 tanta opera deorum esse arbitrarentur'. atque haec quidem ille;
96 nos autem tenebras cogitemus tantas quantae quondam eruptione
Aetnaeorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur, ut per
biduum nemo hominem homo agnosceret, cum autem tertio die sol
inluxisset tum ut reuixisse sibi uiderentur: quod si hoc idem ex
aeternis tenebris contingeret ut subito lucem aspiceremus, quaenam
species caeli uideretur? sed adsiduitate cotidiana et consuetudine
oculorum adsuescunt animi: neque admirantur neque requirunt ra-
tiones earum rerum quas semper uident, proinde quasi nouitas nos
97 magis quam magnitudo rerum debeat ad exquirendas causas ex-
citare. Quis enim hunc hominem dixerit, qui cum tam certos caeli
motus tam ratos astrorum ordines tamque inter se omnia conexa et
apta uiderit neget in his ullam inesse rationem eaque casu fieri

---

2 nomen *pr B* 3.4 exire atque euadere i. h. l. q. n. i. potuissent cum *Alanus* exire potuissent atque euadere i. h. l. q. n. i. cum *c. numeris puto consultum* 6 cū *corr* tū *V* 8 qđđiſ *V* 9 tū *H, ex* cū *V* cum *AB* 12 quae] haec *Asc* II, *om b auctore Maduigio, qui 'anacoluthon hoc prorsus a Ciceronis in eo genere consuetudine discedere' scripserat non recte, cf Tusc.* I 30,73 ut cygni, qui non sine causa Apollini dicati sint sed quod ab eo diuinationem habere uideantur, qua prouidentes quid in morte boni sit cum cantu et uoluptate moriantur, *de quo recte Schoemannus opusc.* III 350 *'haec' inquit 'sic constructa sunt, ut, quod praedicatum uerbis* ut cygni *adiungi deberet,* cum cantu et uoluptate moriantur, *relatiuo membro,* qua prouidentes — *connexum sit, ideoque superiora illa praedicato suo careant'. cf ibid.* 36,88 *post red. in sen.* 11,27 *s (ubi* eo *pro* quo *Maduigius) pro Rabir. perd. reo* 4,13 *(hoc ft aliter explicandum) de orat.* I 58,246 *de leg.* II 24,60 *orat.* 64,215 *de diu.* I 33,72. 34,75. 43,97 *Keilius ad Varr. r. r.* I 1,2. *ex Platonis pol.* VII 519 *AB consimile exemplum attulit Bywaterus l. d.* 14 eruptione *ut uid A* 15 a&næ|*orū *ex* a&na|-
eorū *B* 17 uideretur.|, r *red,* ur. *add A* 20 adſuefcant *pr A* 21 proinde [*] o *aliquando transfossa fuit V* 23—25 *Nonius p.* 235 aptum rursum conexum et conligatum significat ... M. Tullius de deorum natura lib. II *(III Leid)* 'quis enim ... rationem' 23 cum *om Nonius* 24 status *Nonii codices* statos *eiusdem uulgata; cf u.* 11 ordine *Nonius* quaenexa *Nonii Leid* 25 in *om Nonii libri plerique* *ullam [n] *A*

dicat, quae quanto consilio gerantur nullo consilio adsequi possumus. an cum machinatione quadam moueri aliquid uidemus, ut sphaeram ut horas ut alia permulta, non dubitamus quin illa opera sint rationis, cum autem impetum caeli cum admirabili celeritate moueri uertique uideamus constantissime conficientem uicissitudines anniuersarias cum summa salute et conseruatione rerum omnium, dubitamus quin ea non solum ratione fiant sed etiam excellenti diuinaque ratione?

Licet enim iam remota subtilitate disputandi oculis quodam 98
modo contemplari pulchritudinem rerum earum quas diuina prouidentia dicimus constitutas. Ac principio terra uniuersa cernatur, 39
locata in media sede mundi, solida et globosa et undique ipsa in sese nutibus suis conglobata, uestita floribus herbis arboribus frugibus, quorum omnium incredibilis multitudo insatiabili uarietate distinguitur. adde huc fontum gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum uestitus uiridissimos, speluncarum concauas altitudines, saxorum asperitates, inpendentium montium altitudines inmensitatesque camporum; adde etiam reconditas auri argentique uenas infinitamque uim marmoris. quae uero et quam uaria genera bestiarum uel ci- 99
curum uel ferarum, qui uolucrium lapsus atque cantus, qui pecu-

---

AHVB 1 generant *B* 2 *ss cf p.* 301,13 *ss* ſpheram *ex* ſheram *B* 3 non *ex* nun *B* 4 impetū *ex* ~u *B*. *Lucretius* v 200 quantum caeli tegit impetus ingens, *Minuc. Fel.* 5,10 rerum omnium impetus uolutatur admirabi *pr B* celeritate moueri uertique *in ras* XXXV *fere litt pr, partim red A* 5 uidemus *dett, Maduigio auctore tb; mihi coniunctiuus non tam numeri gratia positus uidetur quam ipsius sententiarum rationis, quae non eadem est quae in superiore membro sed diuersa* 6 cū *corr* tū *V* rerum, u *rad ex* il *pr, postea red B* 7 eanon, *prior* n *ex* r *pr ut uid, postea red B* 9 libet *Heindorfius p.* XIII *ut Cobetus ad Att.* XIV 18,1; *cf p.* 341,5. 342,8 10 prudentia *B, cf p.* 286,6 11 dc *in ras rec A* cernatur *ex* ~tu *B* 12 *schol. Lucan.* IX 102 *cod. Berolin.* 35 secundum eos qui argumentantur omnia ficta esse quae de inferis dicuntur. dicunt enim quod terra solida sit et nullam concauitatem possit admittere, ut Cicero. *quae nescio an recte huc rettulerit editor Weberus, quamquam Cicero ipse paulo infra* speluncarum concauas altitudines *commemorat* globora *A* 12. 13 undique ... conglobata *ἰσόῤῥοπος (Plato Phaed.* 109 *A)* 12 ipſa *add B* 13 * floribuſ [a] *A* *fl~ [*fuerit punctum*] *V* frugibuſ *add B* 15 hunc *H* hunc, *supra add rec* ŧ adhuc *V* fontiū *H* ~t,ū *rec V tbmc. illud quamuis careat exemplo tamen reliqui; nam de iis rebus quantum sciamus uel inde potest aestimari, quod cum semper traditum sit* dentium, dentum *potius dici solitum auctor est Varro de l. L.* VIII 67; *cf p.* 339,7 16 uidiſſimoſ *pr A* altitudines *ne exiguo interiecto spatio recurreret hoc loco uarie mutauerunt:* latitudines *Lambinus,* solitudines *Boherius,* celsitudines *uel* testudines *uel* amplitudines *proposuit Iortinus misc. obseru.* III 165, *et* amplitudines *scripserunt Schuetzius bc; et tamen ipse c adfert de diu.* I 43,97 *accus.* IV 48,107, *unde intellegitur nihil aptius esse quam* altitudines; *de bis autem exiguo interuallo eodem et diuersa quidem significatione posito uocabulo uide modo p.* 127,17. 128,2. 341,16 III 11,28 *de fin.* II 11,33 *de off.* I 23,80 *Brut.* 76,265 17 aſperitaſ *pr A* 20 uolucrum *t, cf de fin.* II 33,110

dum pastus, quae uita siluestrium. quid iam de hominum genere dicam, qui quasi cultores terrae constituti non patiuntur eam nec inmanitate beluarum efferari nec stirpium asperitate uastari, quorumque operibus agri insulae litoraque collucent distincta tectis et urbibus. quae si ut animis sic oculis uidere possemus, nemo cunctam
100 intuens terram de diuina ratione dubitaret. At uero quanta maris est pulchritudo, quae species uniuersi, quae multitudo et uarietas insularum, quae amoenitates orarum ac litorum, quot genera quamque disparia partim submersarum partim fluitantium et innantium beluarum partim ad saxa [sa] natiuis testis inhaerentium. ipsum autem mare sic terram appetens litoribus eludit, ut una ex duabus naturis conflata uideatur.

101 Exin mari finitumus aer die et nocte distinguitur, isque tum fusus et extenuatus sublime fertur, tum autem concretus in nubes cogitur umoremque colligens terram auget imbribus, tum effluens huc et illuc uentos efficit. idem annuas frigorum et calorum facit uarietates, idemque et uolatus alitum sustinet et spiritu ductus alit et sustentat animantes.

40 Restat ultimus et a domiciliis nostris altissimus omnia cingens et coercens caeli conplexus, qui idem aether uocatur, extrema ora

---

1—4 *Nonius p.* 185 uastescant significat inhorrescant uel deserantur ... *AHVB* M. Tullius de oratore lib. II *(ſt quaedam hausta esse scribit L. Muellerus, et conicias de orat.* I 25,115, *sed uide p.* 331,16 *s* 337,2) 'quid iam ... uastare' 2—4 *idem p.* 417 uastitas desertio ... Cicero de deorum natura lib. II 'quid *(sic)* quasi ... uastari' 2 patitur *Nonius p.* 417 3 immanitatem *Nonii Leid p.* 185 balbarum *Nonii Leid Harl Bern aliique p.* 417 eeferari *uel* etf~ *Nonii libri p.* 185 efferarem *eiusdem Leid Harl Bern aliique p.* 417 asperitate uastare *Nonius p.* 185 asperitatesaltari (~te ualtari *e corr Harl) Nonius p.* 417; uastescere *ci Lambinus Nonii consilio non perspecto* r 4 eturbıb; *rec A* 5 poſſemuſ, e *ex* I *V* poſſim *AH* poſſimuſ *pr B* 6 intuenſ *supra* in *add rec* ŧ con *V* de *add V* ratione *ex* ratio *B* auero *pr B* 7 uariaſ* [i] *B* 9 merſarum *pr A* innatantium *dett Ald, cf p.* 319,10 10 adſaxa| ſanatiuſ *V* adſaxa ſanatj uiſ *A* adſaxaſ anatiuſ *(corrector uolebat* ad saxosa natiuis*) B* 11 terrā *ſt ex* ~a *B* cludit *dett Rom tb* alludit *dett mg Lambin Dauisius mc. top.* 7,32 solebat Aquilius ... quaerentibus ... quid esset litus ita definire, qua fluctus eluderet, *cf Quintil. inst. or.* V 14,34 *Isid. orig.* II 29,8 XIV 8,41 *Stangelii Tulliana et Mario-Victoriniana (progr. gymn. Luitpold. Monac.* 1888*) p.* 38,8. *scilicet, quod iam Laelius Bisciola exposuit hor. subsec. tom.* I (1611) VII 7, *translatio de re gladiatoria ducta (cf de opt. gen. or.* 6,17 *Liu.* IX 6,2 *Donat. in Ter. eun.* 55*) ut in* adpetens *(Caes. b. c.* II 35,2 *thes. l. L.* II 283,60*)* 13 exim *Bb* ex *pr V* aer *add rec A, idem in mg (ubi etiam duae rasurae* II *uel* III *litt) add rec sed loco defectus non significato V, om H* 14 in sublime *dett Marsus, cf p.* 279,21 concremuſ *pr A* 15 homoremq· *V* efluenſ *A, pr B* 17 altum *pr B* ſpiritu* ductuſ, ~ſ *olim transfossa, nunc lineola erasa V;* ſpirituſ *AHB* 20 quidem *corr* quidem *A*, quidem *B* & a&her *B. cf p.* 303,13

et determinatio mundi, in quo cum admirabilitate maxima igneae formae cursus ordinatos definiunt. E quibus sol, cuius magnitudine 102 multis partibus terra superatur, circum eam ipsam uoluitur, isque oriens et occidens diem noctemque conficit et modo accedens tum autem recedens binas in singulis annis reuersiones ab extremo contrarias facit, quarum in interuallo tum quasi tristitia quadam contrahit terram tum uicissim laetificat ut cum caelo hilarata uideatur. Luna autem, quae est ut ostendunt mathematici maior quam dimidia 103 pars terrae, isdem spatiis uagatur quibus sol, sed tum congrediens cum sole tum degrediens et eam lucem quam a sole accepit mittit in terras et uarias ipsa lucis mutationes habet, atque etiam tum subiecta atque opposita soli radios eius et lumen obscurat, tum ipsa incidens in umbram terrae cum est e regione solis interpositu interiectuque terrae repente deficit. Isdemque spatiis eae stellae quas uagas dicimus circum terram feruntur eodemque modo oriuntur et occidunt, quarum motus tum incitantur tum retardantur, saepe etiam insistunt, quo spectaculo nihil potest admirabilius esse nihil pulchrius. Se- 104 quitur stellarum inerrantium maxima multitudo, quarum ita descripta distinctio est ut ex notarum figurarum similitudine nomina inuenerint.»

Atque hoc loco me intuens «Vtar» inquit «carminibus Arateis, 41 quae a te admodum adulescentulo conuersa ita me delectant quia Latina sunt, ut multa ex is memoria teneam. Ergo, ut oculis adsidue uidemus, sine ulla mutatione aut uarietate 'cetera labuntur celeri caelestia motu cum caeloque simul noctesque diesque feruntur', quorum contemplatione nullius expleri potest animus naturae con- 105 stantiam uidere cupientis. 'extremusque adeo duplici de cardine uertex

AHVB 1 maxıma *ex* ~me *B* 2—14 *cf Lactantius de ira Dei* 13,4 *s* 2 e**quıbuſ, e *add* [te *potius quam* ex] *A* *cf p.* 303,19 3 terraṃ *B* 6 contrhıt *pr A;* c̄trahıt̄ tra *H* 8 oſtendunt, ~t *in ras A* ~duñ *cum ras ex* ~dum *V* non maior *ci Heindorfius. similiter unus quod sciam Cleomedes* II 1 *p.* 146,26 *Z. δοκεῖ πιθανὸν εἶναι διπλασίονα εἶναι τὴν γῆν τῆς σελήνης* 10 cumſole,tū degre|dıenſ *in mg, supra* de *add rec* t 1, *V;* degredıenſ *corr* dgr~ *B mc probabiliter, cf p.* 283,7. 284,13. 19 11 habeat *pr B* 14 dıfıcıt *A, corr* def~ *V;* deficıt J¹ſ demq; ſpacıſ *(*q; ſ *in ras pr) ex* defıcıtſ~ *B* eæ *ex* ea *B* 15 terrāę *ex* ~ae *V* 16 moduſ *pr A* ſae&ıam *pr B* 18 ınerrantıum, a *ex* e *B* maxımultıtudo *pr A* discripta *m, cf p.* 38,7. 311,2. 315,4 19 dıſtınc|tıo, tınc *add, in* 10 *nescio quid corr A* notarū *V* notarum, a *ex* o *ft pr B* notata *Schoemannus opusc.* III 334, *sed uide Cic. Arat.* 166 astrorum custos ... has .. quae sunt paruo cum lumine fusae consimili specie stellas parilique nitore non potuit nobis nota clarare figura *cf p.* 311,1 *s* 20 Arateis *dett Walkero auctore t* ~iis *m* arateſ *corr* aratȷ.eıſ *B* artı eȷſ *ut uid corr* ara^{ti}eȷſ *A* aratı eıſ *HVc* 21 adte *B* 22 exı|ıſ *ex* ex|ıſ *V;* ıſ *AH* hiis *G* hıſ *B* 23 *Aratus* 19 *s* 24 caleri *pr B* 25 nullu͂ſ *pr A* 26 uideri *B* *Aratus* 24 nertex *pr B*

dicitur esse polus.' Hunc circum Arctoe duae feruntur numquam occidentes. 'ex is altera apud Graios Cynosura uocatur, altera dicitur esse Helice', cuius quidem clarissimas stellas totis noctibus cernimus, 106 quas 'nostri Septem soliti uocitare Triones'; paribusque stellis similiter distinctis eundem caeli uerticem lustrat parua Cynosura. 'hac fidunt duce nocturna Phoenices in alto. sed prior illa magis stellis distincta refulgit et late prima confestim a nocte uidetur. haec uero parua est, sed nautis usus in hac est; nam cursu interiore breui conuertitur 42 orbe.' Et quo sit earum stellarum admirabilior aspectus, 'has inter ueluti rapido cum gurgite flumen toruus Draco serpit supter supra- 107 que reuoluens sese conficiensque sinus e corpore flexos'. eius cum totius est praeclara species *tum* in primis aspicienda est figura capitis atque ardor oculorum: 'huic non una modo caput ornans stella relucet, uerum tempora sunt duplici fulgore notata e trucibusque oculis duo feruida lumina flagrant atque uno mentum radianti sidere lucet; opstipum caput a tereti ceruice reflexum optutum in cauda 108 maioris figere dicas'. et relicum quidem corpus Draconis totis noctibus cernimus, 'hoc caput hic paulum sese subitoque recondit,

1 *Aratus* 26 *s* arctoe duae *O* arcto aeduae *AH* arcto aę duae *V* arcto_aeduę, duę *in ras* IV *litt B* 2 *Aratus* 36 *s* ıſ *AHV* hıſ *B tbmc* cẏnoſura *ex* cun~ *B* altera *ex* ~ter *ft pr B* 3—5 *cf* 5—9 3 totis noctibus *δι' ὅλων νυκτῶν* 4 quas *cf p.* 329,15. 342,15 *Brut.* 12,46 *orat.* 61,204 *Tusc.* IV 23,52 *de off.* II 5,18. *in Arateis ipsis utrum Cicero relatiuo pronomine usus sit an demonstratiuo incertum est, cf u.* 5. 8 *p.* 313,3. 5. 9 paribus *nisi forte insolite positum de numero, fuerit* propius, *cf u.* 8 *(*5 distincta *cl u.* 6 *ci Walkerus)* 5—9 *Aratus* 39—43; *cf p.* 102,7 5 ac *B* qua *p.* 102,7 7 refulget *HVB tbmc, ex* ~gıt *ut uid A; cf Neuius et Wagenerus* III 268 8 ıhac, ı *add, cetera in ras B* nam *ex* nan *ut uid V* quae *p.* 102,9 9 orbe*$_7$ | *& [&] B* 9—11 *Aratus* 45—47 10 rapıdoſ *B* flumen *ex* fulmen *V* 10. 11 *Priscianus inst.* XIV 2,11 *p.* 30,3 *H.* quaedam etiam syncopam passa sunt ut 'supra' pro 'supera' ... nam antiqui trisyllabe ea proferebant ut Cicero in Arato 'toruus ... sese'; *idem* XIV 6,52 *p.* 55,25 *H.* et 'super' tamen et 'supra' a 'supera' ... facta sunt. sic enim antiqui frequenter protulerunt et maxime Cicero in poematibus, ut in Arato 'toruus ... sese'. *Aratus εἰλεῖται μέγα θαῦμα Δράκων περί (ὑπό Parisinus C) τ' ἀμφί τ' ἐαγὼς μυρίος* 10 ſe*rpıt [*supra* e *fuit* v, *infra* r *agnoscitur hasta tamquam correcturi in* p] *B* ſuperaque *O Priscianus Rom tbmc, ad Aratea recte* 11 reuoluenſ ſeſe·conficıenſq; *in mg A;* retorquens *Priscianus* flexo *ci Grotius* 11—13 *Aratus* 49—54 12 sit *Boherius Schoemannus opusc.* III 334 *tbc; cf de prou. cons.* 15,38 *pro Mur.* 27,56 *de leg.* II 14,36 tum *add Manutius (non tbc)* aſpıcıenda·eſt*, t *in ras,* ſ *proxima add, fuerit* ~dae ſt *an* ~dae ſt *A* ſu ąſpıcıenda,eſt *V* 13—17 *Aratus* 54—59 14 e.trucıbuſq;, e.t *in ras rec, ft fuit & A* e tru &rucıb;q· *rec V* 15 flagrant *cum ras ex* fra~ *B* 16 opſtıpum *cum ras corr* aſtıpſ*um *B* atereti *altera* e *uix ex* ı *pr B* at tereti *Maduigii suasu tbm (uix tolerabiliter collocata coniunctione, cf p.* 310,7) e ~ *Rom* et ~ *Ald* ac ~ *Klotzius (cf Verg. Aen.* VIII 633). *Aratus λοξὸν δ' ἐστὶ κάρη, νεύοντι δὲ πάμπαν ἔοικεν ἄκρην εἰς Ἑλίκης οὐρήν post* reflexum *incidit c* 17 figure *pr V* 17. 18 *Aratus* 60 totis noctibus *cf u.* 3 18 *s Hyginus astron.* IV 3 itaque Aratus ait *(*61 *s)*

AHVB

ortus ubi atque obitus parti admiscetur in una'. Id autem caput attingens 'defessa uelut maerentis imago uertitur', quam quidem Graeci 'Engonasin uocitant, genibus quia nixa feratur'. 'hic illa eximio posita est fulgore Corona.' Atque haec quidem a tergo, propter caput autem Anguitenens, 'quem claro perhibent Ophiuchum 109 nomine Graii'. 'hic pressu duplici palmarum continet Anguem, atque eius ipse manet religatus corpore torto; namque uirum medium Serpens sub pectora cingit. ille tamen nitens grauiter uestigia ponit atque oculos urget pedibus pectusque Nepai.' Septentriones autem sequitur 'Arctophylax, uulgo qui dicitur esse Bootes, quod quasi temone adiunctam prae se quatit Arctum'. Dein quae sequuntur: 110 'huic' enim Booti 'supter praecordia fixa uidetur stella micans radiis, Arcturus nomine claro'. cuius *pedibus* subiecta fertur 'Spicum

---

κείνη (κείνου Parisinus A Arati) που κεφαλὴ τῇ νείσεται (νίσσεται Marcianus Arati) ἦχί περ ἄκραι μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσι (ἠελίοιο Achilles, cf Maassii Aratea p. 48). idem Cicero dicit: 'quod caput ... in una'
18 subito aequore condit *auctore Grotio, qui apud Aratum νήχεται legebat, tbmc; at ut* paulum *addidit Cicero et* repente *p.* 340,2, *ita potuit etiam* subito*: ὀλίγον γὰρ σφόδρα τοῦ ὁρίζοντος ἐπιψαύει schol. Arat.*

AHVB 1 parti (miscentur) *Cochanouius in Arateis (Cracou.* 1612*), qua sexti casus forma cum alii usi sunt tum non numquam Lucretius:* parte *M Marsus cum Hygino* partım *AHVB c* ~tem *Rom tbm* admiscentur *dett Ald tbc cum Hygino* inm~ *Marsus* unam *H. Stephanus in Arateis tbmc* 1. 2 *Aratus* 63 *s τῇδ' αὐτοῦ (i. e. eo ipso loco) μογέοντι κυλίνδεται ἀνδρὶ ἐοικὼς εἴδωλον, sed τῆς δ' ἀγχοῦ quosdam olim legisse suspicatur Maassius* 1 aut *in ras B* 2 attingens *non Arateorum esse iam Grotio uisum est, cui tbmc non obtemperarunt* uelut *in ras paulo minore B* 3 *Aratus* 66 Engonasin *Rom* engonaſiam *AHV* engnoſiam *B* uocitant *B* 3. 4 *Aratus* 71 4—6 *Aratus* 74—76

5 anguitenenſ *AB* ofıuchū *AVB* ofuchū *H* oph~ *G* 6 lumine *c propter Arati φαεινόμενον, et similiter Cicero saepius etiam suo Marte; sed puto eum non illud uoluisse reddere sed αὐτὸν, ut u.* 13 *αὐτός* 6—9 *Aratus* 82—86 7 ***** eıuſ ıpſe [atq;] *B; cf Hauptius opusc.* I 119 *Lachmannus in Lucr.* I 149 toṛto *A* tortus *Baehrens* |urrū *add A* 8 ſer**penſ *praeter* ſ~ *in ras* [ıt] *V* ſ*erpenſ [t] *B* pectore *dett Rom, cf Maasius arch. lexicogr.* XII 536 9 *Priscianus inst.* VII 2,3 *p.* 285,3 *H.* Cicero in Arato 'atque ... Nepai' *ὀφθαλμοῖς Hipparchus ~μῷ Arati codices, cf Maassius Arat. p.* 338 u*rgu& [ı] *B* nepaı *Priscianus, rad ex* ~par *B* nepē *V, rec A* nepıı *H* nepū *G* 9—11 *Aratus* 91—93 10 arcto fylax *AH* ~fıl~ *VG;* ~filax*uulgo [u *ut uid*] uu *in ras B* quıd ıgıtur *B* boteſ *H* booteſ *ex* boctеſ *B* 11 temone *unus H et Maduigio auctore tbmc; cf p.* 238,1. *Aratus οὔνεχ' ἁμαξαίης ἐπαφώμενος εἴδεται Ἄρκτου* adiunctam, ıu *rad ex* uı *B;* adiunc praeſe *pr A* quatıt arctū, t arctū *in ras B*

dein quae sequuntur *cum Heindorfius hic, ubi perpauca carminis uerba omissa essent, locum habere negauisset, post* Virgo *p.* 311,1 *transtulit c deleto cum eodem* enim *u.* 12, *nisi quis* autem *mallet cum Manutio; neque uero quicquam omissum esse illa formula indicatur aut hic aut p.* 311,7 12. 13 *Aratus* 94 *s*

12 Booti *del Manutius* ſubterrae cordıa *rec A* ſubt*prae|cordıa *ex* ſubterrae|~ *V* 13 lumine claro *anonymus in misc. obseru.* III 166, *cf u.* 6;

43 inlustre tenens splendenti corpore Virgo'. Atque ita demetata signa sunt, ut in tantis descriptionibus diuina sollertia appareat: 'et Natos Geminos inuisses sub caput Arcti; subiectus mediaest Cancer, pedibusque tenetur magnus Leo tremulam quatiens e corpore flammam'. Auriga 'sub laeua Geminorum obductus parte feretur. aduersum caput huic Helicae truculenta tuetur. at Capra laeum umerum clara obtinet.' Tum quae secuntur: 'uerum haec est magno atque inlustri praedita signo, contra Haedi exiguum iaciunt mortalibus ignem'. Cuius sub pedibus 'corniger est ualido conixus corpore 111 Taurus'. eius caput stellis conspersum est frequentibus; 'has Graeci stellas Hyadas uocitare suerunt' a pluendo (*ὕειν* enim est pluere),

---

nomine Graio *Burmannus ibidem cl p.* 315,4 cuı**ſubıecta [uſ] *B tbc;* pedibus *Dauisio auctore add m. Aratus* 96 *s ἀμφοτέροισι δὲ ποσσὶν ὕπο σκέπτοιο Βοώτεω Παρθένον. Priscianus inst.* VI 11,63 *p.* 247,17 *Hertzii (cuius uide adnotationem)* idem in Arato 'sub pedibus profertur finita Booti spicum ... Virgo' pro Bootis. *pronomen ad nomen remotius relatum ut p.* 199,5. 311,9 *(*330,6*) de diu.* I 17,32 cuius, *Lael.* 27,100 quae, *pro Mil.* 26,70 qui, *cf Wesenbergus ad Tusc.* I 1,3 *Vahlenus ad Enn. p.* V *n. Seruius in georg.* I 111 dicimus autem et hic spicus et hoc spicum: Cicero in Arato 'spicum ... Virgo'

1 ferens *Seruius, sed* tenens *post* Virgo *add Hamburgensis et Monacensis* *AHVB*
1. 2 atque ... appareat *Heindorfio hoc loco ferri non posse uisa post* inuenerint *p.* 308,19 *traiecit c; cf p.* 310,11 1 dimetata *Gronouio auctore (ad Liu.* VIII 38,7*) Heindorfius mc, cf p.* 338,15 2 dıſcrıptıonıbuſ *AH tbmc* dıſcrıptıonıb;. |p *add, supra* dı *add rec* ł e *V; cf p.* 308,18. 312,11 2—4 *Aratus* 147 *s* 3 capite *Goethius nou. ann.* CXXXIII *(*1886*)* 137*; uide Guendelium de Ciceronis poetae arte (diss. Lips.* 1907*)* 32 arctı* [ſ] *B* mediaeſt *AVB* media ē *H* mediae est *dett Lambinus tbmc* 5—7 *Aratus* 160—163 *αὐτὸν μέν μιν ἅπαντα μέγαν Διδύμων ἐπὶ λαιὰ κεκλιμένον δήεις eqs* 5 aŭ*riga *B supra* fer&ur *add rec* ł tenetur *V* 6 Helicae *Grotius Heindorfius* helıce *A* helıce *HV;* elıc&ruculenta *corr* ~c&_ruc~ *B. Aratus Ἑλίκης δέ οἱ ἄκρος κάρηνα ἀντία δινεύει* 7 claræ *an* clara*· uoluerit librarius incertum A* claro *HV* tum quae secuntur *Heindorfio auctore del Schuetzius c, quia moleste intercedant duobus tantum Arati uersibus omissis. at cf p.* 310,11, *nisi quod illic* enim *paulo conuenientius interpositum quam hic* uerum *ex Arato relictum* 7—9 *Aratus* 165 *s* 9 Cuı *H.* cuius *Aurigae (cf p.* 310,13*): Aratus* 167 *s πὰρ ποσὶ δ' Ἡνιόχου κεραὸν πεπτηότα Ταῦρον μαίεσθαι* connixus *dett Lambinus* conexuſ *AHB, corr* cōn~ *V. cf Cicero u.* 290 genu flexo Taurus conititur ingens, *Manilius* I 361 10 *Aratus* 168—171 10. 11 *cf Aratus* 173

11 a pluendo ... pluere *ex Gruteri et Walkeri suspicione del tbmc; at, quod iam Heindorfius monuit, non aliter Tullius Tiro in pandectis (fr.* 13 *Funai., quem uide, etiam Gundelium de stellarum relig. et appell. Rom.* ['*religionsgesch. Vers. u. Vorarb.*' III 2] 101 [193]*s) apud Gellium* XIII 9,4 adeo ueteres Romani litteras Graecas nesciuerunt ... ut stellas quae in capite Tauri sunt *(haec uituperat Gellius* 6*)* propterea Suculas appellarint quod eas Graeci *Τάδας* uocant ... *Τάδες οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν* id est non a subus ... sed ab eo quod est *ὕειν* appellantur; nam et cum oriuntur et cum occidunt tempestates pluuias largosque imbres cient; pluere autem Graeca lingua *ὕειν* dicitur. *ex simili quae fuit apud Festum disputatione pauca supersunt p.* 301,33 *M. cf Probus et Seruius in Verg. georg.* I 138 *Plinius n. h.* XVIII 247 (II 106*) Isidorus orig.* III 70,12 *de nat. rer.* XXVI 1, *e quibus Probus et Plinius* '*imperitiam*' *Romanorum arguunt ut Cicero, et Probus cum scribit ἀπὸ τοῦ ὕειν* id est a spargendo *(*aquam *add Keilius,* pluuiam *Hagenus) Ciceronis* conspersum *(u.* 10*) referre uideatur* a*pluendo [d] *B* hyın *V* hıene *H;* hyınenımenım *A* hy ınenī *B*

nostri imperite Suculas, quasi a subus essent non ab imbribus nominatae. Minorem autem Septentrionem Cepheus passis palmis terga ✻
subsequitur; 'namque ipsum ad tergum Cynosurae uertitur Arcti'. Hunc antecedit 'obscura specie stellarum Cassiepia'. 'Hanc autem inlustri uersatur corpore propter Andromeda aufugiens aspectu maesta parentis.' 'Huic Equos ille iubam quatiens fulgore micanti summum contingit caput aluo, stellaque iungens una tenet duplices communi lumine formas aeternum ex astris cupiens conectere nodum.' 'exin contortis Aries cum cornibus haeret'. quem propter 'Pisces, quorum alter paulum praelabitur ante et magis horriferis aquilonis tangitur auris'. Ad pedes Andromedae Perseus describitur, 'quem summa *a* 44 112

AHVB 1 noſtri *pr A* imperita *B* ſucculaſ *V* ſucib; *H, cf Nigidius apud Seruium in Aen.* I 744 *schol. Cic. Arat. Harl. p.* 12 *Vogels.* 1884 *Gundelius l. d.* 103 *(195)* 2. 3 *Aratus* 182 *s* αὐτὸς μὲν κατόπισθεν ἐὼν Κυνοσουρίδος Ἄρκτου Κηφεὺς ἀμφοτέρας χεῖρας τανύοντι ἐοικώς 2 palmiſter ga *ex* ~ca *B;* tergo *dett Rom* a tergo *dett Manutius tbmc ft recte, sed potest fuisse* post terga *uel* pos terga *et hoc ex eodem uersu relictum e quo ut opinor* passis palmis *(uelut* at passis palmis Cepheus post terga uidetur*); cf Maasius ad p.* 310,8 *laudatus p.* 537 3 ipse *propter Arati* αὐτὸς *Dauisio auctore Heindorfius tbc* cynoſyre *corr* ~ra, *deinde linendo restitutum* ~re *B* cẏnoſura *AHV*
4 *Aratus* 188 *s*

AHPVB 4 *(*an*)*te cedit *rursus incipit P* caſſię· pia· *P* car|ſiae–pia *V*
4—6 *Aratus* 197 *s* 4 hanc *V;* aut̄ hanc Inluſtri *corr* aut̄ hanc aut̄ Inl~ *B* 5 Andromeda aufugiens *aut u.* 436 Andromeda et *Ciceronem scripsisse negat Lachmannus in Lucr.* IV 1169, *contra disputat m cl u.* 257 Andromeda hic hau fugienſ *A* haud~ *HP* au*fugienſ [t] *B* αἰνὸν ἄγαλμα Ἀνδρομέδης ὑπὸ μητρὶ κεκασμένον *Aratus, sed scholion Marciani* γράφεται καὶ κεκομμένον, *quod dubito rectene Maassius scribat (cf Aratea p.* 81 *s) legisse Ciceronem; nam* maesta *potest referri ad Arati* αἰνόν, *ad* κεκασμένον *autem aut* inlustri corpore *aut potius* aufugiens, *atque hoc quidem ita ut* κεχωρισμένον *intellexerit cum alio scholiasta Cicero (quod nisi fecerit non intellego quo modo ad fugae cogitationem deuenerit),* inlustri corpore *de suo adiecerit uelut* contortis cum cornibus *u.* 9, ardenti cum corpore *p.* 314,1, squamoso corpore *p.* 314,5, plumato corpore *p.* 315,2, *al.* aspectu *scripsi (cf Lucr.* I 99 *Broukhusius ad Propert.* I 9,30)
~tum *AHPVB tbmc* 6—8 *Aratus* 205—207 6 huic|*equſ *ex* hui|cecuſ *B;* aequoſ *corr* ~quuſ, *deinde* ~quuſ *pr ut uid A* equuſ *HP, rad ex* æq~ *V* quatienſ, ſ *add B* summa *Grotius; Aratus* ἄλλ' ἄρα οἱ καὶ κρατὶ πέλωρ ἐπελήλαται Ἵππος γαστέρι νειαίρῃ, ξυνὸς δ' ἐπιλάμπεται ἀστὴρ τοῦ μὲν ἐπ' ὀμφαλίῳ τῆς δ' ἐσχατόωντι καρήνῳ 7 a*luo *ex* aduo *B* te*n& [x] *B*
8 *his* aeternum . . . nodum *apud Aratum nihil est quod respondeat*
8. 9 *Aratus* 225 αὐτοῦ καὶ Κριοῖο ὑπώτατοί εἰσι κέλευθοι, *ex quo de* haeret *suspicionem mouet Boherius proponens* claret *uel* ardet 9 quem propter Deltoton Graeca littera, quam propter *Boherius non recte, cf Aratus* 238 *s Hipparchus* I *p.* 188 *E (Maassii Arat.* 85*)* 9—11 *Aratus* 239—241 9 Pisces *eqs Ciceronis Aratea* 12 *s* piſceſ *ex* piceſ *B* 10 paulo *Aratea* prolabitur *in Arateis Morelius, cf p.* 314,5. ἕτερος προφερέστερος ἄλλου *Aratus,* τὸ δὲ προφερέστερος οὐχὶ τὸ πρότερος ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν δύσιν . . . ἀλλὰ τὸ κρείττων *scholion* horriferis *etiam Dresdensis Arateorum ut uid, sed Harleianus* horri*ſonıſ *(idem hic 'uetus liber' Vrsini); deinde* alis *pro* auris*; quam uarietatem ab ipso Cicerone profectam crediderim ut Nordenus ad Verg. Aen.* VI 573*: Aratus* καὶ μᾶλλον βορέαο ῥέον κατιόντος ἀκούει. *. cf Accius* 566 *R.* horrifer aquilonis stridor*; Cicero Arat.* 253 tangens aquilonis auras 11 *s Aratus* 248—250
androme.perſeuſ *ex* andromperſeuſ *A* andromedęſ *(*~deſ *F)* perſęuſ *B*

regione aquilonis flamina pulsant'. cuius propter laeum genum 'Vergilias tenui cum luce uidebis'. 'inde Fides [posita] leuiter *posita* et conuexa uidetur.' inde 'est ales Auis lato sub tegmine caeli'. Capiti autem Equi proxima est Aquari dextra totusque deinceps Aquarius. Tum 'gelidum ualido de pectore frigus anhelans corpore semifero magno Capricornus in orbe; quem cum perpetuo uestiuit
113 lumine Titan, brumali flectens contorquet tempore currum'. Hic autem aspicitur 'sese ostendens emergit Scorpios alte posteriore trahens flexum ui corporis Arcum'. quem 'propter nitens pinnis

11. 12 *Aratea* 22 11 quem] cum *Harleianus,* quam *Dresdensis et ed. princ. Arateorum* qua *Cochanouius (cf p.* 310,1*) Baehrens, qui* quem *hoc loco 'ob conexum' positum autumat;* ἐν βορέω φέρεται *Aratus* ab *ex Arateis add B mc;* a *cum tb praetuli, quia Cicero in hac uocula consuetudinem mutauit, cf Meuselius nou. ann.* CXXXI *(1885)* 402
1 flamana *pr B* 1. 2 cuius . . . uidebis *Aratus* 254 *s Aratea* 27 *s (Priscianus inst.* VI 4,19 *p.* 210,21 *K.* Cicero tamen in Arato hoc genus pro genu protulit. . . *(45)*, in eodem 'at propter . . . uidebis'*; gramm. de ult. syll.* GLK IV *p.* 223,30 si nominatiuum casum conlocare uolueris ultimam hanc syllabam longam ponito, quoniam necesse est in ablatiuo eam produci, ut Tullius in Arato 'iam Tauri laeuum cornu dexterque simul pes'; ibidem et corripuit ut 'hac p. . . . locatas'; in ablatiuo tamen sine ambiguitate producitur*), cum quibus fere B e corr* *AHPVB*
*****
ȧt*ꝑptleuūgenuſ omnı expartelocataſ7 par|uaſ uergılıaſ*; et in his quidem* ȧt *ex* cu [*duae hastae*] *(supra* [cuuſ]*) sequentia usque ad* loc *in ras, in qua sub* ꝑp *agnoscebam* ſp, *inter* u *et* ſ l, *sub* x g; ataſ7 par|uaſ uer *in extremo uersu et mg add;* gılıaſ *ex primitiua scriptura residua. itaque primo fere idem fuit quod in AHPV; sed correctorem illum cum aliis sequitur m, nisi quod* cuius *tenet*

1 genum *V tbmc* ~ů *H* ~um *AGP (de B non constat)* genus *Aratea et ita Priscianus l. d. sed* genŭ *gramm. de ult. syll. l. d. illud dubitans reliqui, cf Neuius et Wagenerus* I 530 2 tenui tum *P* ~it tum *pr V* 2. 3 *Aratus* 268 καὶ Χέλυς ἥτ' ὀλίγη (καὶ δὲ Χέλυς ὀλίγη Buttmannus)*; Aratea* 42 2 fidiſ *P*
poſita leuıt̄ & *HPV* ~& *A* poſita leuıt̄ & *(& in ras, sed & fuit etiam pr) B, cuius correctorem apparet primo metrum restituere uoluisse deleto* et, *deinde cum Arateis effecisse* leuiter posita et, *idque uidetur ad Arati uerba ita accommodari, ut Cicero* conuexa *aut de suo addiderit ut attributum Fidi aptum aut ex scholio aliquo, non ut* conuecta *aut scribatur cum Grotio aut intellegatur cum M. Hauptio (Ouid. halieut. p.* XIX*).* posita et leuiter *Crat mc* leuiter positu *ci Orellius ad Aratea;* positu leuiter conuersa *(hoc cum Boherio) ci Schoemannus opusc.* III 337 3 *Aratus* 275 *Aratea* 47 namque est ales Auis, lato sub tegmine caeli quae uolat teg*minæ [e] *B* 3—5 *cf Aratus* 283 *Aratea* 56
4 proxima (e)st *Klotzius* proximat *AHPVB* ~ma *dett Heindorfius*
5—7 *Aratus* 284—286 *Aratea* 57 *ss* serius haec obitus terrai uisit Equi uis quam gelidum *eqs* 5 pectore] corpore *Aratea (Harleianus deest)* 5. 6 *Priscianus inst.* VI 4,20 *p.* 211,11 *H.* capricornus secundae inuenitur. Cicero in Arato 'corpore . . . orbe' 7 brum malı *B* hinc *dett Ald tbmc;* hic*** *** **** ſeſe [aut̄ aſpıcıt̄] *B, ut unus uersus fieret, quod idem sed dubitans in A uoluisse uidetur corrector punctis et duabus lineolis in hunc modum appictis* ·hıcą̄tem ą̄ſpıcıt̃| ſeſe. *Aratus* 304, *a quo aliquantum discedit Cicero in Arateis* 76 *ss* iam prope praecipitante licebit uisere nocte ut sese ostendens ostendat *eqs, in quibus* emergens ostendat *scribunt plerique (idem hic Ald* ~dit *Rom); inde* aspicitur ut *Ald tbmc,* aspicito ut *ci c; ego dubito an illud genus neglegentiae agnoscendum sit quod Vahlenus tetigit ad Ennii scen. fab. inc.* XXI 8 ſcorpiuſ *H* ~pıoſ *V* ~phıoſ *B* alto *cum Grotio Goethius (Aratus simpliciter* ἀντέλλων*)*
9 plexum *AB* pl~ *HPV tbm* fl~ *Aratea ut* 325 *(*μέγα Τόξον *Aratus)*

conuoluitur Ales'. 'at propter se Aquila ardenti cum corpore portat.' Deinde Delphinus. 'exinde Orion obliquo corpore nitens.' quem 114 subsequens 'feruidus ille Canis stellarum luce' refulget. post Lepus subsequitur 'curriculum numquam defesso corpore sedans. at Canis ad caudam serpens prolabitur Argo'. 'hanc Aries tegit et squamoso corpore Pisces Fluminis inlustri tangentem corpore ripas.' quem longe serpentem et manantem aspicies 'proceraque Vincla uidebis, quae retinent Pisces caudarum a parte locata'. 'Inde Nepae cernes propter fulgentis acumen Aram, quam flatu permulcet spiritus austri'. Propter quae Centaurus 'cedit Equi partis properans subiungere Chelis. hic dextram porgens, quadrupes qua uasta tenetur, tendit et inlustrem truculentus cedit ad Aram. Hic sese infernis e partibus

9*s* *Aratus* 312*;* *Aratea* 84*s* hic missore uacans fulgens iacet una Sagitta, quam propter nitens pinna conuoluitur Ales

AHPVB 1 c̄ſtat *H tbmc ft recte, quamquam cf Augustinus; Celsus* IV 1 stomachus ... neruosus. *uidetur autem Cicero aluum modo uocare quem Celsus stomachum, modo cum eo simul significare intestina, inductus ut opinor uocis κοιλία usu ambiguo, de quo Bonitzius ind. Aristot.* 2 tortuosa *εἱλιγμένη* 3 recıpıt *AHPV* ut ıd mutarı *add A. ἀλλοιοῦσθαι* concoquȷ, coquȷ *in ras paulo ampliore rec A* 4 om^{N}∈ *ex* om̄ſ *B* accȷpıt, ȷ *ex* e *B* ∾cıp∾ *H (non G)* 5 *& corr &B* calore *H* ∾rē *P* ∾rem *VB* ∾rum *uix pr A* multv̄ *ex* ∾tā *V* ɵterendo, ɵ *add*, ter *in ras ampliore B* cibo *Maduigio auctore del tb, defendunt Schoemannus c* 6 concocta *Maduigius de fin.* II 20,64*, quia uerbum in eo ipso substantiuo, in quo certam significationem haberet, transferri alio non potuerit, item p.* 329,6*. at primum Graeci quoque πέττειν dicunt utrumque, deinde hic quidem conficiendi uerbum (ἐκπονεῖν) additur; cf Schoemannus opusc.* III 374*ss thes. l. L.* IV 926,68*ss (Ambrosius de Noe* 9,28 *cf exam.* VI 9,71*)* 7. 8 *Lactantius de opif. Dei* 10,3 genus quoddam uisceris molle atque rarum, 4 raritatem. *μανότης* 8 ffhongıſ *AV, sed supra* on *add rec* ſpon *V. σπογγοειδὴς σομφότης* 9 *συστέλλονται ἐκπνέοντες* in respirando *mg Lambin* ınre ſpırıtu *AHPB* ıṇre ſp̄u *V* respirantes *Lambinus* in respiratu *idem postea cum 'u. c.'* (in *cum Grutero del Orellius) mc, quod uocabulum etsi habet Apuleius Ciceronem scripsisse non crediderim, qui respirationem potius dixerit uelut p.* 169,6*; quare illud praetuli (cf p.* 329,14*);* intrante spiritu *Maduigii suasu tb. ἐν τῷ ἀναπνεῖν διαστέλλονται* dılatantur ut *B* dılatant ut *AHPV tbmc. in re ambigua (nam potuit certe unum* se *ad utrumque uerbum referri uelut p.* 12,19. 329,9*) usum Ciceronis sequor, qui semper* dilatari *non* se dilatare*; cf Dieckhoffus p.* 38 11 *ante* aluo *add* ⌝ *F,* aluo *cum dett et Dauisio del tbmc. Galenus de usu partium* IV 1. 2 *p.* 195,21*ss Helmr. ἡ τῆς γαστρὸς δύναμις ... πᾶν ὅσον ἂν ᾖ φύσει χρηστὸν ἔτι χρηστότερον ἐργασαμένη ταῖς εἰς αὐτήν τε καὶ τὰ ἔντερα καθηκούσαις διανέμει φλεψίν. αἱ δὲ ... τὴν ἐν τῇ γαστρὶ κατειργασμένην τροφὴν ἀναφέρουσιν εἰς ... ἧπαρ. cf ad u.* 1 ſecretuſ *cum ras ex* ∾tur *A* a·lıquo *A* sucus *χυλὸς uel χυμός* 12 a*medıo [*duae hastae*] B* *ἀπὸ τοῦ μεσεντερίου, cf Macrob. in somn.* I 6,77 ınteſtı· uſq; *ft pr A τὰς καλουμένας πύλας τοῦ ἥπατος, cf Arist. hist. an.* I 17. 496 *b* 32 *Galenus l. d.* 2 *p.* 196,10 12. 13 Sıenım *pr A* 13 uırectaſ *corr* der∾ *pr P, mc* adıecorıque *A* ıecorı que *(om* ad*) P* adıecor,eıquae, ı *posterior add V* adıecoreȷq:, ȷ *add B*

✻ eique adhaerent; atque inde aliae pertinentes sunt, per quas cadit cibus a iecore dilapsus. ab eo cibo cum est secreta bilis eique umores qui e renibus profunduntur, reliqua se in sanguinem uertunt ad easdemque portas iecoris confluunt ad quas omnes eius uiae pertinent; per quas lapsus cibus in hoc ipso loco in eam uenam quae caua appellatur confunditur perque eam ad cor confectus iam coctusque perlabitur, a corde autem in totum corpus distribuitur per uenas admodum multas in omnes partes corporis pertinentes. Quem ad modum autem reliquiae cibi depellantur tum astringentibus se intestinis tum relaxantibus, haud sane difficile dictu est, sed tamen praetereundum est, ne quid habeat iniucunditatis oratio. Illa potius explicetur incredibilis fabrica naturae: nam quae spiritu in pulmones anima ducitur, ea calescit primum ipso ab spiritu, deinde contagione pulmonum, ex eaque pars redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam quam uentriculum cordis appellant, cui similis alter adiunctus est, in quem sanguis a iecore per uenam illam cauam influit. eoque modo ex is partibus et sanguis per uenas in omne corpus diffunditur et spiritus per arterias; utraeque autem crebrae multaeque toto corpore intextae uim quandam incredibilem artificiosi operis diuinique testantur. Quid dicam de ossibus; quae subiecta corpori mirabiles commissuras habent et ad stabilitatem aptas et ad artus finiendos adcommodatas et ad motum et ad omnem corporis

1 *post* aliae *inseruit* ad renes *Asc* II, alio *(intellege ad splenem et renes et AHPVB si forte uesicam, cf Galenus l. d.* 4*) Heindorfio auctore bmc, defectum signat t. at nec omnis cibus ad illas partes dilabitur nec satis intellegitur ubi bilis secernatur a cibo, quod sane in ipso iecore fit; quare suspicor haec lacunosa esse et fuisse fere talia:* atque inde aliae per totum iecur pertinentes sunt, per quas cadit cibus *(cf u.* 5*)* a iecore discernendus *(uel* diligenter percolandus*)* dilapsus*; cf Galenus de usu partium* IV 13 *p.* 223,26 *τὴν τοσαύτην πλοκὴν τῶν κατὰ τὸ ἧπαρ ἀγγείων* 3 reliquaſeȷn *ex* ∾quaſ ın *B* 4 eius *iecoris, non sanguinis* confluuñ *ex* ∾uuſ *A* 5 uen*am *B. φλέβα κοίλην* 6 coctusque *Asc* II coactuſq; *AHPVB* concoctusque *Maduigius ut p.* 328,6 8—11 *Augustinus (cf ad p.* 327,14*ss)* usque ad illud 'quem ad modum reliquiae cibi depellantur tum astringentibus se intestinis tum relaxantibus'. cum ergo posset etiam in bestiis ista describere, cur inde ad hominem transitum fecit nisi quia ista pudenda non sunt. . . . nam cum in descriptione humani corporis usque ad illa extrema uenisset, qua cibi reliquiae depelluntur, 'quem ad modum' inquit 'fiat haud sane difficile dictu est, sed tamen praetereundum, ne quid habeat iniucunditatis oratio': non dixit 'confusionis' uel 'ne quid pudendum habeat oratio', sed 'ne quid iniucunditatis' 9 reliquae *pr A* 12 ıncredıbılȷſ *ex* ∾leſ *A* 13 coa|gıtatıone*, prior* a *ft add V* 15 quā *ex* quē *pr B* quem *dett Ven tbmc; cf p.* 309,4 uenterculum *AHPV. κοιλίαν τῆς καρδίας* alter *uentriculus, cf de diu.* II 56,115 deferendae 16 adıecore *B* 17 ıſ *AHPV* hıſ *B tbmc* 19 ıncredıbı|bılem *B* artıfıcıoſı* [o *ut uid*] *B* 20 *ss Aristoteles de part. anim.* II 9. 654 *b* 33 *ὕπεστιν ὁστᾶ τοῖς σαρκώδεσι μορίοις, τοῖς μὲν κινουμένοις διὰ κάμψιν τούτου χάριν τοῖς δ' ἀκινήτοις φυλακῆς ἕνεκεν, Galenus de ossibus t.* II *p.* 733 *K. ὑποβέβληται τῇ λοιπῇ τοῦ σώματος οὐσίᾳ καθάπερ τινὰ θεμέλια* 22 fınıendoſ *& V* fingendos *ci Heindorfius cl p.* 335,16 *s idque probabile ducit m.*

actionem. Huc adde neruos, a quibus artus continentur, eorumque inplicationem corpore toto pertinentem, qui sicut uenae et arteriae a corde tractae et profectae in corpus omne ducuntur.

Ad hanc prouidentiam naturae tam diligentem tamque sollertem 56 140
adiungi multa possunt e quibus intellegatur quantae res hominibus a dis quamque eximiae tributae sint. Qui primum eos humo excitatos celsos et erectos constituit, ut deorum cognitionem caelum intuentes capere possent. sunt enim ex terra homines non ut incolae atque habitatores sed quasi spectatores superarum rerum atque caelestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Sensus autem interpretes ac nuntii rerum in capite tamquam in arce mirifice ad usus necessarios et facti et conlocati sunt. nam oculi tamquam speculatores altissimum locum optinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere; et aures, cum sonum 141
percipere debeant qui natura in sublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatae sunt; itemque nares et quod omnis odor ad supera fertur recte sursum sunt, et quod cibi et potionis iudicium magnum earum est non sine causa uicinitatem oris secutae sunt. iam gustatus, qui sentire eorum quibus uescimur genera deberet, habitat in ea parte oris qua esculentis et posculentis

significare uidetur διάρθρωσιν (quo etiam illa pertinent et ad motum et ad o. c. actionem*), ut stabilitatis sit συνάρθρωσις; certe commissuras dici cartilagines non probabiliter statuunt*

AHPVB 3 a∗corde [d] *A* tracti et profecti *Asc* II *tbm; cf accus.* I 58,153 talis improbitas tamquam aliquod incendium restinguendum est, *Brut.* 75,262 omni ornatu orationis tamquam ueste detracta dicuntur *pr A* 5 quantæ *ex* ∽a *V* 6 a deo *Marsus, del Schoemannus (idem ci* ab ea*) bm, cf p.* 326,9. 15. 334,6 quae *Asc* II *tbmc, ut referatur ad* naturae *u.* 4 *(cf p.* 310,13*)*, constituerunt *potius u.* 7 *cum correctoribus HM Heindorfius c; sed potest intellegi deus, cf p.* 227,10. 12. 248,3 *ss* 22 *ss* 250,12 *s* 254,8 *s* 268,14. 18 III 15,38. 31,76. 38,90 *de diu.* II 61,126 *Maduigius de fin.* II 7,22 7 celſoſ & rectoſ *V. cf de leg.* I 9,26 *Min. Fel.* 17,2. 11 *Lactant. diu. inst.* II 1,14 *ss de opif. Dei* 8,2 *s de ira Dei* 14,2 utdeorum, eo *in ras A* 8 in terra *Dauisio auctore Schuetzius, cf Goethius nou. ann.* CXXXIII *(1886)* 137*; sed uidetur Graeco more scribere: εἰσὶ γὰρ οἱ ἐκ τῆς γῆς ἄνθρωποι ὥσπερ θεωροὶ τῶν οὐρανίων (sic I. F. Schroederus ad uers. Germ. aliique, terreno principiorum genere confectos potius intellegit c, quod mihi alienum uidetur ab hoc loco). in Graecis fuerit originatio: ἄνθρωποι παρὰ τὸ ἄνω ἀθρεῖν* hominеſ *ex* ∽niſ *B* 9 habıtatotoreſ *A;* habıtatoƶeſ ſedquaſi|ſpectatoreſ *ex* habıtato|reſ *B* rerum, rer *in ras B* 11. 12 *cf Plato Tim.* 70 *A Plin. n. h.* XI 135 *Min. Fel.* 17,11 *Lact. de opif. Dei* 8,3 *Macrob. in somn.* I 6,81 13 *ὥσπερ κατάσκοποι τὴν περιωπήν (Theodoretus de prouid.* 3*)* 14 ſuom, o *ex* u *B* 15 in *prius cum 'libris quibusdam' Lambini del Dauisius tbm, cf p.* 279,21 17 sursum *cf Vahlenus prooem.* 1881/82,9

18 cauſaṁ *inferius punctum pr ut uid B* 19 iā,$^{q;}$ *ft rec V* guſtus *G,* ſt *e corr H* 20 debet *dett Marsus tbm;* deberet *si uerum est, est quasi sequatur* collocatus est, *cf p.* 248,3. 339,18 ea ∗pa·te [a] *A* ea aparte *V* quaeeſculentıſ *prior* ſ *add B* posculentis *scripsi* potul∽ *AHPV tbmc* po∗tul∽ [ſ] *B. cf Gellius* IV 1,17 *(Q. Scaeuola)* XVII 11,2. *posteriores quidem abstinuerunt uocabulo a posca ducto, ut aut* poculenta *dicerent aut ambigue* potulenta

iter natura patefecit. tactus autem toto corpore aequabiliter fusus est, ut omnes ictus omnesque nimios et frigoris et caloris adpulsus sentire possimus. atque ut in aedificiis architecti auertunt ab oculis naribusque dominorum ea quae profluentia necessario taetri essent aliquid habitura, sic natura res similes procul amandauit a sensibus. 57 142
Quis uero opifex praeter naturam, qua nihil potest esse callidius, tantam sollertiam persequi potuisset in sensibus. quae primum oculos membranis tenuissimis uestiuit et saepsit; quas primum perlucidas fecit ut per eas cerni posset, firmas autem ut continerentur. sed lubricos oculos fecit et mobiles, ut et declinarent si quid noceret et aspectum quo uellent facile conuerterent. aciesque ipsa, qua cernimus, quae pupula uocatur, ita parua est ut ea quae nocere possint facile uitet; palpebraeque, quae sunt tegmenta oculorum, mollissimae tactu ne laederent aciem, aptissime factae et ad claudendas pupulas ne quid incideret et ad aperiendas, idque prouidit ut iden- 143
tidem fieri posset cum maxima celeritate. munitaeque sunt palpebrae tamquam uallo pilorum, quibus et apertis oculis si quid inci-

1 naruta *A, pr V* ∗n atura [ı]tura *in ras, proxima* a *priori fuit* l *B* *AHPVB* 2 minimos *dett Ven tbmc; τοῦ ὁμοίως θερμοῦ καὶ ψυχροῦ . . . οὐκ αἰσθανόμεθα ἀλλὰ τῶν ὑπερβολῶν Aristoteles de an.* II 11. 424 *a* 2 3 poſſimuſ∗ *ex* ∽mum *B* possemus *dett Ernesto auctore Heindorfius* 4. 5 *Augustinus contra Iulianum Pelag.* V 8,33 in nostro corpore loca digestionis Balbus remota dixit a sensibus. *cf Xenophon memor.* I 4,6 *ἐπεὶ δὲ τὰ ἀποχωροῦντα δυσχερῆ, ἀποστρέψαι τοὺς τούτων ὀχετοὺς καὶ ἀπενεγκεῖν ᾗ δυνατὸν προσωτάτω ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων* 4 t&rı|∗∗, t& *in ras,* rı *add* [ra *sed* r *non satis certa] B* 5 *supra* amandauit *add rec* ŧ amouit *A* amand^{e}∽ *V* 7 primum*: secundum sequitur p.* 332,7*, cf u.* 8 *p.* 128,16. 272,19. 333,10 8 ueſtı uit *(inter* ı *et* u *nihil rasum uid) B. uerbum conueniens τοῖς χιτῶσιν* primum *del Lambinus tb; cf u.* 7 9 cernȷ *ex* ∽ne *B* poſſıt *B* continerent *Lambinus. aliquid neglegentiae subesse suspiceris cl Galeno de usu partium* X 6 *p.* 76,7 *Helmr. τὸ δ' ἔξωθεν ἁπάντων στέγασμά τε καὶ πρόβλημα . . . λεπτὸν μὲν καὶ λευκὸν ἵν' ἑτοίμως διαπέμπῃ τὰς αὐγάς, σκληρὸν δ' ἵν' ἀσφαλῶς φρουρῇ (scil. τὰς αὐγάς, non oculos, cf* 3 *p.* 66,9*)* 10 coſoculoſſecıt& *add B* 12 pupula *rad ex* pupılla *V* popula *G, pr HB. aciem ipsam pupulam esse nemo nisi fallor dixit, ne illi quidem quos enumerat thes. l. L.* I 401,50 *ss, sed membranam illam tenuem et perlucidam qua saepitur oculus; quare puto Ciceronem dicere membranae huius eam partem qua cernatur, quae pars pupula dicatur* 13 palpaebrae que, *media* e *in ras, ft fuit* ſ *B* 14 aptıſſimae *A* ∽me$^{∗}$ *V* et apt. f. sunt *(hoc cum dett)* et *Heindorfio auctore Schuetzius c, sed uidetur potius ad* mollissimae *intellegendum* sunt *ex* est *u.* 12*, ut* aptissime factae *his adiungatur ut* tegendi causa factae *p.* 332,12 15 ppſas *G* populares *pr H* pupulaſ *rad ex* pupıllaſ *V ut u.* 12 ad *om H* utıdȧn∗tıdem *ex* utıdant|ıdem *B* 16. 17 *Nonius p.* 218 palpebrae feminino . . . M. Tullius de oratore *(cf p.* 307,1 *ss)* lib. II 'munitaeque s. p. quae t. u. pilorum' 16—*p.* 332,2 *Isidorus orig.* XI 1,39 palpebrae . . . munitae sunt *(*monita est *Weissenburgensis)* autem uallo *(*uillo *Weissenb)* pilorum *(*capillorum *Weissenb aliique)* ut et *(*et *om Weissenb aliique)* a. o. s. q. inciderit repellatur et s. coniuentibus *(*conibentibus *uel* co(n)hibentibus *plerique)* tamquam inuoluti quiescant latentes *(*eſ *in Toletani imagine perpallidae, an erasae?)* 17 *Aristoteles de part. anim.* II 15. 658 *b* 17 *αἱ δὲ βλεφαρίδες τῶν πρὸς τὰ ὄμματα προσπιπτόντων ἕνεκεν, οἷον τὰ χαρακώματα*

deret repelleretur et somno coniuentibus, cum oculis ad cernendum non egeremus, ut qui tamquam inuoluti quiescerent. latent praeterea utiliter et excelsis undique partibus saepiuntur. primum enim superiora superciliis obducta sudorem a capite et fronte defluentem repellunt; genae deinde ab inferiore parte tutantur subiectae leuiterque eminentes; nasusque ita locatus est ut quasi murus oculis interiectus esse uideatur. Auditus autem semper patet, eius enim 144
sensu etiam dormientes egemus, a quo cum sonus est acceptus etiam e somno excitamur. flexuosum iter habet, ne quid intrare possit si simplex et directum pateret; prouisum etiam ut si qua minima bestiola conaretur inrumpere in sordibus aurium tamquam in uisco inhaeresceret. extra autem eminent quae appellantur aures, et tegendi causa factae tutandique sensus, et ne adiectae uoces laberentur atque errarent prius quam sensus ab his pulsus esset. sed duros et quasi

---

ποιοῦσί τινες πρὸ τῶν ἐρημάτων; cf Lactantius de opif. Dei 10,2. 4 *Ambrosius exam.* VI 9,58 ſiquid&incider&, d *prior ex* t *B (*ſiquit *A)*

AHPVB 1 coniuentibuſ *praeter* co *in ras ft pr V (cf Isidorus)* conluentibuſ *AHPB* nobis *post* somno *add Briegerus p.* 19 *(del* ut qui *u.* 2*) eodem consilio quo* cum illis ad *ci Boherius et* coniuentes *Schoemannus* 2 non negeremuſ *V* ut qui *cum cruce mc. orationem uarie conati sunt expedire (cf ad u.* 1*):* qui *cum Asc* II *del Wyttenbachius,* ut qui *Ernesto auctore del b (cf Isidorus),* tamquam *del Koestlinus philol.* XXXV 717*s; anacoluthon cum Ochsnero (eclog. Cic. p.* 69 *ed.* III*) statuebat t; ante* ut qui *inserunt* tegimentum esset *Heinius philol.* XV 685 *(*tegumentum esset quo *ci Schoemannus),* tegerentur *Goethius nou. ann.* CXXXIII *(*1886*)* 138*; pro* ut qui *uel scripserunt uel proposuerunt* ut ii *(uel* hi*) Dauisius,* ii *Thiaucourtus,* tuti hi et *Heindorfius,* stragulo *Luedersius chrestom. Cic.,* culcita *Tittlerus nou. ann.* IC *(*1869*)* 498, oculi *in adn. dubitans m,* eique *Deiterus philol.* XLVI 176, utpote qui *idem ibid.* LXV 318, utique *Boherio auctore Lallemandus; mihi hoc postremum ita placet ut non cum illis* non egeremus utique *iungam sed cum Alano* utique *(uel* utique i*)* t. i. quiescerent*; in imperatiuis enim et finalibus sententiis haec particula solet poni. nisi forte tamen* ut qui *uerum est et oratio turbata similiter atque in iis quae attuli ad p.* 305,12. *cf Galenus q. f. introduct. t.* XIV *p.* 701 *K. βλέφαρα . . . συμβάλλοντα ἀλλήλοις πυκνῶς καὶ ἀκροννγῶς εἰς ἀνάληψιν τῆς ὄψεως καὶ εἰς τὸ ἀπερύκειν τὰ πληκτικῶς προσπίπτοντα τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἐπ' ἀκριβὲς δὲ ὥσπερ ἐν τοῖς ὕπνοις εἰς ἀποστροφὴν τῆς ὁρατικῆς δυνάμεως πρὸς τὸ καθησυχάσαι τὸν ἄνθρωπον (Xenophon memor.* I 4,6*)* 4 &,fronte *sed* a *inducta B;* fronte [¯] *V* 5 leniterque *Walkero auctore Heindorfius tbm;* leuiter *in eadem re etiam Lactantii libri meliores de opif. Dei* 10,5*, cf de diu.* I 17,30 6 naſuſitaq; *AP* ~q· *V;* naſuſ*itaq· locatuſ|eſt, I *et ex parte* t *in ras,* aq· locatuſ *add, ft fuit* naſuſq; | eſt *B. Probi de nomine exc.* GLK IV *p.* 212,12 nasus hic an hoc nasum: antiqui neutraliter dicebant, itaque Lucretius *(Lucil.* 942 *Marx.)* 'nasum diductius quam pandius paulo uellem'. qui nunc masculino genere dicitur, nam Cicero 'nasus itaque qui diductus est quasi m. o. i. e. uideatur *(ex* uidetur *codex)*' 7 ſep *sic V* 8 a *add B* 9 e] a *H* flexuosum iter *ἕλικα* posset *ci Dauisius, cf Haasius ad Reisigii scholas n.* 464b*; uide p.* 103,20 *Brut. ad Cic.* I 16,10 *Vahlenum ann. gymn. Austr.* XXIV 245 10 & *add B* derectum *mc* 11 irrepere *'quidam legendum putant' ait Lambinus, scripsit Heindorfius Goethius* ſordiuſ *pr AV (corr rec A)* 13 fautae *A;* factæ*tutandiq·****, æ *ex* a [e] t *proxima in ras,* q· *add* [quae] *B* 14 iis *tbmc* 14*s* quasi corneolos *χονδρώδεις ut opinor; uocabulum singulare. huc spectare uidetur Seruius (fr.* 9 *tb* 7 *mc) confuse scribens ad Aen.* VI 894 per portam corneam oculi signi-

corneolos habent introitus multisque cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur sonus; quocirca et in fidibus testudine resonatur aut cornu, et ex tortuosis locis et inclusis referuntur ampliores.
145 Similiter nares, quae semper propter necessarias utilitates patent, contractiores habent introitus, ne quid in eas quod noceat possit peruadere; umoremque semper habent ad puluerem multaque alia depellenda non inutilem. Gustatus praeclare saeptus est; ore enim continetur et ad usum apte et ad incolumitatis custodiam.

Omnisque sensus hominum multo antecellit sensibus bestiarum.
58 Primum enim oculi in his artibus, quarum iudicium est oculorum, in pictis fictis caelatisque formis, in corporum etiam motione atque
* gestu multa cernunt subtilius, colorum etiam et figurarum tum uenustatem atque ordinem et ut ita dicam decentiam oculi iudicant, atque etiam alia maiora: nam et uirtutes et uitia cognoscunt, iratum propitium, laetantem dolentem, fortem ignauum, audacem timidum-
146 que cognoscunt. Auriumque item est admirabile quoddam artificiosumque iudicium, quo iudicatur et in uocis et in tibiarum neruorumque cantibus uarietas sonorum interualla distinctio, et uocis genera permulta, canorum fuscum, leue asperum, graue acutum, flexibile durum, quae hominum solum auribus iudicantur. Nariumque

---

ficantur, qui et cornei sunt et duriores ceteris membris, nam frigus non sentiunt, sicut etiam Cicero dixit in libris de natura deorum

1 cum flexibus] confl~ *A. πολυελίκτους* ab his *ci Ernestus* 2 re- *AHPVB*
latuſ, l *in ras B* amplificatur *ex* ~ſ *B* et *om H* 3 cornu autex *pr V* referuntur soni a. *dett* soni referuntur a. *dett Lambinus tbmc* r. ampliores soni *Heindorfius; cf p.* 53,4 *Vahlenus de leg. p.* 119,4 *Kaibelius ad Soph. El.* 589 4 patent *ex* put~ *V* 6 euadere *H, corr* pu~ *B* p̄u~ *ex* p̄u~ *pr P.* euadere *ἀναβαίνειν Cicero non dixit* 9 Omniſq;, í *in ras ex* e *rec A* om̄ſqui *H* omneſq· *pr V* omſ que *B* multo ante|cellunt *ex* multo|cellum *B* 10 primum *sequitur* que *u.* 16*, cf p.* 331,7 iis *Rom tbmc* 12 cernit *pr A* 12. 13 *Nonius p.* 203 decentiam feminino M. Tullius de deorum natura lib. II 'colorum . . . iudicant' 12 etiam] enim *Heindorfio auctore Schuetzius c, hic quidem de signis et tabulis haec dici ratus, quae ad corpora potius pertinent* figurā *H* tum, *quod etiam Nonius habet, del Manutius tbc, ante* tum *defectum signat m,* pulchritudinem *inserit Goethius, hoc quidem non probabiliter, si quidem uenustas aut idem fere est quod pulchritudo aut (de off.* I 36,130*) pars pulchritudinis. dubito an* tum *ex uocabulo aliquo uelut* habitum *residuum sit et fuerint duo membra fere ut p.* 300,22, habitum uenustatem *et* ordinem et decentiam 13 uenus tamen *Nonii Leid* decentiam *cf de orat.* III 52,200 *Heyus archiu. lexicogr.* XV 450*, qui cum Friedrichio nimium tribuit illis* ut ita dicam*, cf p.* 98,13 14 uirtuteſ& *ex* ~te & *A* cognoscunt *'uel hic uel infra malim abesse' t, del hic b, u.* 16 *c; cf p.* 56,10. 342,19 15. 16 timidum cognoscunt *Ald; cf p.* 220,2 *Maduigius opusc.* I 338 *Wolffius ann. phil. suppl.* XXVI 633 *ss* 16 artificioſum-que, ſ *cum ras ex* r *A* 18 uaçari&aſ *V* interualla *διαστήματα; uarietatem et distinctionem quae dicat dubito* 19 canorum] candidum *post Lescaloperii dubitationem Dauisio auctore Heindorfius cl Plinio n. h.* XXVIII 58 *Quintil. inst. or.* XI 3,15 *(thes. l. L.* III 245,7*) et Graecorum usu qui λευκὴν φωνὴν dicunt et φαιάν* 19 lene *dett Rom Ven; cf de orat.* III 57,216 *Lucret.* IV 552 *Quintil. inst. or.* XI 3,15 *(cum Halmio); Graeci quoque λεῖον* 20 flexibile *εὐκαμπές*

item et gustandi et parte tangendi magna iudicia sunt. ad quos ✻
sensus capiendos et perfruendos plures etiam quam uellem artes repertae sunt; perspicuum est enim quo conpositiones unguentorum quo ciborum conditiones quo corporum lenocinia processerint.

Iam uero animum ipsum mentemque hominis rationem con- 59
5 silium prudentiam qui non diuina cura perfecta esse perspicit, is his 147
ipsis rebus mihi uidetur carere. De quo dum disputarem tuam mihi dari uellem Cotta eloquentiam. quo enim tu illa modo diceres, quanta primum intellegentia deinde consequentium rerum cum pri-
10 mis coniunctio et conprehensio esset in nobis; ex quo uidelicet *iudica*mus quid ex quibusque rebus efficiatur, idque ratione concludimus, singulasque res definimus circumscripteque conplectimur; ex quo scientia intellegitur quam uim habeat qualis*que* sit, qua ne in deo quidem est res ulla praestantior. quanta uero illa sunt quae
15 uos Academici infirmatis et tollitis, quod et sensibus et animo ea quae extra sunt percipimus atque conprendimus; ex quibus conlatis 148
inter se et conparatis artes quoque efficimus partim ad usum uitae partim ad oblectationem necessarias. Iam uero domina rerum, ut uos soletis dicere, eloquendi uis quam est praeclara quamque diuina.

AHPVB 1 &*arte [p *ante* a] *Vb (cf Dieckhoffus p. 61 s)* arte & *O Rom;* parte *del Marsus,* et parte tangendi *cum H del c, sed tactus abesse non potest, ad quem dubitari non liceat quin* corporum lenocinia *u. 4 pertineant;* et †parte *t* †et parte *m* et pariter *dett Lambinus* pariter et *Manutius (cf p. 24,6)* partium et *ci m (sed tangendi partes quas dixisse putem Ciceronem dubito, cum tactus toto corpore fusus sit)* et omni ex parte *Deiterus progr. Emd.* 1882,13*; putauerim fuisse* et quadam ex parte, *ut significaretur interior ille tactus quem dicit p.* 77,7 2 perfr̃uendoſ, r̃ *ex* l *B* pluref *ex* ~re *A* quam *ex* quem *B* 3 compoſioneſ *pr B* 5—7 *cf Lactantius de opif. Dei* 16,1 6 *supra* pſpıcıt *add rec* ł pcıpıt *V* is *om HB;* ** hıſ [ıſ *ut uid*] *A* 8 dare *V* uellem *mg Lambin Heindorfius* uelım *AHPVB, quo conseruato* disputem *u. 7 Ernestus* cotta* *(uid correctum fuisse) V* 9. 10 *διάνοια καὶ λογισμός, cf de fin.* II 14,45 9 ıntellegentıa* [m] *B* 10 conpr̥ẹ̇ffio *B* est *Forchhammerus p. 52; cf p.* 271,23 qua *ci Kayserus* 10. 11 uidelıcet quıd *AHPV tbmc* uıdem quıd *(ex* ~t*) B, quod ita tutatur Dieckhoffus p.* 38*, ut dubitet* uidelicet *errore inde ortum sit an coniectura, quorum neutrum probabile est; sed ne illud quidem sic stare potest, nisi aut cum c (et m ut uid) pro uerbo habeatur contra usum Tullianum aut* idque ratione *suspecta habeas cum Schoemanno (qui ci* et qua ratione*) uel deleas cum tb.* iudicamus *add Vahlenus ann. gymn. Austr.* XXIV 242 *ante* uidelicet*, ego malui post, ut* uidemus *quoque mero errori tribuam non coniecturae; et relatiuo recte subiungi* uidelicet *docent lexica.* ex quo scilicet uidemus quid *Goethius nou. ann.* CXXXVII *(*1888*)* 482*. de uniuersa sententia cf de leg.* I 10,30 11 ratıonem *APV. cf ad u.* 10*s* 12 con plec tímur, í *in ras rec A* cōplect e̥mur *V* 13 qualis sit *Schuetzio auctore del tb* qualisque sit *Mosero auctore m* et qualis sit *Schoemannus (de diu.* I 5,9 *non prorsus simile)* 14 illa] n̥ılla *ex* nulla *uix pr A* 15 ınfirma|**tıſ, a *ex* ı [ta] *B* 16 percımuſ *pr A* 18 *cf Pacuuius* 177 *R. apud Cic. de orat.* II 44,187 *(cf* I 8,30. 32*)* regina rerum oratio *(*domina omnium et regina ratio *Tusc.* II 21,47*, cf de inu.* I 4,5*)*

quae primum efficit ut et ea quae ignoramus discere et ea quae scimus alios docere possimus; deinde hac cohortamur hac persuademus, hac consolamur afflictos hac deducimus perterritos a timore, hac gestientes conprimimus hac cupiditates iracundiasque restinguimus, haec nos iuris legum urbium societate deuinxit, haec a uita
149 inmani et fera segregauit. Ad usum autem orationis incredibile est, nisi diligenter attenderis, quanta opera machinata natura sit. primum enim a pulmonibus arteria usque ad os intimum pertinet, per quam uox principium a mente ducens percipitur et funditur. deinde in ore sita lingua est finita dentibus; ea uocem inmoderate profusam fingit et terminat *at*que sonos uocis distinctos et pressos efficit cum et dentes et alias partes pellit oris; itaque plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes, nares cornibus is qui ad neruos resonant in cantibus.

60
150 Quam uero aptas quamque multarum artium ministras manus natura homini dedit. Digitorum enim contractio facilis facilisque porrectio propter molles commissuras et artus nullo in motu laborat.

---

3 perterrıtoſ *ex* ~tuſ *B* 4 geſtıentef *prior* ſ *in ras A* reſtrın- *AHPVB* guımuſ *HP* 5 leg*ū [ı] *V* legū* *ex* legım *ut uid B* 6 ora*tıonıſ [c *uel* e] tıo *in ras pr, ante* n *uid fuisse* ſ *B* 7 nisi] ubi *(i. e.* ū *pro* n̄*) dett Rom* si *Maduigii suasu tbmc, ante illos Kindervaterus in uersione, sed idem repudiauit in commentario recte opinor, cf de off.* II 16,56 hoc primo incredibile nobis uideri, omnesque mirari, sed cum attenderint ueniam necessitati dare*;* *sit igitur ἄπιστον μὴ μετὰ σπουδῆς προσσχόντι* 8 *ŏſ *V* *óſ *ex* hoſ *B* 9 amante *pr V* praecipitatur *Boherius* proiicitur *ci Dauisius, alia alii.* percipitur *quasi* colligitur *(nisi forte* concipitur *fuit, cf Ouid. met.* I 337*); eaedem res dicuntur Tusc.* II 24,56 latera fauces linguam . . , e quibus elici uocem et fundi uidemus*, quamquam ibi* eici *plerique scribunt* &***fundıt̃ [*ſt* p*, deinde* ro *uel* re *praepositione ut opinor ex proximo uersu anticipata*] *B* 9—11 *Nonius p.* 309 fingere effigiare uel formare et facere. M. Tullius . . . idem de deorum natura lib. II 'deinde . . . terminat' 10 sit aliena *(uel* sita linea*)* lingua est *Nonius* finitima *dett* munita *ci Buenemannus ad Lactant. de opif. Dei* 10,17 *Schoemannus opusc.* III 377*, probat m; uidetur nihil dicere nisi linguam esse ἐντὸς τῶν ὀδόντων (Aristot. de part. an.* IV 5. 682*a* 13*)* ea] et *pars librorum Nonianorum* 11 *πλάττει καὶ διαρθροῖ* quae *AHPVB;* sonosque *Lambinus* atque sonos *Dauisio auctore Moserus, de quo Stammius nou. ann.* CXXXVII *(*1888*)* 178 *non recte dubitat (proposito* itaque *uel* atque ita*) ne ex ipsius quidem praeceptis* 12 ad *ante* denteſ *omisso* et *habent HP, praeterea add V, rec A, ante* alıaſ *habent* ad *AHPV, utroque loco dett Rom Ven tbmc (non Goethius). lingua non sonos uocis ad dentes pellit (nec inuenio alibi pellendi uerbum simplex cum* ad *iunctum), sed ipsa dentes pellit ut neruos plectrum; cf Schwenkius 'philolog. Rundschau'* V *(*1885*)* 273 *Plinius n. h.* VII 70 *Lactantius de opif. Dei* 10,13 *Hieronymus epist.* 108,23 *Nemesius de nat. hom.* 14 *al.; Fulgentio certe nihil tribuendum, cuius mitol.* I 15 *p.* 25,7 *H. alterum genus codicum habet* dentibus . . . ad quos lingua percutit*, alterum praepositione caret* o*rıſ *V* 13 cornibus *ponit post* plectri *et* chordarum*; genetiuo* cornuum *nemo uidetur usus esse* iis *Rom* hıſ *AHPVB* 14 quae *dett Asc* II *ft recte, quamquam cf thes. l. L.* IV 962,58. 74 15 Quam, Qua *in ras rec A* 16 facılıſq;, l *cum ras ex* t *B* 17 *cf p.* 329,22

itaque ad pingendum fingendum, ad scalpendum, ad neruorum eliciendos sonos ad tibiarum apta manus est admotione digitorum. Atque haec oblectationis, illa necessitatis, cultus dico agrorum extructionesque tectorum, tegumenta corporum uel texta uel suta omnemque fabricam aeris et ferri; ex quo intellegitur ad inuenta animo percepta sensibus adhibitis opificum manibus omnia nos consecutos, ut tecti ut uestiti ut salui esse possemus, urbes muros domicilia delubra haberemus. Iam uero operibus hominum id est manibus cibi etiam 151
uarietas inuenitur et copia. nam et agri multa efferunt manu quaesita quae uel statim consumantur uel mandentur condita uetustati, et praeterea uescimur bestiis et terrenis et aquatilibus et uolantibus partim capiendo partim alendo. Efficimus etiam domitu nostro quadripedum uectiones, quorum celeritas atque uis nobis ipsis adfert uim et celeritatem. nos onera quibusdam bestiis nos iuga inponimus; nos elephantorum acutissumis sensibus nos sagacitate canum ad utilitatem nostram abutimur; nos e terrae cauernis ferrum elicimus rem ad colendos agros necessariam, nos aeris argenti auri uenas penitus abditas inuenimus et ad usum aptas et ad ornatum decoras.

AHPBV 1 ad *ante* fingendum *add Ald tbm;* ad *ante* scalpendum *del dett Rom c; puto* pingendum fingendum *ἀσυνδέτως poni potuisse, ut non numquam ponuntur* signa tabulae *(p.* 25,21*), post* scalpendum *autem forsitan interciderit quid uelut* incidendum*, ut duo uel tria paria fuerint* adcalpendum *pr B* 2 adtıbıarū *cum ras corr* act~ *V tbm* admotıonem *AHP* ~ne* [n̄] *V* admoṇtıonē* [⁻] *B* 5 aęrıſ *sic fere, ft uolebat* aęrıſ *V* 6 opıficium *A* opificibus *Walkero auctore Heindorfius cl Arnob.* II 17 ministras manus *(cf Cic. p.* 335,15*)* . . . opifices manus atque omni genere perfectionis artifices*; cf u.* 8 7 poſſ|ȷmuſ *ex* ~ſum~ *pr ut uid A* poſſm̄ *PVB* urbeſ, eſ *in ras rec A* muroſ *cum ras ex* ~reſ *A* 8 opeb; *ex* opıb; *B* operis *Lambinus b (cf de off.* II 4,12*);* opera *dubitans ci c, qui ipse adfert p.* 307,4*; plane est ἔργοις ἀνθρώπων i. e. opificum, ii autem utuntur manibus* ıdē *HP* Jd*eſt *ex* deeſt *B* 9 *|&copıa7nam [*& ut uid*] &copıa in ras, 7 add B* 12 capıando *A* alıendo, æ *ex* a *A* 14 juga, ȷ *e corr,* ıu~ *an* uı~ *fuerit incertum B* 16 noſ *eterrae [a] A* noſ*e terrae [ſ] *B* eligimus *m, cui recte nec c obsecutus est nec Goethius, idemque quod in progr. gymn. Iohann. Vratislau.* 1888 *('Krit. Bemerk. zu Plin. nat. hist.')* 11 *sic quaerit 'ist* elicere *je mit einem Objekt verbunden, das nur als ein mit Mühe "herausgeklaubtes", nicht als ein schmeichelnder Verlockung freiwillig entgegenkommendes gedacht wäre', contra quaero in lapidum conflictu atque tritu quo elici dicitur ignis p.* 272,10 *quid sit blanditiarum. sed eliciendi ea proprietas est, ut dicatur de iis quae latent, cum eligantur ea quae aliis rebus intermixta sunt; itaque illud artis potius est, hoc iudicii, potestque non numquam de eadem re poni utrumuis. uide p.* 341,3 *et praeter exempla in lexicis enumerata Tusc.* II 24,56 *(cf ad p.* 335,9*)* 17*s* nec ferrum aes aurum argentum effoderetur penitus abditum *(cf p.* 226,4. 306,18*)* sine hominum labore et manu *scripsit in simili disputatione de off.* II 3.13*; illic Gruterus, hic I. F. Heusingerus (ad off. l. d.) uersus tragici particulam sibi uisi sunt agnoscere, cf Ribbeckius trag. ex inc. inc. fab.* LXXXV 17 argentı*| [ſ] *B* 18 penıt|, 9 *in ras, fuerit* ' *V*

Arborum autem confectione omnique materia et culta et siluestri partim ad calficiendum corpus igni adhibito et ad mitigandum cibum utimur, partim ad aedificandum, ut tectis saepti frigora caloresque
152 pellamus; magnos uero usus adfert ad nauigia facienda, quorum cursibus suppeditantur omnes undique ad uitam copiae; quasque res uiolentissimas natura genuit earum moderationem nos soli habemus, maris atque uentorum, propter nauticarum rerum scientiam, plurimisque maritimis rebus fruimur atque utimur. Terrenorum item commodorum omnis est in homine dominatus: nos campis nos montibus fruimur, nostri sunt amnes nostri lacus, nos fruges serimus nos arbores; nos aquarum inductionibus terris fecunditatem damus, nos flumina arcemus dirigimus auertimus; nostris denique manibus in rerum natura quasi alteram naturam efficere conamur.

61 153 Quid uero hominum ratio non in caelum usque penetrauit; soli enim ex animantibus nos astrorum ortus obitus cursusque cognouimus, ab hominum genere finitus est dies mensis annus, defectiones solis et lunae cognitae praedictaeque in omne posterum tempus quae quantae quando futurae sint. Quae contuens animus accedit ad cognitionem deorum, e qua oritur pietas, cui coniuncta iustitia est reliquaeque uirtutes, e quibus uita beata existit par et similis deorum, nulla alia re nisi immortalitate, quae nihil ad bene uiuendum pertinet, cedens caelestibus.

Quibus rebus expositis satis docuisse uideor hominis naturam quanto omnis anteiret animantes. ex quo debet intellegi nec figuram situmque membrorum nec ingenii mentisque uim talem effici potuisse fortuna.

---

1 confectıone *B* ~nem *AHP, cum ras corr* conſectıonem *V tbmc (ὑλοτομίαν) uocabulo singulari ut de diu.* I 51,116*, quo mihi* confectio *i. e. ad usum comminuendo praeparatio i. e. ἐργασία (ut confici dicuntur ligna uilli* [*p.* 339,16] *mel oleum alia) certe non minus recte dici uidetur, cf p.* 327,2 *AHPVB* omnıq; &materıa *B* culta *ex* ~tu *pr V* 2 *quae Nonius p.* 92 *l.* concalfacere *adfert ex* de deorum natura lib. II *sunt ex* II *de orat.* 78,316*, nec recte statuas ibi haec intercidisse, cf p.* 307,1 *ss* 3 partım & ad *AHPV* 4 uſuſ *posterior* u *in ras V* 6 moderatıonem *ex* ~dor~ *B* 7 nautıgarum *A* nautı|earum *V* 8 marıtı muſ *B* 10 an*neſ [*duae hastae*] *sic B* 11 ındoctıonıbuſ *pr A* fecunditatem * Damuſ [+] *B* 12 dȷrıgımuſ *ex* der~ *(sic mc) B* auertımuſ, ſ *in ras ex* r *V* 14 nonın ** caelum *A* 16 menſı*ſ, ı *red, ex* ~ſuſ *ut uid A* 17 ſolȷſ *ex* ~luſ *A* praedictaeque *dett Ven* praedicataeq; *AHPV* prae dıcaq̄; *B* *supra* tēp' *add rec* ŧ gen' *V* 18. 19 accedit ad *ex Dauisii coniectura* t accıpıt *(ex* ~cep~ *H, non G)* ad *HPB, corr* ~ aḍ *A (quod cum Ernesto tutatur Dieckhoffus p.* 27 *cl p.* 330,8*), idem corr* ~ adnſ *V (*~ ab his *Rom Ven). cf thes. l. L.* I 261,30 20 ÷ *add B* par|***et ſımımılſ, r *add* [ſ *uel* f, e *uel* o, *r*] t *add B, cuius primitiua scriptura nolo abuti ut coniciam* par fere et similis. par aut s. *dett Heindorfius; cf de leg.* I 10,29 *Quintil. inst. or.* X 1,102

Restat ut doceam atque aliquando perorem, omnia quae sint in 154
hoc mundo, quibus utantur homines, hominum causa facta esse et
parata.

Principio ipse mundus deorum hominumque causa factus est, 62
quaeque in eo sunt ea parata ad fructum hominum et inuenta sunt.
Est enim mundus quasi communis deorum atque hominum domus
aut urbs utrorumque; soli enim ratione utentes iure ac lege uiuunt.
ut igitur Athenas et Lacedaemonem Atheniensium Lacedaemonio-
rumque causa putandum est conditas esse, omniaque quae sint in
his urbibus eorum populorum recte esse dicuntur, sic quaecumque
sunt in omni mundo deorum atque hominum putanda sunt. Iam 155
uero circumitus solis et lunae reliquorumque siderum, quamquam
etiam ad mundi cohaerentiam pertinent, tamen et spectaculum homi-
nibus praebent; nulla est enim insatiabilior species nulla pulchrior
et ad rationem sollertiamque praestantior; eorum enim cursus dime-
tati maturitates temporum et uarietates mutationesque cognouimus.
quae si hominibus solis nota sunt hominum facta esse causa iudi-
candum est. Terra uero feta frugibus et uario leguminum genere, 156
quae cum maxuma largitate fundit, ea ferarumne an hominum causa
gignere uidetur? quid de uitibus oliuetisque dicam, quarum uber-
rumi laetissumique fructus nihil omnino ad bestias pertinent; neque

---

AHPVB 4. 5 *Lactantius de ira Dei* 13,1 si consideret aliquis uniuersam mundi administrationem, intelleget profecto quam uera sit sententia Stoicorum, qui aiunt nostra causa mundum esse constructum. omnia enim quibus constat quaeque generat ex se mundus ad utilitatem hominis adcommodata sunt quaeque ... inuenta sunt *del Moserus tb auctore Heindorfio, cui ea concedendum est aegre ferri post proxima illa u.* 1—3. *at eadem nec quo consilio addita sint facile dicas et ipsa recte scribi potuisse ut constat ita intellegitur ex p.* 326,13 *s; a Cicerone igitur abiudicanda non sunt. sed id quod per se ueri simile est, totam illam disputationem quae est de hominis fabricatione p.* 326,15 *ss secundis curis esse insertam, hac ipsa re nisi fallor probatur. uidetur enim primitus post illa* ratio est enim quae praestet omnibus *p.* 326,12 *s scripsisse haec* principio ipse mundus *eqs u.* 4 *ss, deinde interposita illa disputatione quam dixi superiora conclusisse illis* ita fit credibile ... sint omnia *p.* 326,13 *s, ut rediret autem ad rem institutam addidisse haec* restat ... et parata *u.* 1—3*; quibus additis illa ante scripta u.* 4. 5 *debebant induci, inducta non sunt* 5 ea] om̄a *P* ea omnia *dett Heindorfius* 6 *s cf de leg.* I 7,23 *de fin.* III 19,64 7 urb*ſ [ı] *B* 9 q· *add B* 11 *supra* omnı *add rec* ł hoc *(cf u.* 2*) V* 13 etiam *del Goethius nou. ann.* CXXXIII *(*1886*)* 138*, ne parum tribui uideretur cohaerentiae mundi, nimis scrupulose* 13 *ss de hominibus oratio bipertita est sed alterum membrum, quod in utilitate uersatur, 'obscurius inuolutum' (Madvigius de fin. exc.* I *p.* 790*), cf Matthiaeus archiui Seebodiani* II *(*1825*)* 701 ·eo2ū 15 praeſtantıo2· 7 enī, 102· *in ras, 7 add B* djm&atı *ex* dem~ *V, cf p.* 311,1 16 *maturıtateſ [ı] *B* uarıetatıſ *A, corr* ~teſ *VB* 17 nata *pr B* causa facta esse *dett Ald, 'probabiliter' ait m; cf Wolffius ann. philol. suppl.* XXVI 586 18 ****** &uarıo [&uarıo] *B* 19 *transpositum in codicibus, cf p.* 268,4. 14. *inde a* largitate *proxima desunt P* *AHVB* 20 oliuisque *Lambinus* uberrımı *in ras B*

enim serendi neque colendi nec tempestiue demetendi percipiendique
fructus neque condendi ac reponendi ulla pecudum scientia est,
63 earumque omnium rerum hominum est et usus et cura. ut fides
157 igitur et tibias eorum causa factas dicendum est qui illis uti pos-
sent, sic ea quae dixi is solis confitendum est esse parata qui utun-
tur, nec si quae bestiae furantur aliquid ex is aut rapiunt illarum
quoque causa ea nata esse dicemus. neque enim homines murum
aut formicarum causa frumentum condunt sed coniugum et libero-
rum et familiarum suarum; itaque bestiae furtim ut dixi fruuntur,
158 domini palam et libere; hominum igitur causa eas rerum copias com-
paratas fatendum est. ni*si* forte tanta ubertas uarietas*que* pomorum
eorumque iucundus non gustatus solum sed odoratus etiam et aspec-
tus dubitationem adfert quin hominibus solis ea natura donauerit.
Tantumque abest ut haec bestiarum etiam causa parata sint, ut
ipsas bestias hominum gratia generatas esse uideamus. quid enim
oues aliud adferunt nisi ut earum uillis confectis atque contextis
homines uestiantur; quae quidem neque ali neque sustentari neque
ullum fructum edere ex se sine cultu hominum et curatione potuis-
sent. canum uero tam fida custodia tamque amans dominorum adu-
latio tantumque odium in externos et tam incredibilis ad inuesti-
gandum sagacitas narium tanta alacritas in uenando quid significat
159 aliud nisi se ad hominum commoditates esse generatos. quid de
bubus loquar; quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus ac-
cipiendum figurata, ceruices autem natae ad iugum, tum uires ume-
✻ rorum et latitudines ad aratra extrahenda. quibus cum terrae sub-

---

2 *supra* condendı *add rec* ł colendı *V* 3 hominum] omnıum *A* *AHVB* est et] ē& *A* ē*& [&] *sic V* 4 utıpſoſ ſent *A* utı/p±oſſ̣ent [ſ] *V; cf p.* 24,14 5 ıſ *B, corr* ıſ *A,* ıſ *(deinde corr rec* dıxı ıſ m̄*) V* ıſ *H* 6 beſtıae *ex* ber ıae *ut uid B* ıſ *AHV* hıſ *B* 7. 8 *Charisius* I *p.* 137,4 *K.* murum Cicero de deorum natura libro II 'nec enim ... condunt', ubi Plinius eodem libro VI 'pro murium' inquit 7 neenī *pr B* nec enim *Charisius* murum *dett Charisius et Plinius* murıum *AHVB; cf p.* 306,15 10 domini] homines *Bakius; cf p.* 268,20 III 10,26 *de fin.* I 18,58 11 nıſ *H* nı*ſ *B* nı *AV tb* uarıetaſque *O* et uarıetaſ *H tbmc* 14 utıpſaſ, u *e corr A* 15 ıpſabeſtıaſ *pr B* 16 uıllıſ *ex* uıuıſ *V* confectuſ *pr V, cum ras corr* ~tıs *rec A* 18 possent *dett Heindorfius; cf p.* 248,3 19 *Nonius p.* 17 adulatio est blandimentum proprie canum, quod et ad homines tractum consuetudine est. M. Tullius de deorum natura lib. II 'canum uero tam *'* de officiis lib. I *(*26,91*) (defectus iam in Wolf aliisque notatus est)* cuſto dıatāque, ā *ex* a *rec A* 21 *narıum [*hasta*] V* 23 bub; *corr* bob; *B* quarum *V* 24 nate *ex* nete *A* 25 arara *pr V* [ex]trahenda *Ernesto auctore Schuetzius m, nec ego puto extrahendi uerbum excusationem habere. ft fuit* ad aratra extentae trahenda. *certe* quibus *non ad aratra referendum sed ad boues, pendetque idem et sexto casu a* subigerentur *et tertio ab* adferebatur *fere ut de domo* 48,125 ea iura ..., quibus in

igerentur fissione glebarum ab illo aureo genere, ut poetae loquuntur, uis nulla umquam adferebatur: 'ferrea tum uero proles exorta repentest ausaque funestum primast fabricarier ensem et gustare manu iunctum domitumque iuuencum': tanta putabatur utilitas percipi e bubus ut eorum uisceribus uesci scelus haberetur. longum est mulo- 64
rum persequi utilitates et asinorum, quae certe ad hominum usum paratae sunt. sus uero quid habet praeter escam; cui quidem ne 160
putesceret animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus; qua pecude, quod erat ad uescendum hominibus apta, nihil genuit natura fecundius. quid multitudinem suauitatemque piscium dicam, quid auium; ex quibus tanta percipitur uoluptas ut interdum Pronoea nostra Epicurea fuisse uideatur, atque eae ne caperentur quidem nisi hominum ratione atque sollertia; quamquam auis quasdam, et alites et oscines, ut nostri augures appellant, rerum augurandarum causa esse natas putamus. iam uero immanes et feras beluas nan- 161
ciscimur uenando, ut et uescamur is et exerceamur in uenando ad

---

te conuersis recusares, alios euerteres; *aut* uis is *scribas p.* 340,2 ſubigerent, g *ex* e, e *quae insequitur cum ras ex* r *ut uid, utrumque puto pr B*

AHVB 2—4 *Aratus* 129—132 2. 3 exor|tarepente ^{eſt}*auſaq;, r *posterior add rec,* e *proxima in ras rec (pro hac olim* II *sed a correctore effectas fuisse scribit Schwenkius)* [a?] eſt *add rec A;* ~ repente ē *HV;* exortare_pen|te**** [ſunt] *B* 3 prima eſt, eſt *in ras rec, potest fuisse* ſt *A* prima ſunt *H* prima·ſt *corr* prima,^{eſt} *V* prima*** [eſt] *B* fabricarier**enſem, e *prima add rec,* r *quae insequitur in ras rec; fuit ut uid* fabricari aerenſem, *uix* ~ferenſem *A* fabricari ferenſem *H* fabricar^{ier}ſfro en—ſem, ł ier *add rec,* fro en *in ras* VI *uel* VII *litt rec V* gu^{e}ſtare *B.* *πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων Aratus* 4 iu^{N}ctum *pr A* iunctum *corr* junc~ *B* (iu~ *an* ui~ *dubium G)* uinctum *dett Rom Ven tbmc. cf Ennius scen.* 190 *s V. Lucilius* 1043 *M.* tune iugo iungas me ante (anne *M.)* et succedere aratro inuitum et glebas subigas proscindere ferro, *idem* 1042 *Varro r.r.* I 20,2 *de nouellis iuuencis* ita subigendum... ut tironem cum ueterano adiungant *(Columella* VI 2,9 *Macrobius Sat.* III 5,5*). de* manu *cf Vahlenus prooem.* 1886/87,18

4. 5 pcipie bubuſ *corr* p̄cipi^{u}e~ *A* pcipue bub; *B* 5 ē **mulorum [ſi *A et ut uid V*] *AV (horum archetypus ft habuit* longumſt *addito* ē) ē ſimu*lorum, ſi *add,* lo *in ras, fuisse uid* ē mul torum *B* 6 perſequi** [ar] *A* ~qui *corr* ~qua^{r} *B* 7 qui|dæm *ex* ~|dam *B* 8 **dicit ēē [ēē *ut uid*] *A* Chrysippus 1152 *ss Arn., cf* 723 *Cleanthes* 516 *ἀνθ' ἁλῶν αὐτοὺς ἔχειν τὴν ψυχήν, ἵνα μὴ σαπῇ τὰ κρέα; de fin.* V 13,38 ut non inscite illud dictum uideatur in sue, animum illi pecudi datum pro sale ne putesceret *(ita Nonius p.* 161, putr~ *libri), Varro r. r.* II 4,10 *Plinius n. h.* VIII 207 11 prono ea *AHV* pnoea *B, cf p.* 208,8 12. 13 *in his* atque ... sollertia *interpolatoris manum sibi uidetur agnoscere c imitati illa* quae ... potuissent *p.* 339,17 *ss* 12 heę* *in ras rec* [*ft* æ] *A* ae *G, corr* hę *ut uid H* aeae *V;* *eaexe, N *cum ras ex* n *ut uid B* caparentur *pr V* 12. 13 *aut* capiuntur *aut* sine *requirit Heindorfius,* 'recte, *ut uidetur*' *ait m; mixtae ex duabus formis aequalibus orationis simile exemplum Latinum non praesto est, sed similiter certe Euripides scripsit Med.* 369 *δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαί ποτε εἰ μή τι κερδαίνουσαν, cum posset et μή τι κερδαίνουσαν et εἰ μή τι ἐκέρδαινον* 14 oſcineſ *ex* ~ne *B* augures *cf de diu.* I 53,120 *Ap. Claudius apud Festum p.* 197,8 *(fr.* 2 *Funai.)* 15 naſciſ Cimur, C *ex* ſ *ft pr A* nanciſſimur *pr B* 16 uſ *AHV* hiſ *B* et *add V, item & B*

similitudinem bellicae disciplinae et utamur domitis et condocefactis, ut elephantis, multaque ex earum corporibus remedia morbis et uulneribus eligamus, sicut ex quibusdam stirpibus et herbis, quarum utilitates longinqui temporis usu et periclitatione percepimus. Totam licet animis tamquam oculis lustrare terram mariaque omnia: cernes iam spatia frugifera atque inmensa camporum uestitusque densissimos montium, pecudum pastus, tum incredibili cursus maritimos 162 celeritate. Nec uero supra terram, sed etiam in intumis eius tenebris plurimarum rerum latet utilitas, quae ad usum hominum orta ab hominibus solis inuenitur.

65 Illud uero, quod uterque uestrum arripiet fortasse ad reprendendum, Cotta quia Carneades lubenter in Stoicos inuehebatur, Velleius quia nihil tam inridet Epicurus quam praedictionem rerum futurarum, mihi uidetur uel maxume confirmare deorum prudentia consuli rebus humanis. est enim profecto diuinatio, quae multis locis rebus 163 temporibus apparet cum in priuatis tum maxume publicis: multa cernunt haruspices multa augures prouident, multa oraclis declarantur multa uaticinationibus multa somniis multa portentis; quibus cognitis

---

1. 2 condoce factiſint elefantiſ *V* 3 eliciamus *dett Heindorfius tbc non necessario, nec oportet hoc cum illo quod est p.* 336,16 *ad eandem normam exigi* *AHVB*
3. 4 *Nonius p.* 219 periclitatio feminini. M. Tullius de deorum natura lib. II 'sicut ex ... percepimus'. *idem p.* 364 periculum experimentum ... M. Tullius de deorum natura lib. II 'sicut ex *(*lex *pars codicum, unde* sicuti ex *L. Muellero auctore Lindsayus)* ... percepimus' 3 surpibus *uel* sirpibus *Nonii plerique p.* 219 quorum *Nonius p.* 364 4 utilitatis *Nonius p.* 219, *eiusdem p.* 364 *plerique libri (*~tes *ex* ~tis *Harl, ex* ~tibus *Leid)* et *om Nonii pars codicum p.* 364 periclitatatione *B* percipimuſ *AHV, Nonii pars librorum p.* 364 7 *cl p.* 307,1 *conicias aliquid intercidisse ut fuerit uelut* montium, beluarum latibula siluestrium, pecudum pastus 8 uero tantum supra *Asc. bis praeterea sic Ciceronem scripsisse reperio (*III 25,63 *Lael.* 19,68*), similiter Liuium* XXVIII 11,14 *aliosque (*non ... sed ... quoque*); Graecos inferioris aetatis scripsisse οὐκ ... ἀλλὰ καὶ monuit Dauisius et Meinekius uindic. Strabon.* 66 *s* supra terram *scil. extat, cf* III 28,71 *(*suscipitur*) ad Att.* XIII 23,3 *(*doleo*) Maduigius de fin.* II 27,88 (fruitur) *Terent. Andr.* 624 *Nep. Hann.* 8,2 *Aem. Thomas philol. suppl.* VIII 216 *Leo ad Plaut. Pseud.* 575 *Vahlenus relat. acad. Berol.* 1905,771 10 ſoli*ſ *ex* ſoluſ *B* 13 inridit *A, corr* ~et *B* irridit *corr* ~et *V* inridet *H recte ut opinor, quamquam Diomedes* I *p.* 383,7 *K. ueteres* ridunt, *M. Brutum* inridunt *scripsisse affirmat. cf de diu.* I 3,5 praedicationem *AGVB, pr H*
14 deorū *rursus incipit P* deo^{4} *cum ras ex* duo^{4} *B* prudentia *corr* ^{ui}prod~ *V tbmc; cf p.* 286,6 15. 16 in *del mc, idem ante* publicis *add dett Rom tb melius quam illi sed certe non necessario, cf p.* 102,9 *Brut.* 48,178 in causis publicis nihil, priuatis satis ueterator uidebatur *(ibique Krollius). sed uereor ne post* priuatis *addendum sit* rebus*; nam quod scribit diuinationem multis rebus apparere, non dicit opinor res ad quas pertineat aut publicas aut priuatas, sed res ex quibus diuinatio fiat, quas deinde deinceps commemorat. idem uidetur Heindorfius sensisse, cui pro* rebus *illo quod traditum est* et *scribenti non adsentietur qui aut Varronianae antiquitatum partitionis meminerit aut eorum quae scripsi p.* 306,16 17 praeuident *Ven; cf p.* 263,5 *de diu.* I 30,63 *AHPVB*

multae saepe res *ex* hominum sententia atque utilitate partae, multa etiam pericula depulsa sunt. haec igitur siue uis siue ars siue natura ad scientiam rerum futurarum homini profecto est nec ali cuiquam a dis inmortalibus data.

Quae si singula uos forte non mouent, uniuersa certe tamen inter se conexa atque coniuncta mouere debebant.

Nec uero uniuerso generi hominum solum sed etiam singulis a 164
dis immortalibus consuli et prouideri solet. Licet enim contrahere uniuersitatem generis humani eamque gradatim ad pauciores postremo deducere ad singulos. nam si omnibus hominibus, qui ubique sunt 66
quacumque in ora ac parte terrarum ab huiusce terrae quam nos incolimus continuatione distantium, deos consulere censemus ob has causas quas ante diximus, his quoque hominibus consulunt qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt. sin autem consu- 165
lunt qui quasi magnam quandam insulam incolunt quam nos orbem terrae uocamus, etiam illis consulunt qui partes eius insulae tenent Europam Asiam Africam. ergo et earum partes diligunt ut Romam Athenas Spartam Rhodum, et earum urbium separatim ab uniuersis singulos diligunt, ut Pyrrhi bello Curium Fabricium Coruncanium, primo Punico Calatinum Duellium Metellum Lutatium, secundo Maxumum Marcellum Africanum, post hos Paulum Gracchum Catonem, patrumue memoria Scipionem Laelium; multosque praeterea et

---

AHPVB 1 ex *add dett Rom*, ex animi sententia atque utilitates *(hoc cum Marso) Lambinus; cf epist.* XI 11,2 ex tua uoluntate reique p. commodo fiant, *pro Caec.* 7,20 ex utriusque commodo ∗utılıtate *A* 2 *primum* siue *del Guil. Friedrich nou. ann.* CXXVII *(1883)* 425 *aegre ferens rem ipsam cum partibus suis (cf de diu.* I 6,11 *s) pariter positam* ſiue ars ſiue uıſ *H* ſiuarſ∗ſiue, e *supra add pr ut uid* [ı] ſı *add ft pr A* 3 ad *ex* ac *ut uid A* alıcuı quā, *in intercolumnio add* ab alıo *V* 5 mouent, u *in ras rec A* mobent *pr V* tamex· *ex* tā *B; utrum uerius sit potest ambigi, cf p.* 305,24 *de orat.* III 6,22 *de sen.* 23,84 6 ıuncta *H* debebunt *Hm ft recte* debeant *P* debebaſ *V* ∾bant *B* debent *Strelitzius ind. philol.* XI 306 7 *ss cf de diu.* I 51,117 *(p.* 260*) Min. Fel.* 18,3 9 paucıoreſ, ı *rad ex* l *A* 12 deſtancıum *A, corr* dȷſ∾ *B* deſtantıum *corr* dıſ∾ *V* obaſ *(corr manu insolita) A* obhaſ *HPB, ex* ob aſ *V* ob eas *Manutius tbmc; cf p.* 160,9 13. 14 quıaſ *et* terraab *pr ut uid A* 14 si *Boherius; cf p.* 367,5 *Vahlenus de leg. p.* 52,7 *et m* 15 consulunt illis *dett Rom* ∾iis *dett Asc* iis c. *t* his c. *Ald bmc; cf p.* 163,15 *post red. in sen.* 11,27 ut agerentur gratiae qui e municipiis uenissent, *epist.* III 6,3 *ἡ σύμπασα (οἰκουμένη) μία νῆσος de mundo* 3. 392*b* 21 quam *cf p.* 309,4 17. 18 romā ∗athenaſ *ex* roma mathena *B* 18 ſeparatı *A* 19 diligunt *del b; cf p.* 333,14 phırrı *P* phỹrḥı *ex* onırhı *ut uid B* corūcanıū *HB* 20 punıco, p *ft ex* o, c *cum ras ex* t *an* ſ *B* 21 africanō∗poſt [p *ut uid, certe non* ſ] *B* 22 memorıā *B*

nostra ciuitas et Graecia tulit singulares uiros, quorum neminem 166
nisi iuuante deo talem fuisse credendum est. quae ratio poetas maxumeque Homerum inpulit ut principibus heroum Vlixi Diomedi Agamemnoni Achilli certos deos discriminum et periculorum comites adiungeret. praeterea ipsorum deorum saepe praesentiae quales supra commemoraui declarant ab is et [in] ciuitatibus et singulis hominibus consuli. quod quidem intellegitur etiam significationibus rerum futurarum, quae tum dormientibus tum uigilantibus portenduntur; multa praeterea ostentis multa in extis admonemur multisque rebus aliis, quas diuturnus usus ita notauit ut artem diuinationis efficeret. 167
nemo igitur uir magnus sine aliquo adflatu diuino umquam fuit. Nec uero ita refellendum est ut, si segetibus aut uinetis cuiuspiam tempestas nocuerit aut si quid e uitae commodis casus abstulerit, eum cui quid horum acciderit aut inuisum deo aut neglectum a deo iudicemus. magna di curant, parua neglegunt. magnis autem uiris prosperae semper omnes res, si quidem satis a nostris et a principe philosophiae Socrate dictum est de ubertatibus uirtutis et copiis.

---

1 ujroſ *ex* ueroſ *V* 3 hero hum *A* hero hum *V;* heroum∗∗ulıxı·, u *AHPVB et duae priores hastae litterae* m *add, tertia in ras,* XI· *in ras* III *uel* IV *litt B* 3. 4 dıo_medıı agamẽ∗nonı [*hasta ut uid*] *V;* agamem nonı∗∗∗acıllı [nıa *ut uid*] *B* 5—10 'praeterea ipsorum . . . artem diuinationis efficeret *ab hoc loco aliena uidentur, desumpta ex praecedentibus § 162 sq.' t, nec potest negari breuius quam subtilius a Cicerone haec esse scripta, quae debebant referri ad singulos homines, quod nunc in deorum praesentiis quodam modo significatur, in ceteris rebus non item* 5 prę∗ſentıae *ex* preſſ∾ *B* ſup *corr* ſup *B. uide p.* 262,8 6 ıſ *A* ıſ *HV* híſſ *G* hıſ *PB* ın *AP* ịn *VB, om H (anticipatum ut opinor ex* ETSING∾*)* 8 ꝑtendunt *P* portendunt *cum ras ex* perdentunt *B* 9 in *om dett Rom tbmc, quod uereor ne consulto posuerit, si quidem ostentis admonemur ipsis, non admonemur ipsis extis sed iis quae in extis apparent; nec obstat quod signa fieri in ostentis scripsit de diu.* I 52,118 *ut in extis* ex ∗tıſ [ſ *ut uid*] *B* centıſ *pr H* cetıſ *G* 11 adſtatu *H* adflato, v *add pr ut uid, B* 12 id ita *Heindorfio auctore Schuetzius tbmc. at quod modo dixit de magnis uiris, id ne potest quidem ea ratione refelli quae sequitur, potest illud, singulis consuli a dis; itaque* refellendum *absolute ponit quasi dicat* nec illa ratione in refellendo utendum est*; apparetque nec Maduigium recte scribere non agi de refellendo, nec c recte illa* magnis autem . . . copiis *u.* 15—17 *transposuisse post* fuit *u.* 11 ſı∗ [ſ] *B* 13 e utę, e *in ras* II *uel* III *litt et* I *add rec A* e uıtae *V* e uıtae, a *in ras B* cōmodıſ *ex* cōmotıſ *uel* com∾ *B* 14 neg glectū *B* 15 ∗Judıcem [d *an* q] J *ex* I *B* magna∗ [m *ut uid*] *A cf* III 35,86. 37,90 16 *post* proſpere *(sic etiam GB) add rec* euent *sic V* 16. 17 *anonymus de politica scientia* V 15 *(Maii script. uet. nou. coll.* II 608, *cf Brinkmannus mus. Rhen.* LX 630*)* *εὖ γὰρ ὀνομάζει Κικέρων Σωκράτη ἀρχηγὸν καί, ἵνα πλέον ῥωμαΐσω καὶ αὐτός, πρίγκιπα τῆς ὅλης καὶ ἀληθοῦς φιλοσοφίας ἐπικαλῶν, quod quidem ex rei publicae potius libris quam hinc aut ex Tusc.* V 16,47 *aut de orat.* III 16,60 *ductum esse recte scribit editor* 17 fılоſo fılıae *B* dıgnū *pr B. cf Plut. apol.* 41 *D*

Haec mihi fere in mentem ueniebant quae dicenda putarem de 67 168
natura deorum. tu autem Cotta si me audias eandem causam agas teque et principem ciuem et pontificem esse cogites et, quoniam in utramque partem uobis licet disputare, hanc potius sumas eamque facultatem disserendi, quam tibi a rhetoricis exercitationibus acceptam amplificauit Academia, potius huc conferas. mala enim et impia consuetudo est contra deos disputandi, siue ex animo id fit siue simulate.»

AHPVB 1 dicendautarē *pr B* *de, d *in ras V* 2 eundem *pr V* 3 ciuē puteſ· & *P* 4 uouiſ *corr* uobiſ *AB, corr* quouiſ, *supra add rec* ł uob *V* deſpu^{ta}ræ *pr ut uid A* deſputare *B, corr* ~rj, *supra* j *add rec* ł e *V* 5 arche-toriciſ *A* acceptam *inuitus om tb* 6 academi*a [c] *B* potiuſ *ex* put~ *V* &*jmpia *ex* &iampia *V* etiā*pia, tia *in ras pr P* etiam pia *A* &iā~ *B* 7 contraeoſ *pr B* di^{ſ}putandi, ſ *add pr,* ~di *ex* t *B* 8 *post* ſimulate *in AB sequitur rasura usque ad medium uersum proximum patens; agnoscebam in A* quę cum balbuſ di|xiſſet tum ..... denſ cotta *(p.* 345,2*), in B* quae cū bal buſ dixiſſ& ..... *sequitur subscriptio* M̄ TULLII *(T in ras II litt)* CICERO NIS DEDE|ORUM NATURA EXPI*1'; II̅: IN-CPIT ;, ·III ;, *reliqua pars uersus uacua* | *A* M̄ TULLI CICERONIS DEDE|ORUM NATURA EXPLICITUS LIB· II· INCIPIT LIB· III | *B. in V post* |ſimulate *reliqua pars uersus rasa est (prima littera fuit* q*), sequitur* M· TULLII CICERONIS · DE DEORŪ *(hic uersus in ras praeter* M· *et* RŪ*)* |NATURA LIB̅ II EXPLICIT· | *uersus uacuus* | INCIPIT LIB̅ III· | — | Finit scđs Liber mdrci·.tullíí· ciceroniſ. de ndta̅ | deo4. Jncipit liber tercio | *G. subscriptione et inscriptione caret H et nunc quidem P, in quo proxima interciderunt*

LIBER III

1 1 Quae cum Balbus dixisset, tum adridens Cotta «Sero» inquit «mihi Balbe praecipis quid defendam. ego enim te disputante quid contra dicerem mecum ipse meditabar, neque tam refellendi tui causa quam ea quae minus intellegebam requirendi. cum autem suo cuique iudicio sit utendum, difficile factu est me id sentire quod tu uelis.»

2 Hic Velleius «Nescis» inquit «quanta cum expectatione Cotta sim te auditurus. iucundus enim Balbo nostro sermo tuus contra Epicurum fuit; praebebo igitur ego me tibi uicissim attentum contra Stoicos auditorem. spero enim te ut soles bene paratum uenire.»

3 Tum Cotta «Sic mehercule» inquit «Vellei; neque enim mihi par ratio cum Lucilio est ac tecum fuit.»

«Qui tandem» inquit ille.

«Quia mihi uidetur Epicurus uester de dis immortalibus non magnopere pugnare: tantum modo negare deos esse non audet, ne quid inuidiae subeat aut criminis; cum uero deos nihil agere nihil curare confirmat membrisque humanis esse praeditos sed eorum membrorum usum nullum habere, ludere uidetur satisque putare si
4 dixerit esse quandam beatam naturam et aeternam. a Balbo autem

---

de diu. I 5,8 «Perlegi» ille *(Q. Cicero)* inquit «tuum paulo ante tertium de natura deorum, in quo disputatio Cottae quamquam labefactauit sententiam meam non funditus tamen sustulit». «Optime uero» inquam; «etenim ipse Cotta sic disputat ut Stoicorum magis argumenta confutet quam hominum deleat religionem». Tum Quintus «Dicitur quidem istuc» inquit «a Cotta et quidem saepius . . . sed studio contra Stoicos disserendi deos mihi uidetur funditus tollere. *Lactantius diu. inst.* I 17,4 totus liber tertius de natura deorum omnes funditus religiones euertit ac delet; *idem de ira Dei* 11,9 *(cf p.* 371,2 *ss). Macrobius Sat.* I 1,4 Cottae . . . amplissimis de rebus quoad Romanae litterae erunt in ueterum libris disputabunt

5 quā *add B* 6 iudicioſit *ex* ~ſi *B* factum *AH* ~ů *V* meid *ex* *AHVB* ineid *B* med *pr A* quo *pr B* 8 neſciſ, c *rad ex* t *A* 10 fuit *add B. cf p.* 260,10 *ss* 11 uenire *quasi denuo conuenerint, cf p.* 295,10*; apparet prima Cottae in hoc libro uerba mutato consilio esse scripta* 12 sic me *Handius ad Wopkensii lect. Tull.* 171 *t* sic est me *Lambinus* ſi^{me}*** [*ft* t, m *ut uid,* e] *A* Sine me *H* ſime *VB; cf Maduigius de fin.* III 2,9 uellei.n*eq; *ex* uelleinaeq; *(in paene uid esse* m*) A* uelle i.n e̥q· *V* enī*mihi [p̥] *B*

13 paratio *pr, corr ft pr AB* 15 quia] quam *V* 16—20 *cf p.* 257,9 *ss* 17 inui* diae [a] *A* 20 & *add B*

animaduertisti credo quam multa dicta sint quamque etiam si minus uera tamen apta inter se et cohaerentia. itaque cogito ut dixi non tam refellere eius orationem quam ea quae minus intellexi requirere. quare Balbe tibi permitto, responderene mihi malis de singulis rebus quaerenti ex te ea quae parum accepi an uniuersam audire orationem meam.»

Tum Balbus: «Ego uero si quid explanari tibi uoles respondere malo, sin me interrogare non tam intellegendi causa quam refellendi, utrum uoles faciam, uel ad singula quae requires statim respondebo uel cum peroraris ad omnia.»

Tum Cotta «Optime» inquit; «quam ob rem sic agamus ut nos 5
ipsa ducit oratio. Sed ante quam de re, pauca de me. non enim 2
mediocriter moueor auctoritate tua Balbe orationeque ea quae me in perorando cohortabatur ut meminissem me et Cottam esse et pontificem; quod eo credo ualebat, ut opiniones, quas a maioribus accepimus de dis immortalibus, sacra caerimonias religionesque defenderem. ego uero eas defendam semper semperque defendi, nec me ex ea opinione, quam a maioribus accepi de cultu deorum inmortalium, ullius umquam oratio aut docti aut indocti mouebit. sed cum de religione agitur, T. Coruncanium P. Scipionem P. Scaeuolam pontifices maximos, non Zenonem aut Cleanthen aut Chrysippum sequor, habeoque C. Laelium augurem eundemque sapientem quem potius audiam dicentem de religione in illa oratione nobili quam quemquam

---

AHVB 2 dixi *p.* 345,4 5 paruam *supra add rec* parauerā *A* parua *H* ~aṃ *V* accipe *corr* accepȷ *sed illud rad restitutum A.* 'scr. cepi *aut potius* percepi' *Maduigius apud t; uide de diu.* I 10,16 *thes. l. L.* I 308,36 *ss* 8 ſin *AG* Sin* *H* ſi *VB* 8. 9 intellegi utrum *corr* intellegen. utrum, *in mg* ·/. cauſa quā refellendi *A* 9. 10 reſpondebo utnoſ ipſaducit uelcum *A, cf u.* 11 *s* 11 tum *ex* cum *B* 12 ducit *(cf ad u. 9 s)*] ducet *dett Heindorfio auctore Schuetzius tbmc; cf p.* 258,7 *Muellerus de off.* (1882) *p.* 66,8 quādere| *ex* quam re| *B* 13. 14 me*in per orando [i] in *rad ex* m *B* 14 hortabatur [a] *A. p.* 344,3 memini ſēme *ex* ~ſime *A* 15 ego *B* 16 religioniſq; *A, corr* ~eſq; *B, supra* ni *add rec* t e *V* 17 ſemper·ſemp-|-que *ex* ſemper| que *A* 19 .uſ.um-quam, ulli *add pr,* m *prior corr* ſ *sed rad restituta A* utindocti *B* mouebit *cum ras ex* inou~ *A* 20 T. coruncaniū, T *maximam partem in margine, a qua* c *unius litterae spatio distat, ut nec* T. *primitus fuisse uideatur nec ueri simile sit nihil antea fuisse (suspicor olim fuisse* tcor~, *deinde* t *erasa siue pr siue a correctore scriptum* T.*) B* ·T· *add A, om HV.* Ti. *Manutius tbmc; cf p.* 255,1 quorum canium *AG* corun-canū *V* ·p· ſcipionem, c *red uid,* i *prior in ras A* .p.ſcipionē *puncta add,* p *uid primitus fuisse, item in* .p.ſceuolam *V. cf de orat.* III 33,134 *de sen.* 14,50 21 non *add B* 22 ·c·lelium *B, ex* clelium *V* *clelium [c *ut uid*] c *in ras A* glelū *G* *l~ [*ft* g] *H* 23 relegione, eg *ex* ig *V;* relegioneȷnilla *ex* ~nemilla *A* oratione *de collegiis, cf p.* 365,3 *de re p.* VI 2 *Brut.* 21,83 *Lael.* 25,96

principem Stoicorum. cumque omnis populi R. religio in sacra et in auspicia diuisa sit, tertium adiunctum sit si quid praedictionis causa ex portentis et monstris Sibyllae interpretes haruspicesue monuerunt, harum ego religionum nullam umquam contemnendam putaui mihique ita persuasi, Romulum auspiciis Numam sacris constitutis fundamenta iecisse nostrae ciuitatis, quae numquam profecto sine summa placatione deorum inmortalium tanta esse potuisset. 6 Habes Balbe quid Cotta quid pontifex sentiat: fac nunc ego intellegam tu quid sentias; a te enim philosopho rationem accipere debeo religionis, maioribus autem nostris etiam nulla ratione reddita credere.»

3 Tum Balbus «Quam igitur a me rationem» inquit «Cotta desideras?»

Et ille «Quadripertita» inquit «fuit diuisio tua, primum ut uelles docere deos esse, deinde quales essent, tum ab is mundum regi, postremo consulere eos rebus humanis. haec, si recte memini, partitio fuit.»

«Rectissume» inquit Balbus; «sed expecto quid requiras.»

7 Tum Cotta «Primum quidque uideamus» inquit, «et si id est primum, quod inter omnis nisi admodum impios conuenit, mihi quidem ex animo exuri non potest, esse deos, id tamen ipsum, quod mihi persuasum est auctoritate maiorum, cur ita sit nihil tu me doces.»

«Quid est» inquit Balbus, «si tibi persuasum est, cur a me uelis discere?»

---

1 principem *cf p.* 285,17 oīm̄ſ *ex* oīm̄ſ *B* in *om H* 2 in *om AHVB dett Rom Ven; cf Stroebelius Tullian.* 27 *s* oſpicia *A* ~tia *pr V* 3 ṁonſ|ſtriſ, ſ *media add, in mg* t ṁonitiſ *V* 4 ergo *HB* nullū *A* 5 aut ſpiciſ *A* hauſp~ *H* 6 fundamenta ieciſ ſenr̄ae ciuitatiſ *in mg A* ꝑfecto* *ex* ~tum *B* 7 placlatione *A* eſ*ſe [e *ut uid*] *B* potuisset *dett Ven* potuiſſent *AHVB* 8—10 *Lactantius diu. inst.* II 6,8 denique aput Ciceronem sic dicit Cotta Lucilio 'habes . . . credere'. si credis, cur ergo rationem requiris, quae potest efficere ne credas; sin rationem quaerendam putas, ergo non credis 8 ego *dett Rom cum Lactantio* ergo *AHVB* 9 quid tu *dett Rom Ven cum Lactantio* atenī *pr B* 9. 10 religionis accipere debeo *Lactantius* 11 ratione *ex* ~e *B* 13 quadri-ptita, p *ft ex* p *V. cf p.* 261,1 13—15 primum *u.* 18 *ss,* deinde *p.* 353,12 *ss,* tum *p.* 380,1 *ss,* postremo *p.* 381,8 *ss* 13 uelleſ *ex* ~iſ *B* 14 iſ *pr B* iiſ *AHV* hiiſ *G* 17 *inde a* balbuſ *rursus praesto est P* 19 *periodum quae sequitur AHPVB rectius quam Schoemannus opusc.* III 343 *enarrat Boherius c* 20 eximi *Iacobus Pelletier Cenomanensis a Boherio laudatus tb* excuti 'alii' *a Lambino commemorati m* erui *Walkero auctore Schuetzius.* exuri *recte tutantur Dauisius et c cl Dione Chrys.* 4,32 *καὶ οὐδεὶς ἂν αὐτόν τι τούτων (τῶν τῆς παιδείας) ἀφέλοιτο οὔτε καιρὸς οὔτε ἄνθρωπος σοφιστής, ἀλλ' οὐδ' ἂν πυρί τις ἐκκαῦσαι βουλόμενος, et habent Latini non numquam exurendi uerbum uel a re medica uel ab agri cultura ad mores translatum atque inurendi a notis maleficorum similiter* 21 ꝑ uaſum *pr AV (corr rec V)* auctoritate* *AV* 23 ēcur|a me *ex* ē|me *B*

Tum Cotta «Quia sic adgredior» inquit «ad hanc disputationem quasi nihil umquam audierim de dis immortalibus nihil cogitauerim; rudem me et integrum discipulum accipe et ea quae requiro doce.»

«Dic igitur» inquit «quid requiras.» 8

«Egone? primum illud, cur, quom [perspicuum in] istam partem ne egere quidem oratione dixisses, quod esset perspicuum et inter omnis constaret *deos esse*, de eo ipso tam multa dixeris.»

«Quia te quoque» inquit «animaduerti Cotta saepe cum in foro diceres quam plurimis posses argumentis onerare iudicem, si modo eam facultatem tibi daret causa. atque hoc idem et philosophi faciunt et ego ut potui feci. tu autem quod quaeris similiter facis ac si me roges cur te duobus contuear oculis et non altero coniueam, cum idem uno adsequi possim.»

Tum Cotta «Quam simile istud sit» inquit «tu uideris. nam ego neque in causis, si quid est euidens de quo inter omnis conueniat, argumentari soleo (perspicuitas enim argumentatione eleuatur), nec si id facerem in causis forensibus idem facerem in hac subtilitate sermonis. cur coniueres autem altero oculo causa non esset, cum idem obtutus esset amborum et cum rerum natura, quam tu sapientem 4 9

AHPVB 1 ad *om B* 3 requıro *ex* ~re *B* 4. 5 requıraſ*egone *ex* ~ra ſegone *ut uid A* 5 ıllud* *ex* ıllum *B* quod *AHVB* qd *cum ras corr pr* qđ *P* qui id *Asc* II; *conseruato* quod *illa* perspicuum in istam partem *del Dauisius b, et* perspicuum *quidem iam Lambinus, quod illatum apparet e u.* 6, istam partem *autem unde nata putemus nemo dixit; melius igitur* quod in ista partitione *Heindorfio auctore tmc. tamen cum* istam partem *recte scripta uel illa doceant p.* 261,8. 271,12, quom *scripsi cum Forchhammero p.* 52, ın *ratus ortum ex tali scriptura* quod; *sed* perspicuum *et* de eo ipso *ut haberent quo referrentur, u.* 7 deos esse *addidi, ut oratio iam similis sit illi p.* 271,11 *ss; cf p.* 347,20. 349,14. 356,6 *de diu.* I 30,64 *ex.* 46,104 *ex.* II 16,36 *Tusc.* I 37,90 *in. al.* 6 ēđ *** [eſt] *B* ē *AP* eſt, *in intercolumnio* / ēēt *V & H, unde* quod et perspicuum esset *Maduigius apud t* 7 deos esse *cf ad u.* 5 de eo] deo *pr B* 8 ınforo *ex* ~fero *B* 9 plurımȷſ *ex* ~meſ *B* poſſıſ *AHPB, pr V* oné*rare [t] *B* 11 quıd *pr F* qui id *dett Rom tbm* quom id *Sorofius 'Berl. philol. Wochenschr.' 1889,181; codicum lectionem teneo cum Forchhammero p.* 25 *et c sed dubitans an leui ἀνακολουθίᾳ* similiter facis *scriptum dicam pro* simile est, *leuiore quidem quam de harusp. resp.* 14,31 *(30)* agatur modo haec res, quod ex eo s. c. quod nuper est factum referri ad uos *(rectius erat* fieri*)* necesse est *aut infra p.* 363,14 *s* 12 coniueam *Maduigio auctore t* ctuear *HPVB;* contue-ar.cum *A; cf u.* 18 *p.* 332,1 15 ın *add B* 16 argumentari . . enim *om H* perſpıcuıt**aſ [at?] *B* ęleuatur *V* leuat *B, et utrumque Tullianum est* 17 ſubtılıtate *cum ras ex* ſupt~ *V, item sed* ~te* *B* 18 coniueres *Maduigio auctore t* contuereſ *AHP, corr* ~reſ *B* contuereſ [*puncta*] *V; cf u.* 12 19 ēēt *ex* ēē *V; cf p.* 275,12 cūrerū, cū *ex* cu, re *et pars alterius* r *in ras paulo ampliore A* 19 *s* ſapıente—meſ eunſ *A* ſapıentē|*ēe **unſ *tertia* e *in ras, ibidem lineola add, fuit* ſapıente|me ſeunſ *V* ſapıenteam ēē unſ, e *altera ex* ı *B. cf p.* 276,16

esse uis, duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere uoluisset. sed quia non confidebas tam esse id perspicuum quam tu uelis, propterea multis argumentis deos esse docere uoluisti. mihi enim unum sat erat, ita nobis maioris nostros tradidisse. sed tu auctoritates contemnis, ratione pugnas; patere igitur rationem meam cum tua ratione contendere. 5

Adfers haec omnia argumenta cur dii sint, remque mea sententia minime dubiam argumentando dubiam facis; mandaui enim memoriae non numerum solum sed etiam ordinem argumentorum tuorum. Primum fuit, cum caelum suspexissemus statim nos intellegere esse aliquod numen quo haec regantur. ex hoc illud etiam 'aspice hoc sublime candens quem inuocant omnes Iouem': quasi uero quisquam nostrum istum potius quam Capitolinum Iouem appellet, aut hoc perspicuum sit constetque inter omnes, eos esse deos quos tibi Velleius multique praeterea ne animantis quidem esse concedant. Graue etiam argumentum tibi uidebatur, quod opinio de dis inmortalibus et omnium esset et cottidie cresceret: placet igitur tantas res opinione stultorum iudicari, uobis praesertim qui illos insanos esse dicatis? 'At enim praesentis uidemus deos, ut apud Regillum Postumius, in Salaria Vatinius' — nescio quid etiam de Locrorum apud Sagram proelio: quos igitur tu Tyndaridas appellabas id est homines homine natos, et quos Homerus qui recens ab illorum aetate fuit sepultos esse dicit Lacedaemone, eos tu quom canteriis albis

---

1 lumina *quasi fenestras, cf Tusc.* I 20,46 3 uellıſ *B* uelles *Ernestus tbmc; cf p.* 105,15 4 maıorıſ *AB, supra* ı *add rec* ŧ e *V* ~reſ *HP tbmc; cf Charisius* I *p.* 137,27 *K.* 'maioreis' Cicero, ut Plinius ... notat 5 me meam *inutiliter c* 6 cuum, c *in ras A* q̊uum *V* quā *P* 7 ſı*nt *ex* ſunt *B* 8 arguīntando *sic fere primitus, quod quid sibi uelit nescio A* arguīntande *pr V* 10 primum *p.* 261,9 11 regerentur *dett Heindorfius deteriore numero; cf u.* 3 *p.* 261,11 12 *uide p.* 261,12; sublimen *tb* cadenſ *GPV, pr A* 13 capıtolınū *B* 15 ueleıuſ *A* 16 graue* [m] *A* ~eṃ I~ *B* *cf p.* 261,19. 262,7 19 *ȧtenī, ȧt *in ras*, enī *add B. cf p.* 262,8 *ss* praeſenteſ *ex* praeſerıtıſ *A* pr̥eſertıſ *(*ę *ex* e*), *in my rec* p̄ſentıſ *V* uidimus *dett Heindorfius, cf p.* 262,9 reg,lılum *rec (*lı *ex* u *pr) A* regılium *V, cf p.* 350,3 20 Vatinius *Heindorfius* uatıenuſ *AHPVB, cf p.* 350,1. 2. 12. 262,13 locrorum *ex* luc~ *B* 21 ſacrā *BHP, corr* ſagrā *AV, cf p.* 350,12. 14. 262,18 tutȷ ndarıdaſ, ȷ *ex* ı *A* tutẏ ndarıdaſ *ex* ~deſ *pr ut uid V* tu tyndarı̇daſ *sic fere B, quae mihi maculae uisae sunt, cum Schwenkius primo* ~redaſ *fuisse scripserit. p.* 262,12 21. 22 ıdeſt nou homınes homıne *prior* h *ex* n *B* 22 Homerus *Il.* III 243 *s, cf Lactantius diu. inst.* I 10,6 23 tu quom *scripsi (cf p.* 262,14*)* tu quā *B tbmc* tu quae *AH* tūq; *G* tuqↄ *P* tuq| *ut uid corr* ~q;| *V* tu Quinte *ci t, at praenomine Balbus nusquam appellatur* cantharuſ, e *add pr, P* cantheruſ *B.* equis *p.* 262,14 aluſ *A, corr* albıſ *V* alıuſ *H* abhıſ *B*

nullis calonibus obuiam Vatinio uenisse existimas et uictoriam p. R. Vatinio potius homini rustico quam M. Catoni qui tum erat princeps nuntiauisse? ergo et illud, in silice quod hodie apparet apud Regillum tamquam uestigium ungulae, Castoris equi credis esse? nonne 12
mauis illud credere quod probari potest, animos praeclarorum hominum, quales isti Tyndaridae fuerunt, diuinos esse et aeternos, quam eos qui semel cremati essent equitare et in acie pugnare potuisse; aut si hoc fieri potuisse dicis, doceas oportet quo modo, nec fabellas aniles proferas.»

Tum Lucilius «An tibi» inquit «fabellae uidentur? nonne *ab* 13 Aulo Postumio aedem Castori et Polluci in foro dedicatam, nonne senatus consultum de Vatinio uides? nam de Sagra Graecorum etiam est uolgare prouerbium, qui quae adfirmant certiora esse dicunt quam illa quae apud Sagram. his igitur auctoritatibus nonne debes moueri?»

Tum Cotta «Rumoribus» inquit «mecum pugnas Balbe, ego autem a te rationes requiro *

*

17 *secuntur quae futura sunt; effugere enim nemo id potest quod 6 14
futurum est. saepe autem ne utile quidem est scire quid futurum

AHPVB 1 Vatinio *Heindorfius* uatıeno *AHPVB, cf p.* 349,20 exıſtımaſ*et *A* ~maſ*& [ſ] *B* 2 Vatinio *Heindorfius* uatıeno *AHPVB, cf p.* 349,20 ꝙuam·m̃· *ex* quamm *A* quam ·m· *ex* quam m *ut uid V* 3 nunCıauiſſe, C *add B* etiam illud *b, uide Vahlenum de leg. p.* 35,1 ın/ſi_hıcæ*, æ *ex* a *V* regılıum *APV, cf p.* 349,19 4 equı *add A* credıſ|*ẽ*ẽ *ex* credı|ſeſe, *lineolae add rec V* credıdı ſeſe *A* credıdıſſe *HP* credıſſeſ ſẹ *B* 5 mauȷſ *ex* maıuſ *VG;* mauıllud, ıu *an* uı *uoluerit ambiguum,* ı *posterior rad ex* l, *omnia pr B* probarı, ı *in ras ex* e *A* 6 qualeſ* [t] *V* e&& *ex* e& *B* 8 potuıſſe* *ex* ~ſſ& *B* modŏ, ~o *red A* 10 ab *add dett Ven, nec uidetur in hac forma sententiae recte dubitari* 11 poſt|tumıo *A* foro *ex* fero *B* 12 uatıeno *P* uatı͡nıo *B, cf p.* 349,20 ſacra *AHP, cum ras corr* ſacrſ *B* ſagrā*, g *ex* c *V, cf p.* 349,21 13 ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ *paroemiographi aliique, etiam Photius lex. p.* 73,25 *Reitz.* 14 ſagram *V, ex* ſacram *pr A* ſacrā *HP,* ſ *cum ras ex* r *ut uid pr B, cf p.* 349,21 16. 17 ratıoneſ requıro ſecunt̃ *(in mg notis Tironianis* hic dimissum est*) B* ratıoneſ *(spatium uacuum* IV *litt)* | recuntur *corr* ~|reꝯ~ *(in mg eaedem notae) A* ratıoneſ requıro · ſecunt̃ *P* ratıoneſ; ſecuntur *corr* ~ſeq̃untur, *in mg* /· requıro; *V.* requiro *om etiam H tb, quod facillime intercidere potuit et ft in illo ipso* recuntur *(A) latet (cf Lactantius ad p.* 347,8 *ss). quae perierunt fere perspici licet qualia fuerint. debuit enim Cotta dicere cur ea, quae templi dedicatio et senatus consultum uideretur testari, rumoribus adscriberet; deinde ad praedictiones praesensionesque rerum futurarum (p.* 263,3. 352,3*) transiit; nam Faunorum uoces (p.* 262,20*) infra commemorat p.* 351,18. *sed ad illam particulam, quae fuit de diuinatione, non his ipsis uerbis* secuntur quae futura sunt *potuisse transitum fieri ut res docet ita significatum est ab Heindorfio et c; idemque intellexit (et nuper Croppus p.* 23 *s) ex eo argumento illa* secuntur quae futura sunt *superesse quod est de diu.* II 8,20 *s; fuerit igitur fere* quid ergo adiuuat diuinatio, si fati necessitate ex praeteritis secuntur quae futura sunt 18 furū *pr V* saepe *eqs cf de diu.* II 9,22

sit; miserum est enim nihil proficientem angi nec habere ne spei quidem extremum et tamen commune solacium; praesertim cum uos idem fato fieri dicatis omnia, quod autem semper ex omni aeternitate uerum fuerit id esse fatum: quid igitur iuuat aut quid adfert ad cauendum scire aliquid futurum, cum id certe futurum sit. Vnde porro 5
ista diuinatio, quis inuenit fissum iecoris, quis cornicis cantum notauit quis sortis; quibus ego credo, nec possum Atti Naui quem commemorabas lituum contemnere, sed qui ista intellecta sint a philosophis debeo discere, praesertim cum plurimis de rebus diuini isti
15 mentiantur. 'At medici quoque' (ita enim dicebas) 'saepe falluntur'. 10
Quid simile medicina cuius ego rationem uideo et diuinatio quae unde oriatur non intellego? Tu autem etiam Deciorum deuotionibus placatos deos esse censes. Quae fuit eorum tanta iniquitas, ut placari p. R. non possent nisi uiri tales occidissent? consilium illud imperatorium fuit, quod Graeci στρατήγημα appellant, sed eorum 15
imperatorum qui patriae consulerent uitae non parcerent; rebantur enim fore ut exercitus imperatorem equo incitato se in hostem inmittentem persequeretur, id quod euenit. Nam Fauni uocem equidem numquam audiui; tibi si audiuisse te dicis credam, etsi Faunus om-
7 nino quid sit nescio. Non igitur adhuc, quantum quidem in te est 20
Balbe, intellego deos esse; quos equidem credo esse, sed nil docent Stoici.

2 tamen *B* commune* [m] *A* ~em *V* ~ẽ* *B* 3. 4 *cf de diu.* *AHPVB* I 55,125 *de fato* 10,21 *al.* 3 ſẽper, ē *ex* e *B* omnıa *AG, pr V* ~ı* [a] *BH* 4 fuerıt *deſſe|*fatum [ı *ut uid,* e*?*] *A* quȷd *prius ex* quod *A* 4 *s cf de diu.* II 8,20 5 alıquod *V* 5 *ss cf de diu.* II 38,80 *(*6,16*)* 7 quı fortıſ *pr B* nauı *HPB, corr* ~ıȷ *V* ~ı*, ı *red* [ı] *sic nisi fallor A* 8 commorabaſ *AH, pr (corr rec) V. p.* 264,7 ıntellecta, *in intercolumnio* ł intelle-|genda *V* sint *dett Lambinus* ſunt *AHPVB* 9 dıuınıſ *AHPVB, corr* ~nı* *F* 10 mentiantur *dett Marsus* ~unt̃ *AHPV, ex* menc~ *B* dicebas *p.* 266,14 *s* 11 simile habet *Boherius (cf de diu.* II 30,65*); intellege potius* est, *cf p. (*348,14*)* 396,23 *epist.* VII 23,2 *ad Att.* I 16,10 *(ubi sic scripserim* 'falsum; sed tamen quid hoc simile est' inquam; 'quasi in operto dicas fuisse'*), non ut de medicina quaeratur aut diuinatione sed de earum coniunctione. cf de diu.* II 69,142 *ss* ego* *ex* enım *B* ꝺȷuınatıo *ex* deu~ *B* 12 orıaṇt̃ *V* &ıam, *& cum ras ex* a *pr ut uid B, om P* 13 conses *p.* 265,1 placerı *A, pr V* placere *H;* placarı** P. R. non *ex* placerıeRP non *(*e *posterior non plane certa) B* 14 poſſent, e *cum ras ex* u *pr B* 15 ımperatorum *O* graecı* ſtrate gema *ex* ~cıſ tr~ *B;* ſtrategema *AHPV* 16 consul est qui consulit patriae *C. Carbo apud Cic. de orat.* II 39,165*, cf in Pis.* 10,23 17 Imperatorem, e *posterior in ras A* *equo *cum ras ex* eoquo *B* 18 nā eafaum *B. cf p.* 262,20 19 audıu*tıbı* ſı [t] t *e corr* [ſ]*, ft fuit* audıuıtubıſ ſı *A* audıuı/t ı bı/ſı *media* ı *add (uix red) V* audıuıt · Tu ſı *P* audıuıt7 Q*ſı, 7 *add,* Q *in ras (ft fuit* b*)* [ı] *B* audıuıſ ſete *prior* ſ *ex* t *ft pr, A* audıſſe te *P* audıuıſſe|te, ſe *add,* te *in ras* III *litt, fuerit* ~uıſ|ſet *B*

Nam Cleanthes ut dicebas quattuor modis *in*formatas in animis 16
hominum putat deorum esse notiones. unus is modus est de quo
satis dixi, qui est susceptus ex praesensione rerum futurarum; alter
ex perturbationibus tempestatum et reliquis motibus; tertius ex com-
moditate rerum quas percipimus et copia; quartus ex astrorum ordine
caelique constantia. De praesensione diximus. De perturbationibus
caelestibus et maritimis et terrenis non possumus dicere cum ea
fiant non esse multos qui illa metuant et a dis inmortalibus fieri
existument; sed non id quaeritur, sintne aliqui qui deos esse putent: 17
di utrum sint necne sint quaeritur. Nam reliquae causae quas
Cleanthes adfert, quarum una est de commodorum quae capimus
copia, altera de temporum ordine caelique constantia, tum tracta-
buntur a nobis cum disputabimus de prouidentia deorum, de qua
plurima a te Balbe dicta sunt; eodemque illa etiam differemus, quod 18
Chrysippum dicere aiebas, quoniam esset aliquid in rerum natura
quod ab homine effici non posset, esse aliquid homine melius, quae-
que in domo pulchra cum pulchritudine mundi comparabas, et cum
totius mundi conuenientiam consensumque adferebas; Zenonisque
breuis et acutulas conclusiones in eam partem sermonis quam modo
dixi differemus; eodemque tempore illa omnia quae a te physice dicta
sunt de ui ignea deque eo calore ex quo omnia generari dicebas loco
suo quaerentur; omniaque quae a te nudius tertius dicta sunt, cum
docere uelles deos esse, quare et mundus uniuersus et sol et luna

AHPVB 1 dicebas *p.* 266,20 informatas *mg Lambin (quod Cicero et ponere solet in hac re et posuit p.* 267,1*)* formataſ *AHPVB tbmc* 2 unuſ hıſ *V* unuſ ex|hıſ, ex *add uid B* unus ex his is *Dieckhoffus p.* 39 3 dixi *cf ad p.* 350,16 *s* 3. 4 *alter et tertius inuerso ordine p.* 267,3 *ss* 4 relıquıſ, l *ex* r *non pr ut uid V* 6 de p. diximus *post illa* de quo satis dixi *u.* 2 *poni progrediendi causa scribit Vahlenus ad Arist. art. poet.* 11. 1452 *b* 9 *; cf p.* 364,13 *s (*4,3*) Sandys ad orat.* 26,91 *s* 7 & marıtımıſ *cum ras ex* ex~ *B*

8 quılla *A* quılla, ı *altera rad ex* l *V* 9 alıquıdeoſ *B* 12 tractabuntur *cf p.* 380,2 *ss* 13 dıſputabım, b *ex* u *B, pr ut uid A* 15 chrıſıppū* [ſ] *B* dıcereaıebaſ *prior* a *add B;* aıebaſ, ıe *in ras (fuit* g*) pr V.* *p.* 268,7 qm̄ e& alıquıd ḥomınē alıquıd ın *ex* ~quıt ın *B* 16 hominem *priore loco B* 17 pulchra* [m] *A* ~aṃ *V* pulchẏtudınē* [-] r *add pr A* comparabas *p.* 268,18 *ss* 18 adferebas *p.* 269,22 *ss* Zenonis *p.* 270,10 *ss* 20 fỹſice *ex* fuſ~ *B. recte c cum Victorio aliisque non uocatiuum casum intellegit ut p.* 237,5. 282,1 *sed aduerbium; cf p.* 271,13 *de diu.* ı 55,126 dicta sunt *p.* 271,14 *ss* 21 quo *A* dıceba ſ *cum ras ex* ~bat *B* 22 que quae] quę *A* quęq; *H* que *P* q; quae *V* quaequę *ex* ~e *B* a*te [d] *AV* nud,uſ *rec A* nud,uſ [ı] *V* nudius tertius *cf p.* 295,10 dicta sunt *p.* 273,20—279,25 23 deoſ ſequare *pr (corr rec) A* deoſſe quare *pr V.* deos esse *del Dauisius, sed significat ad illa quae Balbus in prima orationis parte de illis rebus dixerat se in suae orationis parte tertia simul cum iis responsurum quae contra Balbi illa quae sunt p.* 295,6 *ss essent dicenda*

et stellae sensum ac mentem haberent, in idem tempus reseruabo.
19 A te autem idem illud etiam atque etiam quaeram, quibus rationibus
tibi persuadeas deos esse.»

8 Tum Balbus: «Equidem attulisse rationes mihi uideor, sed eas
tu ita refellis, ut, cum me interrogaturus esse uideare et ego me ad
respondendum compararim, repente auertas orationem nec des re-
spondendi locum. itaque maximae res tacitae praeterierunt, de diui-
natione de fato, quibus de quaestionibus tu quidem strictim nostri
autem multa solent dicere, sed ab hac ea quaestione quae nunc in
manibus est separantur; quare si uidetur noli agere confuse, ut hoc
explicemus hac disputatione quod quaeritur.»

20 «Optime» inquit Cotta. «itaque quoniam quattuor in partes
totam quaestionem diuisisti de primaque diximus, consideremus se-
cundam; quae mihi talis uidetur fuisse ut cum ostendere uelles quales
di essent ostenderes nullos esse. A consuetudine oculorum animum
abducere difficillimum dicebas, sed cum deo nihil praestantius esset
non dubitabas quin mundus esset deus, quo nihil in rerum natura
melius esset: modo possemus eum animantem cogitare uel potius ut
21 cetera oculis sic animo hoc cernere. sed cum mundo negas quic-
quam esse melius, quid dicis melius? si pulchrius, adsentior; si
aptius ad utilitates nostras, id quoque adsentior; sin autem id dicis,
nihil esse mundo sapientius, nullo modo prorsus adsentior, non quod
difficile sit mentem ab oculis seuocare, sed quo magis seuoco eo
9 minus id quod tu uis possum mente comprendere. 'Nihil est mundo
melius in rerum natura.' Ne in terris quidem urbe nostra; num
igitur idcirco in urbe esse rationem cogitationem mentem putas, aut

2 illud *p.* 349,5. 350,16. 352,9 3 perſuadeaſ, u *in ras, ft fuit* o *A AHPVB* 4. 5 eaſ*ıta [u] *B* 7 maxıme *AHP, corr* ~ę *VB* tacıtę *V* ~te *AHPB queritur Balbus de illis rebus sibi non datum respondendi locum significatque multo plura pro iis dici posse quam ipse dixerit p.* 263,3 *ss* 341,11 *ss, cf p.* 379,1. 399,3 9 ea *om H, add B* nunC, C *cum ras ex* t *A* 10 ſeparanť, e *cum ras ex* a *B* ſequeſtranť *P* ut] at *ex Dauisii coniectura ab ipso repudiata Lallemandus* et *Maduigius apud t* 11 hac**dıſputatıo. quod [ſı?] *A* 13 conſidere*muſ* [ı *(?),* '] *V* secundam *p.* 280,6 *ss* 14 uelıſ *AH, pr V, corr* ue|leſ *B;* uelleſ oſtendere *P* 15 |utoſtendereſ, ut *add B* oſtendere *H* ⧺ *h. e.* enim *post* conſuetudıne *add V tbmc* 16 dicebas *p.* 280,7 nıhıl* [o] *B* nıl *P* 17 non dubitabas *p.* 280,11 *ss* quı*n [ı] *AH (om G)* quıın *B* quo *corr* qđ* *V* 18 poſſemuſ *ex* ~ſım~ *B* 20 dıcı*ſ *ft ex* ~cuſ *A* dıceſ *P, corr* ~cȷſ *B;* melıuſ, *in intercolumnio rec* aŧ. qȯ ȯıcıſ *(rad ex* ~ceſ*)* me|lı⁹? *V* 21 nr̄aſ *id *ex* nr̄a ſıt *B;* id] ut *P, corr* ȷd *V;* ıȯ q̊; *in ras rec (deinde* adſ~ *corr rec* ȯdſ~*) A* 22 quod *ex* quo *B* quo *b; potuit poni utrumque, cf m ad part.* III *uol.* II *p.* 339,31 23 magıſ ſe-uoco *V* 26 aut *ex* ut *B*

quoniam non sit num idcirco existimas formicam anteponendam esse huic pulcherrumae urbi, quod in urbe sensus sit nullus, in formica non modo sensus sed etiam mens ratio memoria. uidere oportet Balbe quid tibi concedatur, non te ipsum quod uelis sumere. Istum 22
enim locum totum illa uetus Zenonis breuis et ut tibi uidebatur acuta conclusio dilatauit *potius quam pressit*. Zeno enim ita concludit: 'Quod ratione utitur id melius est quam id quod ratione non utitur; nihil autem mundo melius; ratione igitur mundus utitur'. hoc si placet, iam efficies ut mundus optime librum legere uideatur; 23
Zenonis enim uestigiis hoc modo rationem poteris concludere: 'quod litteratum est id est melius quam quod non est litteratum; nihil autem mundo melius; litteratus igitur est mundus' — isto modo etiam disertus, et quidem mathematicus musicus, omni denique doctrina eruditus, postremo philosophus. Saepe dixi*sti* nihil fieri sine deo, nec ullam uim esse naturae ut sui dissimilia posset effingere: concedam non modo animantem et sapientem esse mundum sed fidicinem etiam et tubicinem, quoniam earum quoque artium homines ex eo procreantur? Nihil igitur adfert pater iste Stoicorum quare

---

AHPVB 1 anteponedam, n *addita in ras, fuerit* – *A* 5 uidebatur *p.* 270,10*; quamquam illic est* breuius angustiusque, *sed cf p.* 352,19 6 dılata|uıt *A* dılata lauıt *V* dılata**uıt [la] *B*. dilatauit *Heindorfius interpretatur* '*effecit ut dilataret*', *similiter* ('*effecit ut dilatari possit*') *t, ad eandem sententiam* dilatabit *Schoemannus opusc.* III 346, dilatat *ci m (non improbato perfecto). uolunt scilicet cauillari Cottam cum Balbo, qui Zenonem dixerat pressisse illud non dilatauisse. quod mihi planum fieri non uidetur nisi addatur aliquid uelut illud quod posui; possis etiam* p. q. coangustauit *cl de leg.* III 14,32 *uel* p. q. coartauit, *quod Walkerus pro* dilatauit *ponebat, cl de orat.* I 35,163. *nam quod c posuit* dilatatum a recentioribus coartauit, *id uereor ut recte dicatur* 9 iam] etiam *H* 10 *ss Sextus adu. math.* IX 108 *ἀλλ' ὅ γε Ἀλεξῖνος τῷ Ζήνωνι παρέβαλε τρόπῳ τῷδε. τὸ ποιητικὸν τοῦ μὴ ποιητικοῦ καὶ τὸ γραμματικὸν τοῦ μὴ γραμματικοῦ κρεῖττόν ἐστι, καὶ τὸ κατὰ τὰς ἄλλας τέχνας θεωρούμενον κρεῖττόν ἐστι τοῦ μὴ τοιούτου· οὐδὲ ἓν δὲ κόσμου κρεῖττόν ἐστιν· ποιητικὸν ἄρα καὶ γραμματικόν ἐστιν ὁ κόσμος* 13 &iā| *add A* djſertuſ *ex* deſ~ *V* atque idem *ex Orellii coniectura tb, cf p.* 278,15 14 phylo|ſopho[vf] ſaepe „ph[9] (*7 add*) *B* filoſo„ſaepe *rec A* philoſo ſepe *corr* philoſop· ſepe, *in mg* ·erit mun·duſ *V mc* dixisti *dett Marsus* dıxı *AHPVB* dixti '*manuscriptus Vrsini*' *Ald, quam uocem ut de fin.* II 3,10 *habent codices (cf Maduigius) ita pro Caec.* 29,82 '*excussam syllabam*' *testatur Quintilianus inst. or.* IX 3,22 *contra codices Tullianos, similiter pro Cluent.* 52,143 dixisti *libri Ciceronis sed* dixti *uel* dixi *Quintilianei inst. or.* V 13,47*; cf p.* 233,3 *m ad part.* III *uol.* II *p.* 386,14 14. 15 sine deo] nisi ex eo *(cf p.* 301,22*) ex Heindorfii coniectura probata Maduigio adu. crit.* II 243 *n. et Schoemanno mc nulla necessitate, uide p.* 136,12. 268,1 *s de fato* 19,44, *et p.* 355,13 *quo respicit nisi huc?* 15 *cf p.* 271,1 *ss* illam *Walkero auctore Schuetzius mc (sed c dubitat in addendis); debebant potius* eam, *sed cf de re p.* VI 25,27 *(p.* 90,3 *de fin.* V 14,39*)* poſſit *B ft recte, cf p.* 105,15 efficere *Bakius de leg.* I 9,26, *qui in affirmatiua enuntiatione, mundum sui similia effingere, non ut opinor offendisset, cf p.* 75,17 16 fidıcıneam *A* fidıcıanē*, ē *ex* e [*post* e *ft* a] *V* 18 ıſte *ex* ~o *B*

mundum ratione uti putemus, ne cur animantem quidem esse. non est igitur mundus deus; et tamen nihil est eo melius: nihil est enim eo pulchrius nihil salutarius nobis, nihil ornatius aspectu motuque constantius. Quod si mundus uniuersus non est deus, ne stellae quidem, quas tu innumerabilis in deorum numero reponebas. quarum 5
te cursus aequabiles aeternique delectabant, nec mehercule iniuria, 24
sunt enim admirabili incredibilique constantia; sed non omnia Balbe quae cursus certos et constantis habent ea deo potius tribuenda sunt quam naturae. quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius, quid freto Siciliensi, quid Oceani 10
feruore illis in locis, 'Europam Libyamque rapax ubi diuidit unda'. quid aestus maritimi uel Hispanienses uel Brittannici eorumque certis temporibus uel accessus uel recessus sine deo fieri nonne possunt? uide quaeso, si omnis motus omniaque quae certis temporibus ordinem suum conseruant diuina dicimus, ne tertianas quoque febres et 15
quartanas diuinas esse dicendum sit, quarum reuersione et motu quid potest esse constantius. sed omnium talium rerum ratio red- 25
denda est; quod uos cum facere non potestis, tamquam in aram confugitis ad deum.

Et Chrysippus tibi acute dicere uidebatur, homo sine dubio 26
uersutus et callidus (uersutos eos appello quorum celeriter mens uersatur, callidos autem quorum tamquam manus opere sic animus usu concalluit); is igitur 'Si aliquid est' inquit 'quod homo efficere non possit, qui id efficit melior est homine; homo autem haec quae in

---

1 ne *dett Lambinus* nec *AHPVB, cf Maduigius de fin. exc.* III *p.* 811 *AHPVB* 3 aſpectū *B* 5 quaſ* *ex* quarı *B* reponebas *p.* 277,21 *ss* 6 delectabant *p.* 279,10 *ss* 8 conſtantıſ[/], ea, *in mg* /· habeN ŧ| ſeruaN. *V* eadō *ft ex* eađo *A* adeo *H* 9 *ident–idem *ex* uident idem *B* 10 ſıhıcenſı *A* ſıh|cenſı *V* 11 *Ennius ann.* 302 *Vahl., cf Tusc.* I 20,45 12 uelſpanıenſeſ *pr B* 13. 14 uel accessus . . . temporibus *om P* 13 fieri, ~ı *in ras, fuit* fiem *ut uid A* non *pr B tbmc; cf p.* 20,6 14 temporıb; uelacceſſuſ ordinem *linea et puncta pr,* r *posterior cum ras ex* n *ut uid A* 15 dıcımuſ *corr* ~cem~ *rec B* quoque *Mureto auctore Lambinus* quıdem *AHPVB* 16 quartanaſ quıdemdıuınaſ *B;* dıuını *pr A,* reuersione *cf p.* 308,5 motu *ex* mutū *V* 17 red denda *ex* reı d~ *A* 18 Qđ *ex* ſed *B* Inaramā *A* ınarā aut *P* ınara*nam *ex* inaramam *V. cf thes. l. L.* II 388,15 *ss* 19 confugitis *Rom* ~ıſtıſ *AHPVB; cf p.* 228,13 20 uidebatur *p.* 268,7 21 uerſatuſ *pr B* uerſutoſ *ex* ~tuſ *B* 22. 23 *Nonius p.* 90 concaluit *(sic per totum capitulum libri)* M. Tullius ad Atticum lib. IIII *(16,10 uel* 18,2*)* . . . et de deorum natura lib. III 'quorum . . . concaluit'. *grammaticus de dubiis nominibus* GLK V *p.* 575,4 callidi sunt, ut dixerunt quidam, quorum . . . concalluerit 23 concaluit *BP Nonius* 23. 24 |n̄ poſſıt./ quıcquıd ıdeffı[cıt]ę̄ *, prima hasta et* [cıt]ę̄ *add, reliqua in ras V;* quı* [ō] *A* q̣d *GP*

mundo sunt efficere non potest; qui potuit igitur is praestat homini; homini autem praestare quis possit nisi deus; est igitur deus'. Haec omnia in eodem quo illa Zenonis errore uersantur. quid enim sit 26
melius quid praestabilius, quid inter naturam et rationem intersit, non distinguitur. Idemque si dei non sint negat esse in omni natura quicquam homine melius; id autem putare quemquam hominem, nihil homine esse melius, summae adrogantiae censet esse. Sit sane adrogantis pluris se putare quam mundum; at illud non modo non adrogantis sed potius prudentis, intellegere se habere sensum et rationem, haec eadem Orionem et Caniculam non habere. Et 'si domus pulchra sit, intellegamus eam dominis' inquit 'aedificatam esse non muribus; sic igitur mundum deorum domum existimare debemus': ita prorsus existimarem, si illum aedificatum, non quem ad modum docebo a natura conformatum putarem. At enim quaerit apud Xenophontem 11 27
Socrates unde animum arripuerimus si nullus fuerit in mundo. Et ego quaero unde orationem unde numeros unde cantus; nisi uero loqui solem cum luna putamus cum propius accesserit, aut ad harmoniam canere mundum ut Pythagoras existimat. naturae ista sunt Balbe, naturae non artificiose ambulantis ut ait Zeno, quod quidem quale sit iam uidebimus, sed omnia cientis et agitantis motibus et mutationibus suis. Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia 28
consensuque naturae, quam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas, illud non probabam, quod negabas id accidere potuisse nisi ea uno diuino spiritu contineretur. illa uero cohaeret et permanet

---

AHPVB 1 efficerenpoteſt *sic A* homini* [ſ] *A* ~ni* [*quid supra* 1 *fuerit nescio;* ſ] *V* 2 homini, ~1 *in ras (rec A), fuit* ~e *ut uid AV* homine *HB* praeſta*re [n] *B* 3. 4 qui enī·meliuſ *ft pr B* 4 innaturā *ft pr B* 5 distinguit *dett Ernesto auctore Moserus* eidemq; *BHP, corr* *]d~ *A,* *Id~ *V* negat *p.* 268,14 *ss* 6 putare* [-] *B* 6. 7 nihil h. e. melius *Dauisio auctore del tb; cf p.* 56,11. 348,7 *Sioegrenus p.* 161 10 Orionem *dett Lambinus* orationem *AHPVB, om O* ñ *add B* 11 dominis] homini *Arnimius (Chrysipp.* 1011*); cf p.* 268,20. 339,10 inquit *Chrysippus, cf p.* 268,7. 18 *ss* (inquis *Forchhammerus p.* 44*)* aedficatā *A* moribuſ *pr A* 13 aedificatum esse *dett Heindorfius m (hic errans de B)* docebo *uide p.* 380,11 a *om HP; cf p.* 261,11 14 conformatum *Marsus* ~fir~ *AHPVB, cf p.* 225,17. 250,5 14. 15 *cf p.* 269,10 15 animum *dett Dauisius* ~mā *AHPVB; cf p.* 269,12 16 nisi] unde *pr B* 17 ꝑpiuſ *cum ras ex* ꝑpriuſ *B* aꝺ *add B* 18 Pythagoras *cf B* 35 *D.* iſtae *B* ſte *A* 19 naturae *cf p.* 298,18 *ss* *ut [a *ut uid*] *V* ambulantis *cum irrisione dicit, cf p.* 285,19. 349,23 Zeno *p.* 285,18 20 uidebm̀ *ex* uideam̀ *ft pr B. cf p.* 380,10 cientis *dett Marsus* ſc~ *AHPVB, cf p.* 271,17 21 illa *p.* 269,22 *ss* oratio ne*de [ ] *V* 22 conſuq; *pr B* cognationem *Rom tb,* continuata *dett Dauisio auctore m, cf p.* 269,23 23 n̄pbā *pr (corr rec) A* *n̄probam̊ *ex* inp~ *V* negabas *p.* 270,5 *ss* 24 continerentur *(hoc cum Rom Ven) et* cohaerent et permanent *dett Heindorfius b eodem consilio*

naturae uiribus non deorum, estque in ea iste quasi consensus, quam συνπάθειαν Graeci uocant; sed ea quo sua sponte maior est eo minus diuina ratione fieri existimanda est.

12 29 Illa autem quae Carneades adferebat quem ad modum dissoluitis: si nullum corpus inmortale sit, nullum esse corpus sempiternum; corpus autem inmortale nullum esse, ne indiuiduum quidem nec quod dirimi distrahiue non possit. Cumque omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus id est quasi ferendi et patiendi necessitatem, et si omne animal [mor]tale est inmortale nullum est; ergo itidem si omne

---

quo ante illa *defectum statuebat Boherius (et u.* 22 partium naturae quas *Pearcius), ut contineri et cohaerere ut p.* 270,7 *dicerentur omnia quae essent in mundo. at quam Balbus dixerat rerum cognationem eandem Cotta modo dixit naturae, et ne inepte dici uideatur natura cohaerere naturae uiribus, uide eiusdem uocabuli uariam significationem p.* 360,1 *ss et cf p.* 306,16 cohaer&, co *in ras ampliore A*

1 *post* quaſi *add rec* q̀ꝺā *V* 2 ſynpathiam *HP, ex* ſin~ *A* ſynpatiā *AHPVB V* ſim patiā *B. cf p.* 269,23 *de diu.* II 14,34 uocant* [¯] *B* q *i. e.* quod *H* quae *pr B* 4 Illa* *ex* illam *A* Illā *P* Illam *ex* i~ *V* illa *ex* ~e *B* Carneades *cf Sextus adu. math.* IX 137—181 quae *VHP, corr* quaē *A,* quāe *B* 5 *ss* '*Debuisse Ciceronem scribere* Si nullum corpus inmortale sit, nullum esse animal sempiternum, *patet e Sexto Empir. adu. mathem.* IX *§* 151*; neque enim ab immortalitate ad sempiternum argumentum ducitur, sed a corpore ad animal; sed Ciceronem sic scripsisse nullus dico.' sic Maduigius apud t,* animal *etiam scripsit b. at ipse Sextus (εἰ ἔστι τι τὸ θεῖον, ἤτοι σῶμά ἐστιν ἢ ἀσώματον· οὔτε δὲ ἀσώματόν ἐστιν . . . οὔτε σῶμα, ἐπεὶ πᾶν σῶμα μεταβλητόν τέ ἐστι καὶ φθαρτόν, ἄφθαρτον δὲ τὸ θεῖον· οὐ τοίνυν ὑπάρχει τὸ θεῖον), si tamen ea similitudine utendum erat, docere potuit a sola corporis ui ac notione duci hoc argumentum, non ab animalis ut proximum. atque illius quidem contractio fraudem fecit doctis; ut c illa* ergo . . . aeternum *e u.* 10—*p.* 358,2 *traiecit post* possit *u.* 7, *Goethius eadem a Cicerone ait posita loco non suo. est autem argumentum illud tale: 'si essent corpora sempiterna (quos deos esse uolunt Stoici), corpora quaedam essent inmortalia. atqui corpus nullum inmortale est; nullum enim indiuiduum est nec quod dirimi distrahiue non possit (quod autem diuiduum est id etiam mortale). ergo corpora sempiterna nulla sunt.' ex hoc argumento et proximo suum uidetur coartasse Lactantius diu. inst.* II 8,39 6 nam ne *ci Schoemannus ad sententiam recte* 7—*p.* 358,4 *Sextus adu. math.* IX 142 εἴγε μὴν ἔστι θεός, ζῷόν ἐστιν. εἰ ζῷόν ἐστι, καὶ αἰσθάνεται . . . εἰ αἰσθάνεται . . . [143] . . . ἔστι τινὰ τὰ καθ' ἑκάστην αἴσθησιν οἰκειοῦντα αὐτὸν καὶ ἀλλοτριοῦντα . . . εἰ δὲ τοῦτο, ἔστι τινὰ τῷ θεῷ ὀχληρά· καὶ εἰ ἔστι τινὰ θεῷ ὀχληρά, γίνεται ἐν τῇ ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολῇ θεός, ὥστε καὶ ἐν φθορᾷ. φθαρτὸς ἄρα ὁ θεός. τοῦτο δὲ παρὰ τὴν κοινὴν ἔννοιαν ὑπῆρχεν αὐτοῦ· τοίνυν οὐκ ἔστι τὸ θεῖον

9. 10 neceſſitatem; *ſi [&], *in mg rec* ⋵tiſi o͞e aꝺ mo2ta|le ÷ / Inmo2|tale nt̄m ÷; | ⋵rgo Jtıꝺē· *V* 9 omne *ex* ~1 *B* 10 tale *Heindorfius* mortale *AHPB (rec V), cf p.* 241,8 immo2 tale *corr* immo2tale *iungendi causa non alia pr ut uid B* 10—*p.* 358,2 ergo . . . aeternum *qui hic posita uituperant (cf ad u.* 5 *ss) non uidentur considerasse* dissolubile *p.* 358,3 *quo referatur.* ergo *del Orellius b, quod eo ratiocinatio prorsus perturbetur; quam si ad artis logicae normam uelis redigere plura debeas mutare atque recidere; sed* ergo *ideo uidetur positum quod secari ferendi et patiendi quasi species est, eademque de causa in adsumptione p.* 358,2 *s secandi mentio facta nulla. ex his quae olim scripsi intellegitur me non probare Croppi sententiam (p.* 27 *s), quem a falso initio profectum (statuit enim cum c illis* mortale igitur . . . necesse est *p.* 358,3 *s, quae*

animal secari ac diuidi potest nullum est eorum indiuiduum nullum aeternum. atqui omne animal ad accipiendam uim externam et ferundam paratum est. mortale igitur omne animal et dissolubile et diuiduum sit necesse est. Vt enim, si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum quod commutari non posset, item nihil argenteum nihil aeneum, si commutabilis esset natura argenti et aeris — similiter igitur si omnia quae sunt ** e quibus cuncta constant mutabilia sunt, nullum corpus esse potest non mutabile; mutabilia autem sunt illa ex quibus omnia constant, ut uobis uidetur; omne igitur corpus mutabile est. at si esset corpus aliquod immortale, non esset omne mutabile; ita efficitur ut omne corpus mortale sit. Etenim omne corpus aut aqua aut aer aut ignis aut terra est aut id quod est concretum ex is aut ex aliqua parte eorum; horum autem nihil est quin intereat. nam et terrenum omne diuiditur, et humor ita 31 moll*is* est, ut facile premi conlidique possit; ignis uero et aer omni pulsu facillime pellitur naturaque cedens est maxime et dissupabilis. praetereaque omnia haec tum intereunt cum in naturam aliam conuertuntur, quod fit cum terra in aquam se uertit et cum ex aqua oritur aer ex aere aether cumque eadem uicissim retro commeant.

ad illa u. 5—7 *referantur, omnia quae exponuntur inde a u.* 5 *concludi) id praeterea fugit, breuius esse haec argumenta proposita quam deberent, quo errore inductus etiam* atque *scribi iussit p.* 358,2. *sed eidem breuitati tribuo quod Cicero p.* 358,3 *scripsit* mortale . . . et dissolubile et diuiduum, *non* ut (utpote) dissolubile et d.

AHPVB 1—3 |nullū aeternū . . . ıgıt omneanı|mal, anı *add, reliqua in ras A;* adaccıpiendā . . . Igıtomneanımal. *in mg B* 2 ferundam *t* fruendā *rec A* f,ṛendā *V* fruendā *HP, mg B* 3 dıſſoluıbı **le [bı *ut uid*] le *ex* lı *A* ~luıbile *HP* ~lu*bile [ı] *V* 4 neceſſeē enī *ex* neceſſetenī *B* enim *cf p.* 268,14 omneſ *pr V, rad corr* ~ıſ *A* om̃ſ *P, corr* om̃ſ *B* 5 ēecereum, ecereum *in ras, in intercolumnio aliquid erasum (ft* lumen) *V;* cereum *altera* e *in ras rec ut uid A* certū *P, corr* cereū *B* ū *add B* poſſēt *cum ras ex* poteſt *B* 7 si omnia, ex quibus cuncta quae sunt, constant *uel* si o. quae sunt et e quibus cuncta constant *ci Dauisius* si o., e quibus, quae sunt, cuncta constant *Heindorfius* si ea (quae sunt *del cum Schoemanno et m)*, e quibus cuncta constant *b* si ea, e quibus constant omnia quae sunt *c. haec fere uideri fuisse* si omnia quae sunt e quibusdam rebus *(uel* principiis *ut p.* 133,19 *uel* naturis *ut p.* 300,6) constant, et si ea e quibus cuncta constant *scripsi* 'Wochenschr. f. klass. Philol.' XXII (1905) 825. *integram esse orationem adfirmat Croppus p.* 28 8 corpı *pr B* 10 at *ex* ac *B* 11 muta*bı*le *praeter duas primas hastas in ras pr, fuit* ınınmortale *B* 11—14 *cf p.* 360,1 *ss cum Sexto* 11 etenim *cf p.* 268,14 13 *ʃ *ex* ıuſ *uel* uıſ *A* ıſ *H* hıſ *PB m (*exhıſ c̄cretū ē *P)* earū *B* 14 q̣ *H* quı̄ *sic cum conatu ut uid corrigendi* quı̄n *V* 14. 15 ıta molle ē humor *P;* molleſt *A* mo**| [lē], *in mg rec* —lhſ ē *V* moleſt *B; genus neutrum non probabile* 15 pramı *A* cōprımı *P* 16 maxumae *add A* 18. 19 *cf p.* 300,4 *ss* 18 &cū *ex* & *B* 19 exąere *B(?)* & exaer *H* eadem] ea *P*

quod si *ita est, ut* ea intereant e quibus constet omne animal, nullum 13 32 est animal sempiternum. Et ut haec omittamus, tamen animal nullum inueniri potest quod neque natum umquam sit et semper sit futurum. omne enim animal sensus habet; sentit igitur et calida et frigida et dulcia et amara nec potest ullo sensu iucunda accipere, non accipere contraria; si igitur uoluptatis sensum capit, doloris etiam capit; quod autem dolorem accipit id accipiat etiam interitum 33 necesse est; omne igitur animal confitendum est esse mortale. Praeterea si quid est quod nec uoluptatem sentiat nec dolorem, id animal esse non potest; sin autem quod animal est, id illa necesse est sentiat, et quod ea sentiat non potest esse aeternum; et omne animal sentit; nullum igitur animal aeternum est. Praeterea nullum potest esse animal in quo non et adpetitio sit et declinatio naturalis; adpetuntur autem quae secundum naturam sunt, declinantur contraria; et omne animal adpetit quaedam et fugit a quibusdam, quod autem refugit id contra naturam est; et quod est contra naturam id 34 habet uim interemendi; omne ergo animal intereat necesse est. Innumerabilia sunt ex quibus effici cogique possit nihil esse quod sensum habeat quin id intereat; etenim ea ipsa quae sentiuntur, ut frigus ut calor *ut* uoluptas ut dolor ut cetera, cum amplificata sunt interimunt; nec ullum animal est sine sensu; nullum igitur animal

1 intereunt *et* constat *dett Marsus tbmc; mihi potius omittendo peccatum uidetur, cf de fin.* III 22,76 *Lael.* 4,14 *; de* constet *cf p.* 271,14 *AHPVB* 3 ınuenıre *B* 4—8 *Sextus adu. math.* IX 139 *εἰ δὲ ζῷά εἰσιν (οἱ θεοί), αἰσθάνονται . . . εἰ δὲ αἰσθάνονται, καὶ πικράζονται καὶ γλυκάζονται . . . τὸ περικόπτειν ταύτην ἢ τινα αἴσθησιν ἄλλην ἁπλῶς τοῦ θεοῦ παντελῶς ἐστιν ἀπάθανον . . . . . [141] γλυκαζόμενος δὲ καὶ πικραζόμενος εὐαρεστήσει τισὶ καὶ δυσαρεστήσει. δυσαρεστῶν δέ τισι καὶ ὀχλήσεως ἔσται δεκτικὸς καὶ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολῆς. εἰ δὲ τοῦτο, φθαρτός ἐστιν. ὥστε εἴπερ εἰσὶ θεοί, φθαρτοί εἰσιν* 4 ſenſuſ, u *e corr A* 5. 6 poteſtſen|ſum capıt *cum ras corr* poteſt※| ſenſumcapıt, *in mg* ※ ullo . . . uoluptatıſ· *B* 5 ullo *corr* nullo *V* 6 ſenſū *ex* ~u *ut uid V* capı*t *ex* ~put *B* 7 &ıā,capıt *V* 8 mortale* [⁻] *B* 10 quid *Heindorfius m (cf p.* 241,8). *tbc sequentia una periodo complectuntur* igitur *u.* 12 *statuentes in apodosi esse positum, quod genus duo proferunt exempla, alterum p.* 358,7, *quod potius resumptionis est, alterum de inu.* I 34,59 Jd *ex* ad *V* 11 et, q. e. sentiat *om H;* sentit *Lambinus tbmc* 11. 12 et o. a. sentit *librariis deberi suspicabatur Walkerus; quae adsumptionem efficiunt ut illa u.* 21, *sed ita quasi supra scriptum sit* sin autem quid sentit, id illa necesse est sentiat; *cf Sextus adu. math.* IX 142 13 adpetitio *cf p.* 286,3 14 ſecundū *in ras paulo minore A* 15 &fuſita quıb;dā *pr B* 16 eſt· & qđcontra| naturāeſt. *in mg B* 17 ınt̄ı—menbı, ı— *in ras* IV *fere litt, ante* m *uid* e *fuisse A* ınter ȷmendı *ex* ~em~ *VB* ~ım~ *HP tmc* 17. 18 Innumerabılıaſunt· *add B* 19 quın*ıd *ex* quınıd *B* ınterea* ea [ˈ], *in mg* /· Λ· neceſ|ſe·ē *sed haec praeter* /· *transfossa V* 20 ut *add rec A;* utuoluptaſ utdoloꝛ *add B* ut *ante* dolor *om P* 21 ınterımn̄ [*] *V* intereun̄ *P* interemunt *b, cf u.* 17

aeternum est. Etenim aut simplex est natura animantis, ut uel 14
terrena sit uel ignea uel animalis uel umida (quod quale sit ne intellegi quidem potest), aut concretum ex pluribus naturis, quarum suum quaeque locum habeat quo naturae ui efferatur, alia infimum alia summum alia medium. haec ad quoddam tempus cohaerere possunt, semper autem nullo modo possunt; necesse est enim in suum quaeque locum natura rapiatur. nullum igitur animal est sempiternum.

Sed omnia uestri Balbe solent ad igneam uim referre Hera- 35
clitum ut opinor sequentes, quem ipsum non omnes interpretantur uno modo, quoniam quid diceret quod intellegi noluit omittamus; ✻ uos autem ita dicitis, omnem uim esse ignem, itaque et animantis cum calor defecerit tum interire, et in omni natura rerum id uiuere

AHPVB 1—7 *Sextus adu. math.* IX 180 *εἰ δὲ σῶμά ἐστιν (τὸ θεῖον), ἤτοι σύγκριμά ἐστιν ἐκ τῶν ἁπλῶν στοιχείων ἢ ἁπλοῦν ἐστι καὶ στοιχειῶδες σῶμα. καὶ εἰ μὲν σύγκριμά ἐστι, φθαρτόν ἐστιν· πᾶν γὰρ τὸ κατὰ σύνοδόν τινων ἀποτελεσθὲν ἀνάγκη διαλυόμενον φθείρεσθαι.* [181] *εἰ δὲ ἁπλοῦν ἐστι σῶμα, ἤτοι πῦρ ἐστιν ἢ ἀὴρ ἢ ὕδωρ ἢ γῆ. ὁποῖον δ' ἂν ᾖ τούτων, ἄψυχόν ἐστι καὶ ἄλογον· ὑπερ ἄτοπον. cf p.* 358,11 *ss* 1 etenim *cf p.* 268,14 aut ** [ut?] *rec A* ut *PVB* 3 concreta est ex *dett Rom* concreta ex *Manutius bm, sed pro* natura animantis *potuit scribere* animans, *cf p.* 285,2 *s, et uide orat.* 62,209 genus autem hoc orationis *sed paulo infra* quoniam adhibenda non numquam est *uel ad Att.* VI 2,4 his ego duobus generibus facultatem ad se aere alieno liberandas .. dedi . . ., uno quod . . ., accessit altera, *Stangelius Tullian.* 26 *s* 4 qo *ex* qđ *B* ui *cum ras ex* ut *V* feratur *Lambinus tbmc, sed efferri non ea solum dici posse quae in sublime ferantur sed etiam quae ex compage aliqua abripiantur recte monet c in commentario* 5 qoddam *ex* cottam *B* 6 neceſeſt *A* 7 quae. *A* naturapıat *pr B* anımal·ē· *ex* ~lē *an* ~le *A* anımaleeſt *B* 9—*p.* 361,19 *cf p.* 271,14 *ss (Chrysipp.* 421 *Arn.)* 9 eraclıtū *ex* eradıtū *B* 10. 11 non . . . modo *del b (cf Seneca epist.* 12,7*).* modo q̇** | qm̃, q̇ *in ras, sed* q *fuit etiam antea* [ui *potius quam* m *(quam agnoscens ut uid Schwenkius scribit primo fuisse* quoniam | quoniam*)], ut crediderim primum additum esse* qui, *deinde id erasum, denique restitutum* q̇ *(nam* qui *quo minus credam primae manus fuisse impedit illud quod* q *ex parte et tres illae hastae sunt in intercolumnio) V tmc;* modo quem quoniam quid diceret intellegi n. o. *Iunt;* quem ipsum — non enim omnes i. u. m. — quoniam q. d. i. n. o. *Vahlenus ann. gymn. Austr.* XXIV 243 *cl de off.* III 33,119 sed de hoc — magna enim res est — alio loco pluribus*; quas rationes ita non repudio ut tamen dubitem quam recte omnes omittant illud* quod *u.* 11, *quod ut sane errore scriptum esse potest post* quid *ita ipsum non habet cur stare non possit; et suspiceris haec fere fuisse* quoniam quid diceret, quod intellegi noluit a uolgo *(cf Diog. L.* IX 6, consulto *p.* 236,1, *de fin.* II 5,15*)*, occultius significauit, omittamus 11 qu,id, qu,ı *in ras rec A* qđ *V tbmc* 11. 12 omıtta,uoſ *ex* omıtta,uoſ *B* 12 om̃e uım *H* om̃uım *ita cum ras corr ut uoluisse uideatur* om̃uı, *quamquam* ı, *quae primo fuit, cum sequenti hasta iuncta et linea adpicta extremorum nunc haec potius species est* ūn*; in intercolumnio rec* om̃em uī *V* igneam *Boherio auctore Heindorfius tbm;* ignem *defendit c cl p.* 53,16 *al., et certe quod uim igneam dicit u.* 9 *et p.* 352,21 *(Schoemannus opusc.* III 347*), id nihil refert* 13 *s* uuere*ıd, ı *post ras red uid A*

id uigere quod caleat. Ego autem non intellego quo modo calore extincto corpora intereant, non intereant umore aut spiritu amisso, 36
praesertim cum intereant etiam nimio calore. quam ob rem id quidem commune est de calido; uerum tamen uideamus exitum. ita uoltis opinor, nihil esse animal extrinsecus in natura atque mundo praeter ignem: qui magis quam praeter animam, unde animantium quoque constet animus, ex quo animal dicitur. quo modo autem hoc quasi concedatur sumitis, nihil esse animum nisi ignem; probabilius enim uidetur tale quiddam esse animum, ut sit ex igni atque anima temperatum. 'Quod si ignis ex sese ipse animal est nulla se alia admiscente natura, quoniam is cum inest in corporibus nostris efficit ut sentiamus, non potest ipse esse sine sensu.' Rursus eadem dici possunt: quidquid est enim quod sensum habeat, id necesse est sentiat et uoluptatem et dolorem, ad quem autem dolor ueniat ad eundem etiam interitum uenire. ita fit ut ne ignem quidem efficere 37
possitis aeternum. Quid enim, non eisdem uobis placet omnem ignem pastus indigere nec permanere ullo modo posse nisi alatur, ali autem solem lunam reliqua astra aquis alia dulcibus alia marinis; eamque causam Cleanthes adfert cur se sol referat nec longius

1 ıdıgere*, ı *prior add, cetera in ras uix pr V;* uıGere, G *ex* ſ *B* *AHPVB* 4 exıtū *ex* ~u *A* ō uoltı*ſ *ex* uultuſ *B* animale *Lambinus tb; cf u.* 10 *de re p.* VI 26,28, *nec uidetur Cicero illa declinatione usus esse* extrinsecus *Dauisio et Kindervatero auctoribus del Nobbius,* et sentiens *Wyttenbachio auctore Moserus,* intrinsecus *Lescaloperio et Boherio Heindorfius tbm; contulit Boherius Simplicium in Epict. enchir.* 38 (31) *p.* 228 *B Salmas. τί οὖν τὸ αὐτοκίνητον . . .; ἢ τοῦτό ἐστι τὸ ἔνδοθεν κινοῦν; ἀλλὰ καὶ αὐτό, εἰ ὑφ' ἑτέρου ἐκινεῖτο, οὐκ ἂν ἐλέγομεν ἔνδοθεν κινεῖσθαι ἀλλ' ἔξωθεν, ὡς τὰ σώματα (similia antiquos habere notum est); uult igitur hoc idem esse quod paulo infra dicitur* ignis ex sese ipse animal est. *at quod ualet de motione non idem necesse est ualeat de animatione. nam intrinsecus animalia opinor multa illa sunt quae solemus uocare, ut quae habeant aliquid interius ex quo animalia nominentur, ut ait Velleius p.* 214,1, *cingantur autem corpore externo. hinc ita suspiceris, potuisse ea animalia, quorum externum corpus non esset (cf u.* 10 *s), extrinsecus potius quam intrinsecus animalia uocari; quae etiam Lescaloperii ratio fuisse uidetur seruandi* extrinsecus. *quod uocabulum c interpretatur 'extra corpus humanum' cl de fin.* V 23,68 *(debebat certe ut Lescaloperius 'extra animantium corpora'), quod non sane facile intellegitur, nec, si uerum est, idem est quod* in natura atque mundo, *quo etiam animantia continentur (p.* 360,13 *de fato* 12,28 *Lael.* 7,24*)* 6 anımantȷm *ex* ~tem *A* 7 animal *Lescaloperio auctore Lallemandus* anima *AHPVB; cf p.* 214,2 *Tusc.* I 9,19 8 *ho quaſı [·/·] *rec, in mg* ·/· hoc uel homo| *A* ho, quaſı *V* 8. 9 nıſı . . . anımum *in mg superiore V* 8 **pbabılıuſ [ın] *B* 10—12 *ex mente Stoicorum, cf p.* 274,13 *ss* 10 anımaeſt *pr B* nullaſe*, ſ *in ras, ex* nullaeē *uix pr B* 12 ruſſuſ *ex* ruſſuſ *B* Rurſum *H* eadem *quae p.* 359,11 *ss* 14 ſentıa *pr A* aδ *ante* eundem *add B* 15 quidem *om B* 16 placet *cf p.* 278,5. 316,15 *ss* 17 alatur, a *posterior ex* a *aperta, haec pr ex* t *V* 18 dlıa *H* alı*[·] *V* alıı *B* aquȷſ, ȷ *in ras ex* a *A* a*quſ [t] *B* 19 Cleanthes 501 *Arn.* 19 *s* cur . . . progrediatur *poetae nescio cuius esse ait H. I. Hellerus philol.* XXI 394, solstitiali orbi *eidem tribuit c*

progrediatur solistitiali orbi itemque brumali, ne longius discedat a cibo. hoc totum quale sit mox; nunc autem concludatur illud: quod interire possit id aeternum non esse natura; ignem autem interiturum esse nisi alatur; non esse igitur natura ignem sempiternum.

Qualem autem deum intellegere nos possumus nulla uirtute praeditum? quid enim, prudentiamne deo tribuemus, quae constat ex scientia rerum bonarum et malarum et nec bonarum nec malarum. cui mali nihil est nec esse potest, quid huic opus est dilectu bonorum et malorum, quid autem ratione, quid intellegentia: quibus utimur ad eam rem, ut apertis obscura adsequamur; at opscurum deo nihil potest esse. nam iustitia, quae suum cuique distribuit, quid pertinet ad deos; hominum enim societas et communitas ut uos dicitis iustitiam procreauit. temperantia autem constat ex praetermittendis uoluptatibus corporis: cui si locus in caelo est, est etiam uoluptatibus. nam fortis deus intellegi qui potest, in dolore an in labore an in periculo: quorum deum nihil attingit. nec ratione igitur utentem nec uirtute ulla praeditum deum intellegere qui possumus? 15 38

Nec uero uolgi atque imperitorum inscitiam despicere possum, 39 cum ea considero quae dicuntur a Stoicis. sunt enim illa imperitorum: piscem Syri uenerantur, omne fere genus bestiarum Aegyptii consecrauerunt; iam uero in Graecia multos habent ex hominibus deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Tenen, Leucotheam quae fuit Ino

---

AHPVB 1 ſolıſtıtıalı *AGP, corr* ſol*ſt~ *VB* ſolſt~ *H tbmc, cf p.* 181,10 orbe *ex* urbe *B. Charisius* I *p.* 139,19 *K.* orbi pro orbe Ciceronem de r. p. lib. v *(8,10)* 'orbi terrarum conprehensos', sed et . . . frequenter an⟨tiquos⟩ ita locutos Plinius . . lib. VI notat 2 mox *uide p.* 380,9 4 natura ignem *ft* a *posterior rad ex* e [*infra punctum*] *V;* I*gnem [n] *A* 5 noſ, *in mg* uelnon *A* non *V* non *B* 6—16 *cf Hortens. fr.* 50 *m de fin.* V 23,67 *Chrysipp. eth.* 262 *ss Arn.* 6. 7 *Sextus adu. math* IX 162 *εἰ φρόνησιν ἔχει (ὁ θεός), ἔχει καὶ ἐπιστήμην ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν καὶ ἀδιαφόρων (ibid.* XI 170. 184 *Cic. de inu.* II 53,160 *de off.* I 43,153*)* 8 ē neceſſe *corr* ēe ~ *rec V* dılectu *corr* del~ *H (ft pr) VB (ft rec)* 9. 10 *cf p.* 80,3 11 tribuit *dett b, et ita solet Cicero, sed Graeci quoque tam διανέμειν quam νέμειν* 12 ſotıeataſ *A* commuNıtaſ *ex* ~ta *(*N *ex* t *pr) B* dicitis *cf de re p.* I 25,39 14 corporıſ *ex* ~rı *B* ~rıb' *H* ſ*ȷ *ex* ſu *pr A* ſı *add B* 15 Intelle gi quı *A;* qui *om H* 17 utentem [r] u *in ras A* 19 *Lactantius diu. inst.* II 5,10 uos o philosophi . . . ignorantiam inperitorum uanitate uicistis; illi enim solem atque lunam, uos etiam sidera deos putatis ınſcıtam *V, rec A* ~tam *corr* ~tjam *B* ınſtıtıā *H* 20 dic*tur [ı] *rec A* dicitur *rec (corrector insolitus) V* ſtoıcı*ſ *ex* ~cuſ *A* .ſuſ *in ras B* 21 oīmθ *ex* oīmſ *rec ut uid B* 23 Alabandi *dubitans reliqui, quod Cicero si scripsit errauit in nomine Graeco ut alibi,* cuncta Graecia *autem sextus casus est, quod idem uidetur Forchhammero p.* 52 *s* Alabandis *scribenti eodem casu auctore Dauisio. nam* Alabandis

et eius Palaemonem filium cuncta Graecia, Herculem Aesculapium Tyndaridas Romulum nostrum aliosque compluris, quos quasi nouos et adscripticios ciues in caelum receptos putant. Haec igitur indocti; quid uos philosophi, qui meliora? omitto illa, sunt enim praeclara: sit sane deus ipse mundus. hoc credo illud esse 'sublime candens quem inuocant omnes Iouem'. quare igitur pluris adiungimus deos? quanta autem est eorum multitudo: mihi quidem sane multi uidentur; singulas enim stellas numeras deos eosque aut beluarum nomine appellas ut Capram ut Nepam ut Taurum ut Leonem, aut rerum inanimarum ut Argo ut Aram ut Coronam. Sed ut haec concedantur, reliqua qui tandem non modo concedi sed omnino intellegi possunt? cum fruges Cererem uinum Liberum dicimus, genere nos quidem sermonis utimur usitato, sed ecquem tam amentem esse putas qui illud quo uescatur deum credat esse? Nam quos ab hominibus peruenisse dicis ad deos, tu reddes rationem quem ad modum id fieri potuerit aut cur fieri desierit, et ego discam libenter; quo modo nunc quidem est, non uideo quo pacto ille, cui 'in monte Oetaeo inlatae lampades' fuerint, ut ait Accius, 'in domum aeternam patris' 16 40 41

---

*uel ~*deis *ita Ciceronem scripsisse ut homines diceret, quod Boherio auctore et Lachmanno (in Lucret.* V 85, *cf epist.* XIII 56,1*) statuunt tbmc, in hoc libro non crediderim, cf Wackernagelius arch. lexicogr.* XIV 8*; potuit ft, quod Heindorfius scripsit,* Alabandei, *ut* Citieos *(*citius *codd) de fin.* IV 20,56, *sed uide p.* 369,10 tenedı *pr ut uid A* tenedı*, d *ex* n, ı *in ras (fuerit* tenendı*) B* Tenedii *Marsus tbmc* tenen *B* tennen *APV tbmc. eadem uarietas accus.* I 19,49 *(cf t) et saepe in hoc nomine ut in similibus, cf Fickius de hominum nom. Graec.* 30 *s* 367 *ed.* II Inoo *in ras B* 1 palemonem *AHV,* e *prior in ras paulo maiore B* 1. 2 *post* Graecia *AHPVB grauius distinguunt Ald Forchhammerus p.* 52 *c, post* Tyndaridas *Ven tbm, neutri ut opinor recte* 2 nostri *dett Rom Ven tbmc;* nostrum aliosque compluris nostri quasi *Forchhammerus p.* 52 3 adſcrıptıtoſ *ex* ~tıcoſ *B* ~tıtıoſ *AH. Lucianus Iou. trag.* 21 Ἡρακλέους . . . καὶ Ἀσκληπιοῦ τῶν παρεγγράπτων τούτων 4 omitto . . . praeclara *del Forchhammerus p.* 52. *omittere se dicit eadem quae u.* 10 *concedere, quia praeclara sint i. e. magnifica nec refugiant ab intellectu, quamquam inter se quodam modo uideantur pugnare, deum mundum esse et stellas deos.* praeclara *per irrisionem dici putant Betuleius c* 5. 6 *cf p.* 261,12*;* sublimen *tb* 6 ınuocanT *ex* ~nſ *A* 7 quanta *ex* ~o *A* mihi . . . uidentur *del c* 8 ſıngulaſ, N *in ras A* numerȧſ, ȧ *ex* a *aperta, haec pr ex* o *A;* numeratis *et* appellatis *dett Heindorfius* ~mus *utrobique Halmius apud t; cf u.* 15 eaſq' *P* appellas *p.* 310,4 *ss* 9 Nepam 'antiquus liber' *Vrsini Dauisius* lupam *AHPVB; cf p.* 310,9. 314,8 *Ennius scen.* 243 *Vahl. (de re p.* I 18,30*)* anıma ta *H* ınanımatarū *P* ~ma,rum *V, rec B* 12 *cf p.* 287,1 13 ſermonıſ, ı *in ras rec A* ~neſ *V* ~nȷſ *ex* ~neſ *B* ecquem *Victorius* haec quē *AGPV* (~quę̄ın *ex* ~quę|ın *H), ex* hae ~ *B* 15 dicis *p.* 287,18 *ss* reddeſ *V* reddas *Schoemannus; cf uel Tusc.* I 12,26 expone . . . tum docebis ıdē *AH* ıd, *in intercolumnio* ł ıdē *V* fierı, f *ft ex* ſ *B* 17 ın monte oeteo *G* ~ octa eo *pr H* ınmonte moetaeo *APV* ınmontē̊m&ae° *ex* ~tē &ae *B* in montem Oetaeum *ci Ribbeckius* 18 fuerunt

ex illo ardore peruenerit; quem tamen Homerus apud inferos conueniri facit ab Vlixe sicut ceteros qui excesserant uita.

Quamquam quem potissimum Herculem colamus scire sane uelim; 42
pluris enim tradunt nobis i qui interiores scrutantur et reconditas litteras, antiquissimum Ioue natum — sed item Ioue antiquissimo, nam Iouis quoque pluris in priscis Graecorum litteris inuenimus: ex eo igitur et Lysithoe est is Hercules quem concertauisse cum Apolline de tripode accepimus. alter traditur Nilo natus Aegyptius, quem aiunt Phrygias litteras conscripsisse. tertius est ex Idaeis Digitis, cui inferias adferunt cui. quartus Iouis est *et* Asteriae Latonae ✻ sororis, qui Tyri maxime colitur, cuius Carthaginem filiam ferunt, quintus in India qui Belus dicitur, sextus hic ex Alcmena quem Iuppiter genuit, sed tertius Iuppiter, quoniam ut iam docebo pluris Ioues etiam accepimus.

Quando enim me in hunc locum deduxit oratio, docebo meliora 17 43

dett Ven tbc; uult credi non posse eum quamquam combustus sit tamen in caelum escendisse actiuſ *G* aceiuſ *H* accutiuſ *V*. *inc. fab. fr.* XVII *Ribb.*

AHPVB 1 quē, e *in ras,* - *add V* Homerus *Od.* XI 601 2 excelſerat *corr* ~ãt *rec A* ~a,t *rec V* 2. 3 uita. quã quã, ta. *in ras rec A* uita*quã quã, uita *in ras rec* [a] *V* uix aquũ· quã *P* uita7 qua quã, uita7 *in ras, ex* ã *B* 3 quem, e *in ras rec V* potiſſimem *pr A* 4 ii *H* hii *AGVB* hi *P* 4—14 *cf ad u.* 15 *p.* 370,16 *ss* 5 iouẽ natũ *B* *post* item *add rec* quo *A* 7 Lysithoe *Creuzero auctore Moserus cl Lydo de mens.* IV 67 *(46)* lẏſito *AHP* liſito *V;* lyſito.eſt iſ, h *add pr,* .eſt iſ *in ras (fuerit* eſthiſ *ut pr F) B* herculiſ *AP, corr* ~eſ *VB* 8 accepim *ex* ~cip~ *V* 9 *τοῖς Φρυγίοις γράμμασιν Plutarchus de Is. et Osir.* 29 *p.* 362 *B, cf Reitzensteinus 'zwei religionsgesch. Fragen' (Argentor.* 1901*)* 94, *D. p.* 439,25 tertius *cf Kernius encyclop. Wissow.* IV 2019 idae|iſ, e *pallida non add uid A* Digitis] Dactylis *'perantiqui Maffei et Sigonii libri' Manutius; Digitos uocauerat Nigidius ap. Arnob.* III 41 *(cf* 43*; fr.* 45 *Funai.)* 10 adferunt *cf thes. l. L.* I 1194,75 cui *om dett Rom Ven tm, et potest per errorem uel ex proximis esse repetitum uel ex u.* 11 *s (*ferunt qui*) anticipatum. speciosam Iac. Gronouii coniecturam* Coi *scribentis (*Cretes *temere Gyraldus hist. deor. gentil.* X*) receperunt bc, admodum probabilem dicit m; ego nolui quicquam adfirmari, cf Lobeckius Aglaoph.* II 1173 I. est et *Heindorfius* est I. et *dett Dauisius* I. et *Gruterus ft uerius* 11 tyri* [a] *B* carthagenẽ *AP, corr* ~ginẽ *B* cartaginem *VH* 12 quin*tuſ *ex* quintuſ *B* in *om H;* indi*a, in *ex* m *A. τὸν ἐν Ἰνδοῖς γενόμενον Lydus l. d.* belluſ *B* ſexuſ *pr B* hic q ex *cum ras corr* hic q̣ ex *B* 13 ſedartiuſ *pr V* 13. 14 *cf u.* 6 *p.* 352,6 13 docebo *p.* 371,2 *ss;* iam *non tam* statim *quam* mox*, cf p.* 356,20 *pro S. Rosc.* 44,129 *de har. resp.* 25,53 *cl* 26,56*, de fin.* V 8,21 *cl* 13,37*, Brut.* 25,96. 46,171 14 accipiuſ *APB, corr* ~cep~ *V* 15 *digreditur uel potius iam u.* 3 *digressus est ab instituta Stoicarum rationum censura, ad quam reuertetur p.* 376,13. *interponit autem primum soritas Carneadeos, quibus doceat religiones publice constitutas adhibita Stoica ratione in immensam superstitionem augeri, deinde e theologorum libris indicem deorum cognominum profert p.* 371,2 *ss, ut eam quoque rationem, qua di ex hominibus credantur opinione translati in caelum, a Stoicis confirmari potius contendat quam refelli. ex hoc autem indice quod seorsum posuit illa de Herculibus u.* 3 *ss, id imperfecto quodam consilio uidetur fecisse causa coniungendi cum superioribus. cf ad p.* 370,16 *ss* dicebo *pr B*

me didicisse de colendis diis inmortalibus iure pontificio et more maiorum capedunculis his quas Numa nobis reliquit, de quibus in illa aureola oratiuncula dicit Laelius, quam rationibus Stoicorum. Si enim uos sequar, dic quid ei respondeam qui me sic roget: 'Si dii sunt**, suntne etiam Nymphae deae? si Nymphae, Panisci etiam et Satyri; hi autem non sunt; ne Nymphae [deae] quidem igitur. at earum templa sunt publice uota et dedicata. ne ceteri quidem ergo di, quorum templa sunt dedicata. Age porro: Iouem et Neptunum deum numeras; ergo etiam Orcus frater eorum deus, et illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron Cocytus Pyriphlegethon, 44 tum Charon tum Cerberus di putandi. at id quidem repudiandum. ne Orcus quidem igitur; quid dicitis ergo de fratribus?' haec Carneades aiebat non ut deos tolleret (quid enim philosopho minus conueniens) sed ut Stoicos nihil de dis explicare conuinceret; itaque insequebatur: 'Quid enim' aiebat 'si hi fratres sunt in numero deorum, num de patre eorum Saturno negari potest, quem uolgo maxime colunt ad occidentem. qui si est deus, patrem quoque eius Caelum esse deum confitendum est. quod si ita est, Caeli quoque parentes dii habendi sunt Aether et Dies eorumque fratres et sorores, qui ✻ a genealogis antiquis sic nominantur, Amor Dolus modus Labor In-

1 dedicisse *A* pontificio *rad ex* ~clo *A* 2 hiſ *B, om AHPV* *AHPVB* iis *dett Manutius tbmc. cf p.* 7,14 *Marx ad Lucil.* 319 3 oratiuncula *cf p.* 346,23 4—*p.* 370,15 *cf Sextus adu. math.* IX 182—190 4 ſequãr *ex* ~or *pr ut uid A* dic, c *in ras, fuitne* d *A* reſpo*ndẽ,,ãm, o *in ras,* e *ut uid et ft* ὁ *add pr, A* 4. 5 si di sunt isti, suntne *(uel* si hi di sunt, suntne*) c; puto potius sic fere* si di sunt hi quorum templa dedicata sunt, suntne *uel* si di sunt hi quos publice colunt, suntne*, cf p.* 367,15 5 pani·ſcĩt,etiam *punctum et lineola supra* ci *add rec,* t,et *ex parte in ras rec; corrector legi uoluit* Pani sunt etiam *A* paneſ etiam *H* 6 et *in discrimine uersuum om V* *interrogationis signum post* Satyri *ponunt tbm, idem post* igitur, dedicata *u.* 8, igitur *u.* 12 *(non m); mihi cum Boherio c praestare uidentur puncta* deæ *ex* dea *B* deae *cum dett del Alanus, et uidetur repetitum ex u.* 5*;* ne N. quidem deae igitur *dett Heindorfius (praestaret* ne N. q. i. d.*, cf Schoemannus opusc.* III 380 *s)* 7 nec *B* 8 dge *ex* ege *B* 9 deos *dett Dauisius,* Iouem deum et N. *ci c; cf Lebreton 'études'* 16 ergo, e *ex* o *B* orcuſ, c *ex* t *B* deus] si Orcus *Boherius, et sane suspiceris hoc argumentum similiter conformatum fuisse superiori, uelut sic* ergo etiam Orcus frater eorum deus; ergo et illi *(cf p.* 350,3*); sed tamen uide u.* 19 10 pirifleg&hon, f *ex* ſ *B* Styx Phlegeton *dett Rom Ven; Odyss.* X 514 *Κώκυτός θ' ὃς δὴ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀπορρώξ* 11 dii ſunt putandi *H* 12 quidem deus igitur *Dauisio auctore Heindorfius; cf u.* 6 haecarneadeſ *V. cf Sextus adu. math.* IX 182 *ἠρώτηνται δὲ ὑπὸ τοῦ Καρνεάδου καὶ σωριτικῶς τινες (λόγοι), οὓς ὁ γνώριμος αὐτοῦ Κλειτόμαχος ὡς σπουδαιοτάτους καὶ ἀντικωτάτους ἀνέγραψεν, ibid.* 190 13 agebat *AHPV, pr B* 14 conuicer& *B* 15 agebat *G, pr V. sensim Cotta incipit suis uerbis loqui* 16 id *ante* negari *add dett Heindorfius, ante* de *add ci c; cf p.* 231,2. 387,14 uolgo̱ *V* maxime, e *add B* 20 genealogis *cf Hesiodus theog.* 211 *ss Hyginus fab. praef. (Vergilius Aen.* VI 274 *ss) alii (Rob. Engelhardus de personificationibus quae in poesi atque*

uidentia Fatum Senectus Mors Tenebrae Miseria Querella Gratia Fraus Pertinacia Parcae Hesperides Somnia; quos omnis Erebo et Nocte natos ferunt. aut igitur haec monstra probanda sunt aut prima illa tollenda. Quid Apollinem Volcanum Mercurium ceteros 18 45
deos esse dices, de Hercule Aesculapio Libero Castore Polluce dubitabis? at hi quidem coluntur aeque atque illi, apud quosdam etiam multo magis. ergo hi dei sunt habendi mortalibus nati matribus. Quid Aristaeus qui oliuae dicitur inuentor Apollinis filius, Theseus qui Neptuni, reliqui quorum patres di, non erunt in deorum numero? quid quorum matres? opinor etiam magis; ut enim [in] iure ciuili qui est matre libera liber est item iure naturae qui dea matre est deus sit necesse est. itaque Achillem Astypalenses insulani sanctissume colunt; qui si deus est, et Orpheus et Rhesus di sunt Musa matre nati; nisi forte maritumae nuptiae terrenis anteponuntur. si hi di non sunt, quia nusquam coluntur, quo modo illi sunt? ' uide 46

---

arte Romanorum inueniuntur, diss. Gotting. 1881,25 *ss)* Amor Dolus *Ἀπάτην καὶ Φιλότητα Hes., quamquam cf p.* 366,1 *s.* Dolor *ci Betuleius, scripsit Ernestus* modus *V* Morbus *Buslidianus Gronouii tb (Ἄλγεα Hes.* Morbi *Verg. aliique* Morbus *Seneca Herc. fur.* 694 *Claudianus in Rufin.* I 32*)* Metus *dett Rom m (Verg. Sen.)* Metus Morbus *ci Moserus* Morbus Metus *c; an Νέμεσιν dicit (Hes.)?* labor, l *in ras, fuit* d *ut uid B. Πόνον Hes.* Inuidentia *Μῶμον Hes.? cf Tusc.* III 9,20 *s* IV 7,16

AHPVB 1 Fatum *Μόρον uel Κῆρα Hes.* Senectus *Γῆρας Hes.* Mors *Θάνατον Hes.* Tenebrae *non uidentur alibi inueniri* Miseria *Ὀιζύν Hes.?* Querella *Νείκεα Hes.* Gratia] Gaudia *ci Dauisius (*mala mentis Gaudia *Verg., et suspiceris Graece fuisse Χάριν scriptam pro Χαρᾷ quam nominat Clemens Alex. protr.* 2,26,4*), improbam gratiam intellegit c; sed cf p.* 365,20 Amor Dolus 2 Pertinacia *alibi non est (an Ἔριν καρτερόθυμον Hes.)* rarce *P, corr* p~ *V; Μοῖρας Hes.* *Ἐσπερίδας Hes.* Somnia *φῦλον Ὀνείρων Hes.* *οὔτινι κοιμηθεῖσα θεὰ τέκε Νὺξ ἐρεβεννή Hesiodus* 213*, sed* 125 *Ἐρέβει φιλότητι μιγεῖσα Aethera et Diem peperit* 5 dicit *P* 7 erghi *pr A* 8 arcteus *AHPVB* oliui *ci Oliuetus, cf accus.* IV 57,128 A. qui ut Graeci ferunt Liberi filius inuentor olei esse dicitur, *Plinius n. h.* VII 199 9 quineptuni *A* q**neptuni *rec ex* quen~ *et in his rursus ut uid* e *ex* i *V* qui*neptuni, *primo fuisse uid* qui *uel* que, *hoc corr* qud, *deinde rad restitutum* qui, ũ *ex* ū *B.* qui *cum Mediano del Dauisius tbmc, et possit librarii esse aberrantis ad illa* arcteus qui, *sed tamen non est cur uituperetur, modo* dicitur *ne seiungas ab* Apollinis filius dii sunt *Asc* 10 matres deae *dett Dauisius* opino2|** *ex* opini|or *B* in *cum dett Walkero auctore del Heindorfius* 11 *supra* item *add rec* ita *V* qui**dea* [ui *uel* iu, e] *B; dea* [e] *A* dee *cauda transfossa V* 12 Astypalenses *dett* as ty palisnse *A* astypalis nse *P* ~ ũ se *H* astipallis nse *V* astipalinsei *B, qui mihi uidetur archetypi scripturam referre, in quo peccatum propter insequentes* ins *(aliter Dieckhoffus p.* 19 *n.* 1*).* Astypalaeenses *Dauisius tbmc; est ut Μελιτεῖς a Μελίταια,* Apamenses *Ἀπαμεῖς ab* Apamea*, alia (Dittenbergerus Herm.* XLI 173*)* 13 sanctissimũ ecolunt *A* ~mã *(sic pr)* colunt *P* ~mume|*colunt *ex* ~mum|ecolunt *ft rec V; apparet in horum archetypo terminationes* ime *et* ume *fuisse coniunctas (aliter Dieckhoffus p.* 10. 19*)* etiam Orpheus *ci Heindorfius* &rhesus, rhe *in ras B* etheus

igitur ne uirtutibus hominum isti honores habeantur non immortalitatibus; quod tu quoque Balbe uisus es dicere. Quo modo autem potes si Latonam deam putas Hecatam non putare, quae matre Asteria est sorore Latonae. an haec quoque dea est; uidimus enim eius aras delubraque in Graecia. sin haec dea est, cur non Eume- 5
nides? quae si deae sunt, quarum et Athenis fanum est et apud nos ut ego interpretor lucus Furinae, Furiae deae sunt, speculatrices
47 credo et uindices facinorum et sceleris. Quod si tales dei sunt ut rebus humanis intersint, Natio quoque dea putanda est, cui cum fana circumimus in agro Ardeati rem diuinam facere solemus; quae 10
quia partus matronarum tueatur a nascentibus Natio nominata est. ea si dea est, di omnes illi qui commemorabantur a te, Honos Fides Mens Concordia, ergo etiam Spes Moneta omniaque quae cogitatione nobismet ipsis possumus fingere. quod si ueri simile non est, ne
19 illud quidem est haec unde fluxerunt. Quid autem dicis, si di sunt 15
illi quos colimus et accipimus, cur non eodem in genere Serapim Isimque numeremus. quod si facimus cur barbarorum deos repudiemus: boues igitur et equos, ibis accipitres, aspidas crocodillos

---

A &heus *HP* e,theus *V* 14 maritume**, e *in ras, ft fuit* h [ae] *A* ~tũ|hae *P* ~tũmę|ę *ex* ~tũ|e *V* 15 qui *ci Pearcius*

1 honorus *APB, corr* ~eus *V* immortalibus *pr ut uid A* ~litatib; *prior* t *in ras ex* b *pr B* *AHPVB* 2 dicere *p.* 287,18 *ss* 3. 4 *cf Hesiodus theog.* 409. 411 4 an *ex* in *V* an *in ras B* 5 Si *P; cf p.* 342,14 6 quae si deae sunt *et u.* 7 Furiae *del tb auctore Maduigio (et* Furiae *iam Heindorfio auctore Schuetzius), qui quod ita disputat 'in uolgata scriptura* quarum *cet. praue diuellitur ab illis* cur non Eumenides*, et, quod caput est, Eumenides et furiae separantur', non uidit ipsa illa interpositione* quarum *cet. transitum fieri ab Eumenidibus ad Furias, quas easdem esse non per se erat perspicuum. eandem interpretationem sequitur Plutarchus C. Gracch.* 17*; cf Wissowa de relig. Rom. (*1902*)* 193 ĩ* [t] *A* a*|themis *ex* ad|henis *A* ath~ *cum ras ex* adh~ *V* fan; *H* ~us *corr* ~u* *A,* ~ũ* *V* fanu *corr* ~ũ *B* 7 locus *H* lucos *P* lucus* [i?] *V* lucis *pr B* furinae *transfossum B* speculatrices *cf Cornutus de nat. deor.* 10 *Ἐρινύες . . ἐρευνήτριαι τῶν ἁμαρτανόντων* 8 esceleris *pr A* et scelerum *dett Manutius; cf* somniorum et furoris *de diu.* I 3,5 *sed ibid.* 32,70 somnii et f.*, de leg.* III 18,40 mentem ac uoluntates*, ubi* mentes *Lambinus,* uerbis atque motu *Tusc.* IV 19,43*, ne* terram et mare*,* terram et maria*,* terras et maria *nullo discrimine poni moneam* 10 circuim *P* circuimus *corr* ~cũi~ *B* facerereselemus *A* 11 tuą̃ *B* 12 cõmemorabunt *P* memorabant *pr B. p.* 287,4 *ss* 297,22 honor *B;* honos. fides. honos. fides *uix pr V* 14 ipsi *Dauisius tbmc sed* m *quidem 'non sine dubitatione'; nunc cf Lebreton 'études'* 148 fingere *in* n *nescio quid corr, atque altera quidem hasta ft in ras B* 16 accepimus *dett Ven tbmc; cf p.* 293,11 *supra* nere serapim *ras A* 17 *isim*qu*e [*hasta*] ism *in ras* [a] *fuitne* usumquae *B* nuremus *pr, corr rec AV* cur ceteros b. *ci Heindorfius* rerudiemus *corr* rep~ *rec A,* rep~ *V* 18 &quos, o *ex* e *ut uid, pr A;* et *cum Heindorfio omittendi causa nulla, futilior etiam Reinhardti opinio ('neue philol. Rundschau'* 1888,357*)* et equos *adiectum esse ex Taciti Germ.* 10*; cf uelut Smithi 'Religion der Semiten'*

pisces, canes lupos faelis, multas praeterea beluas in deorum numerum reponemus. quae si reiciamus, illa quoque unde haec nata sunt reiciemus. Quid deinde, Ino dea ducetur et *Λευκοθέα* a Graecis a nobis 48
Matuta dicetur, cum sit Cadmi filia, Circe autem et Pasiphae et Aeeta e Perseide Oceani filia natae patre Sole in deorum numero non habebuntur? quamquam Circen quoque coloni nostri Cercienses religiose colunt. ergo hanc deam ducis: quid Medeae respondebis, quae duobus auis Sole et Oceano *Ae*eta patre matre Idyia procreata est, quid huius Absyrtio fratri (qui est apud Pacuuium Aegialeus, sed illud nomen ueterum litteris usitatius). qui si di non sunt, uereor quid agat Ino; haec enim omnia ex eodem fonte fluxerunt. An Am- 49
phiaraus erit deus et Trophonius? nostri quidem publicani, cum essent agri in Boeotia deorum inmortalium excepti lege censoria, negabant immortalis esse ullos qui aliquando homines fuissent. sed

---

p. 219. 222 *uers. German.* ıbı *AG, corr* ıbe^{s} *rec V* ıbī *H* ıbeſ *P* accıpıtroſ *AP, corr* ~treſ *B* ~trē *G* ~tre^{s*}** *(e in ras) rec ex* ~t ro^{e}ſ *ut uid (r incerta) V* corcodrılloſ *P* crocod$_{r}$illoſ *rec V* crocodilos *dett tbmc, cf p.* 320,4 *AHPVB* 1 numero *PO ut p.* 369,19*; cf p.* 221,15 *antibarbarus Krebsianus u.* reponere 2 rejicimus *c; cf Lebreton 'études'* 363 unde*haec [a] *pr B* 3 dıceť *P* dục&ur *V* ducet̄ *corr* dı*c~ *B* leucothea *AVB* ~cho~ *G* ~cha~ *H* lecho~ *P. cf Tusc.* ı 12,28 4 matuta* [? *ut opinor*] *V* dıceť *ex* ~cıť *B* ſıt cadmı *H* ſıt$^{c}_{//}$admı *rec A* ſıt admı *P* ſıt|cadmı, c *add V* ſıt^{c}admı, t *ex* c *B* fılıa* [? *ut opinor*] *V* paſıphę *APV* ~eę *ut uid H* ~e *(*ſ ı *ex* u *pr ut uid) B* 4. 5 et Aeeta e *ex Ernesti coniectura (qui* ~tes e*; cf de fato* 16,36 *s, pugnat Maduigius de fin.* ıı 29,94*) t* & eae e *AHV* ¬ heę e *G* & æę e *P* &eae *(om* e*) B* et Aeaea *(i. e. Calypso, cf Propert.* ıı 12,31*)* e *ci c non probabiliter, cf u.* 8 *p.* 372,9 *Roscheri lex. myth.* ıı 1983 5 Perseide *Marsus* perſide *AHPV, corr* ~ę *B; cf Hesiodus theog.* 957 *Vsenerus de nom. deor.* 11 filia *dett Rom* fillae *A* fılıe, ıe *in ras rec, ex* fillę *V* fılıae *BHP* nati *Schoemannus opusc.* ıı 348 *tbmc; cf p.* 239,17 *Lebreton 'études'* 23*, quamquam in nominibus propriis huius licentiae exemplum nullum* patreſ *A* p*atre* [r, ſ] *V* pupat¬re *ex* purat re *B* numer*ō *ex* ~ū *B* 6 circem *AHPB, corr* ~n* *V; cf p.* 372,10 *m ad part.* ıı *uol.* ı *p.* 216,9 cerc*enſeſ [ı] *B* Circeienses *Marsus tbmc; Κερκίονς appellat Diodorus* xıv 102,4, Cerciensibus *scripsit Plinius n. h.* xxxıı 62 *(ex Muciano) teste Bambergensi (*Cerceiesibus *recentiorum potiores, cf Mommsenus* cıl x 1 *p.* 635 *Huelsenus encyclop. Wissow.* ıı 2565 *s). nunc cf thes. l. L. suppl. nom. propr.* 333 7 dean *corr* ~a^{m}n *rec A* ~ān *V* ducıſ *H, corr* dụceſ *rec A,* dı*ceſ *B* dıcıſ *P* dụcıſ *V* duces *tbmc; cf p.* 258,7. 365,9*, et per omnem istam disputationem praesens promiscue ponitur cum futuro* 8 duobus dis auis *Alanus c* Aeeta *dett Ald* &a *AHPVB* matre Idyia *dett Victorius (*matreque idyia *Marsus* matre idya *Ald)* matrıdyla *AHPB* ~dıla *V; cf Hesiodus theog.* 960 9 abſirtıo *P, ex* ~rcıo *B* ob|ſirtıo *supra* o~ *add rec* ł a *V* Absyrto *dett Rom tbmc recte ut uid, quamquam uide Vsenerum de nom. deor.* 18 Pacuuium *cf Medi fr.* xxıv *Ribb.* egıaleıuſ *potius quam* ~leuıſ *(quamquam sic pr F) B* 12 troſoniuſ *VB* ~njuſ *ex* ~neuſ *ft pr A* trıphoniuſ *P* 13 Boeotia *dett Asc* bo&ıa *APVB* ~ā *H, cf de diu.* ı 18,34. 34,74

si sunt i di, est certe Erectheus, cuius Athenis et delubrum uidimus et sacerdotem. quem si deum facimus, quid aut de Codro dubitare possumus aut de ceteris qui pugnantes pro patriae libertate ceciderunt. quod si probabile non est, ne illa quidem superiora unde
50 haec manant probanda sunt. Atque in plerisque ciuitatibus intellegi potest augendae uirtutis gratia, quo libentius rei p. causa periculum adiret optimus quisque, uirorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam. ob eam enim ipsam causam Erectheus Athenis filiaeque eius in numero deorum sunt, itemque Leonaticum est delubrum Athenis quod *Λεωχόριον* nominatur. Alabandenses quidem sanctius Alabandum colunt, a quo est urbs illa condita, quam quemquam nobilium deorum; apud quos non inurbane Stratonicus ut multa, cum quidam ei molestus Alabandum deum esse confirmaret Herculem negaret, 'ergo' inquit 'mihi Alabandus tibi Hercules sit
20 iratus'. Illa autem Balbe, quae tu a caelo astrisque ducebas, quam
51 longe serpant non uides: solem deum esse lunamque, quorum alterum Apollinem Graeci alteram Dianam putant. quod si luna dea est, ergo etiam Lucifer ceteraeque errantes numerum deorum optinebunt; igitur etiam inerrantes. cur autem arqui species non in deorum numero

---

1 hii* [ı] *rec A* ı *corr* ıı*, deinde* hı *V* ıı *H* hı *GB tbmc;* ſı hın ſunt dı *P AHPVB* erectheuſ *AHP, corr* erjc~ *B* eratheuſ *V; cf u.* 8 2 co$_{quo}$dro *B* 3 ceterıſ *ex* tet~ *B* pugnanteſ *ex* ~tıſ *A, pr P* 4 qudē *A* 5 manant *ex* ~nent *A* 5—8 *Lactantius diu. inst.* ı 15,6 quod Cicero de natura deorum docet dicens . . . *(p.* 287,18 *ss)* et alio loco 'atque . . . consecratam' 5 Atqui *P* atq; *corr* ~q^{ı}* *B* 6 acuendae *Lactantius Lallemandus;* augendae *adiuuandae ornandae* gratia aut quo *Lactantius* 8 *ante* conſecratā *add* ēē *B* erectheuſ *AHPV, corr* erjc~ *B, cf u.* ı 9 ,^{f}ılıaeq; *rec A* ılli ęque *(ita H), in mg* ſ· fılıae *V* Leonaticum *cum cruce tbm* Lei filiarum *Schuetzius* Leo natarum *(quo uocabulo Cicero non utitur) ex Lambini et P. Leopardi (emend.* xıx 22*) coniectura Nobbius c (hic deinde* quod *Λεωχόριον* id est Leonaticum nominatur*)* Leoidum *Wyttenbachio auctore Orellius* Leontidum *nescio quis doctus in exemplo Veneto a c adhibito Schoemannus opusc.* ıı 348. *Ciceronem ipsum ficto hoc uocabulo Graeci uocabuli uoluisse uim reddere iam Lambinus scribit esse qui putarent; quod si ita est, singulare sane est genus interpretandi ac ne illi quidem plane simile quo usus est p.* 364,9. 373,7 *et ft* 375,5 10 alabandenſ ıſ *AP* ~denſ hı^{e}ſ *V* ~denſıſ *B* Alabandis *ci t, cf p.* 362,23 *de diu.* ı 42,94 11 alabandū *media* a *in ras A* urb*ſ [ı] *B* 12 ſ^{r}ta tyonıcuſ, r *add pr, B* 13 moleſtıuſ *H* 15 ducebas *cf p.* 282,9 *ss* 292,4 *s* 16 ſolem deum, d *et hasta proxima antecedens in ras A* 17 putent *pr A* deaęeſt *A* de eſt *pr V* 19 *s Charisius* ı *p.* 117,16 *K.* arcuis Cicero de deorum natura libro ıı ı 'cur autem . . . ponatur'. *Priscianus inst.* vı 14,74 *p.* 259,3 *H.* excipitur arcus, quod differentiae causa quidam tam secundae quam quartae protulerunt. de caelesti enim id est de Iride Cicero dicens in ıı de deorum natura in i finiuit genetiuum: 'cur autem . . . reponatur'*; cf Nonius p.* 424 *s qui adfert Lucret.* vı 526 ar cuſ$_{qui}$ *rec A* arcı *H Priscianus* arei *G*

reponatur; est enim pulcher (et ob eam speciem, quia causam habeat admirabilem, Thaumante dicitur esse nata). cuius si diuina natura est, quid facies nubibus; arcus enim ipse e nubibus efficitur quodam modo coloratis; quarum una etiam Centauros peperisse dicitur. quod si nubes rettuleris in deos, referendae certe erunt tempestates, quae p. R. ritibus consecratae sunt. ergo imbres nimbi procellae turbines dei putandi. nostri quidem duces mare ingredientes inmolare hostiam fluctibus consuerunt. Iam si est Ceres a gerendo (ita enim dicebas), 52 terra ipsa dea est (et ita habetur; quae est enim alia Tellus); sin terra, mare etiam, quem Neptunum esse dicebas; ergo et flumina et fontes. itaque et Fontis delubrum Masso ex Corsica dedicauit, et in augurum precatione Tiberinum Spinonem Anemonem Nodinum alia propinquorum fluminum nomina uidemus. Ergo hoc aut in inmensum serpet, aut nihil horum recipiemus nec illa infinita ratio superstitionis probabitur. nihil ergo horum probandum est.

Dicamus igitur Balbe oportet contra illos etiam, qui hos deos 21 53

---

arqui, *deinde supra effectum rec* arcuſ, *cetera transfossa V* ar qui *rad corr* ar cui *B* arcuis *Charisius* ſpecieſ *ex* ſpıc~ *V*

AHPVB 1 ponatur *Charisius* pulchra *ci Dauisius; cf ad u.* 2 speciem *et* causam *locum mutare faciunt Marsus tbmc; at uidetur sic posse intellegi, quod arqui species nata uideatur causa admirabili, Arcum uel Irim natam dici Thaumante, eademque apud Platonem est ratio Theaet.* 155 *D οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας ἢ αὕτη (τὸ θαυμάζειν), καὶ ἔοικεν ὁ τὴν Ἶριν Θαύμαντος ἐκγονον φήσας (Hesiodus theog.* 265. 780*) οὐ κακῶς γενεαλογεῖν: utroque loco patris nomine causa dicitur significari* habet *dett Ernestus tb; cf p.* 241,6 2 dicitur Iris esse nata *Antonio Augustino, quem Vrsinus laudarat, auctore tbmc,* dicitur e. natus *dett Asc (cf ad u.* 1*),* dea d. e. nata *Reitzensteinus; uariatio generis ft inde nata quod non* Arcus *scripsit sed* Arqui species *commixta, ut disputatio ferebat, re cum deo, qua de figura cf Hauptius opusc.* II 171. *ceterum* arcus *plurali numero feminino genere posuit Ennius ann.* 409 *Vahl.* esse *om dett Dauisius* nata, ~a *in ras rec ut uid, fuitne* e *A* Cuiuſ *A* 4 coloratis *Dauisius* ~tuſ *AHPVB; cf Seneca nat. quaest.* I 3,1 centauro *pr A* 5 rettuleriſ *A,* t *prior ex* I *ut uid V* retul~ *HPB* tempeſtateſ, e *tertia ex parte in ras, uid* u *fuisse A. cf* CIL I 32 6 nimbi *rad ex* nymbi *B* 8 fluctibuſ *cum ras ex* fr~ *(sic PV) A* tam *HPV* tum, u *in ras rec A* agerendo *cum ras ex* ~da *ut uid A* dicebas *p.* 291,8 9 telluſ| in *V* 10 terramare *ex* ~rā are *B* terra mater *AHPV* dicebas *p.* 290,13 11 Masso *scripsi* marſo *AHPVB* Maso *Marsus (cf Victorius uar. lect.* XXXVIII 19*) tbmc; cf epist.* IX 21,2 *Val. Max.* III 6,5 *(*Maso *act. triumph. Capitol. a. u.* 523 *Plinius n. h.* XV 126*)* ſcorſica *B* 12 augurem *V* anemon*em *(ex* ~mem*) H* Anionem *ci Heindorfius (cf Brut.* 14,54*)* Almonem *Vrsino auctore (cf Cluuerius Ital. antiq.* II 10 *p.* 718*) Dauisius tbmc. et sane Anemonem fluuium fuisse constat Galliae cispadanae, Almonem Latii; sed cum ne Spino quidem et Nodinus aliunde noti sint (itaque illa quoque nomina mendosa esse suspicabatur Cluuerius), uereor nomen mutare; cf Brausius 'librorum de disciplina augurali . . . reliquiae'* I *(diss. Lips.* 1875*)* 17 nodũ *(d ex* N *pr) pr B* 14 aut ſi nichil *H* honorum *AB, pr V* bonoꝝ *P* recipim' *H* 15 probabit *ex* ~bauit *V* prabandum *A* 16—*p.* 376,13 *post p.* 364,14 *traiecit c, quod laudauit Reinhardtus p.* 62 *s, refutauerunt Hirzelius relat. acad. Saxon.* 1896,303 *n.* 2 *Mi-*

ex hominum genere in caelum translatos non re sed opinione esse dicunt, quos auguste omnes sancteque ueneramur. Principio Ioues tres numerant i qui theologi nominantur, ex quibus primum et secundum natos in Arcadia, alterum patre Aethere, ex quo etiam Proserpinam natam ferunt et Liberum, alterum patre Caelo, qui genuisse Mineruam dicitur, quam principem et inuentricem belli ferunt, tertium Cretensem Saturni filium, cuius in illa insula sepulcrum ostenditur. Dioscoroe etiam apud Graios multis modis nominantur: primi tres, qui appellantur Anactes Athenis, ex rege Ioue antiquissimo et Proserpina nati Tritopatreus Eubuleus Dionysus, secundi Ioue tertio nati et Leda Castor et Pollux; tertii dicuntur a non nullis Alco et ✻ Melampus euiolus Atrei filii, qui Pelope natus fuit. Iam Musae 54 ✻ primae quattuor natae Ioue altero nata et Thelxinoe *A*oede Arche

---

chaelis p. 8 *ss Croppus p.* 34*; cf ad p.* 364,15. *catalogi huius reliquias Tullianas cum ceteris compositas habes apud c p.* 202 *ss Michaelem p.* 70 *ss Bobethum p.* 60 *ss; adscribam quae e re esse uidebuntur* 16 hos] eos *tb*

2—8 *Lactantius diu. inst.* I 11,48 Cicero de deorum natura cum tres *AHPVB* Ioues a theologis enumerari diceret ait tertium fuisse Cretensem Saturni filium, cuius in illa insula sepulchrum ostenditur*; idem de ira Dei* 11,8 *(cf p.* 256,8 *ss)* uetustissimi Graeciae scriptores, quos illi theologos nuncupant . . . [9] et secutus eos Tullius tertio de natura deorum libro dissoluit publicas religiones *(cf p.* 379,3 *s). Arnobius* IV 14 aiunt igitur theologi uestri et uetustatis absconditae conditores, tris in rerum natura Ioues esse, ex quibus unus Aethere sit patre progenitus, alter Caelo, tertius uero Saturno, aput insulam Cretam et sepulturae traditus et procreatus 3 II *AHV* III *G* III *P* III *B* 6 Mineruam *cf p.* 376,2 7 c·ætenſem *ex* carenſem *B* ſepulc*rum *(scribere coeperat* ~lch~ *ut H) V* ſepuchrum *B. cf Min. Fel.* 21,8 8 Dioscoroe *scripsi* dioſcorẹe *A* ~rte *H* dioſcoride *P* dio_ſcor|te, *in mg rec* aꝛ dioſco2ide *V* dioſcorce *corr* ~rae *B* Dioscuri *Marsus* Διόσκουροι *Asc* II *tbmc* 9 anactheſ *H* ~theſ *pr ut uid B* Anaces *Marsus m necessitate nulla, etsi Atticos ita locutos constat* appellantur Athenis *recte iungit Boherius,* Athenis nati *cum aliis t* antı*quiſſimo [ſ] V* 10 Tritopatores, Zagreus Eubuleus *Hemsterhusio (ad Luciani deor. dial.* 26,1*) auctore Schuetzius* Tritopatores, Triptolemus E. *Fr. Rinckius apud t cl Pausan.* I 14,2 *(addit c Clem. Alex. protr.* 2,20,2*); cf Dittenbergerus syll. inscr. Graec.* 443 *ed.* II eubuleſ *H* ~leuſ *V* Dionysus *Dauisio auctore Ernestus* dionıſyuſ *A* ~ſiuſ *HVB* dẏonıſiuſ *P; cf* CIG II 1948 *(Iessenus encyclop. Wissow.* VI 863,64 *Kernius ibid.* V 1028,31*)* secundi duo *dett Dauisius* lāpuſo· 11 leda *V* laeda *B* 12 melampuſ ouıoluſ *A* meuıoluſ *B* M. et Tmolus *(proauus Atrei, ex quo huius filium nominatum) ex Dauisii coniectura Schuetzius tbm (poterat propius a codicum apicibus* Timolus*, cf pro Flacco* 3,8 *Bureschius Claro* 11 *ss). hariolari si licet in ista obscuritate doctrinae, coniecerim* M. et Eucolus*; sic enim et Aesculapium uocatum constat et uocari potuisse heroas consentaneum est artis medicinae peritos, id autem commune Alconis et Melampodis* Atrei . . . fuit *del Goethius, quod illi ut Ioue nati adferantur, sed ipso Pelopis nomine uid eorum stirps ab Ioue repeti; cf Hirzelius relat. acad. Saxon.* 1896,287 *n.* 1 atʀegı *A* filı *A, pr VB* 13 quat|tuo *pr B* natae *del tbmc probabiliter* nata aethej xınoneoedearche *A* nate &*theıxınone cede arche *H* nata et theıxı nēoe de arche *P* nata. &theı_xınon_eo. edearche. *V* nata & theıxı none oedearche *corr* ~ noneoe*dearche *B.* nata et *om dett Marsus; pro iis* natae *tbmc,* et Neda *cl Pausan.* IV 33,1 VIII 47,3 *Creuzerus, et sane expectes cum Heindorfio nomen matris, quod intercidisse* et *retinens significat Klotzius.*

Melete, secundae Ioue tertio et Mnemosyne procreatae nouem, tertiae [Ioue tertio] Piero natae et Antiopa, quas Pieridas et Pierias solent poetae appellare, isdem nominibus et eodem numero quo proxumae superiores. Cumque tu solem quia solus esset appellatum esse dicas, Soles ipsi quam multi a theologis proferuntur. unus eorum Ioue natus nepos Aetheris, alter Hyperione, tertius Volcano Nili filio, cuius urbem Aegyptii uolunt esse eam quae Heliopolis appellatur, quartus is quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur, *pater* Ialysi Camiri Lindi Rhodi, quintus qui Colchis fertur Aeetam et Circam procreauisse. Volcani item complures: primus Caelo natus, ex quo et Minerua Apollinem eum cuius in tutela Athenas antiqui

Thelxinoe *restituit Iac. Gronouius* (Thelxiope *Marsus*), Aoede *Dauisius, cf Tzetzes in Hesiodi opera p.* 23 *Gaisf.* *Ἄρατος δὲ ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἀστρικῶν τέσσαρας λέγει, Διὸς τοῦ αἰθέρος καὶ πλουσίας (Πιερίας Maassius Arateorum p.* 211*)* *νύμφης, Ἀρχὴν Μελέτην Θελξινόην καὶ Ἀοιδήν. uidetur tamen fieri posse ut hoc loco ipsa Thelxinoe Musarum mater dicta sit et Mnemes nomen intercident (ft primo filiarum loco, ut codicum litterae* theixinone *eius uestigium seruent), quod pro* Arche *Marsus habet: Μελέτην καὶ Μνήμην καὶ Ἀοιδὴν uocat Pausanias* IX 29,2 *auctore Hegesino*

AHPVB 1 m nemo fine *B* nemo fine *AHPV* tertię *cum ras corr* ~10 *ft pr A* Tertio *ft pr P* 2 Ioue tertio *del Gronouius* pierio *P. cf Pausanias* IX 29,3 *(Ouid. met.* V 302) pierıdaſ, ı *prior red ut uid A* Pierias *dett Rom Ven* pleriaſ *AHVB* pehaſ *P. quis ita dixerit nescio* 3 ⌝ *i. e.* et *add rec V* edem *B* proximae *dett Marsus* ~ume *AGB tb* ~ıme *HPV; cf p.* 127,3 *Maduigius aduers. crit.* II 243 *n.* 4 appellatū*, ū *ex* u *rec A* ~tuſ *V* apellat *B* dicas *p.* 292,6 *s* 5 quā*, ā *ex* a [m*?*] *A* 5—10 *Arnobius* IV 14 quinque Soles . . ., ex quibus ut referunt Sol primus Iouis filius dicitur et Aetheris habetur nepos, secundus aeque Iouis et Hyperiona proditus genetrice, tertius Volcano, non Lemnio set Nili *(*nisi *cod)* qui fuerit filius, quartus Ialysi *(*al~ *cod)* pater, quem Rhodi *(*~ii *cod)* peperit heroicis temporibus Acantho *(*achanto *cod),* quintus Scythici regis et uersipellis habetur Circae 6 Hyperione *patre, non matre ut cum Arnobio intellegit Iouis patris nomen in codicibus omissum suspicatus Crusius lex. mythol. Roscher.* I 2842, *uide Bobethum p.* 15 *s* 7 urbem *add B* aegẏptıı *ft ex* ~tı *V* elıopolıſ *AH* helıo_polıſ *V* aelıopollıſ *B* 8. 9 is cui *(hoc Dauisio auctore;* qui *dett Rom)* h. t. Cercaphum Rhode p. d. patrem I. C. L. unde Rhodii *Swainson apud c temere* 8 acantor hodı *AH, corr* ~to,r_h~ *V* acantu rhodı *P* acantorh¯odı*, h¯ *add* [e*?*] *B* 9 pater *ex Arnobio satis probabiliter add Dauisius,* auum *Marsus cl Pindari Olymp.* 7,73, *lacunam signant tbm (plura intercidisse censens t), corruptelam usque ad* Rhodi *pertinentem c* Camiri *Marsus* cameri *AHPVB* Lindi Rhodi *t (&* lindi & rhodo *Marsus)* tınder hodı *A, corr* ~de,r¯hodı· *V* ~rh~ *H* tınde rhodı *P* tynde rhodı *B.* Lindi *certum, de Rhodo autem quarto fratre cum nihil alibi sit traditum, non inepta est hac quidem parte Creuzeri coniectura a Mosero recepta* Lindi, unde Rhodii *(cf p.* 144,8*; Plin. n. h.* V 132*); plura non mouenda* eetā *Marsus* a &am *corr* a_e* am *A* ętā *H* ætā *P* a_&am *V* a&am *B* 10 cırcam *corr* cırtam *B; an* Circen *ut p.* 368,6 10—*p.* 373,5 *Lydus de mens.* IV 86 *(54)* *Ἥφαιστοι τέσσαρες· πρῶτος Οὐρανοῦ καὶ Ἡμέρας, πατὴρ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἀθηναίων ἀρχηγέτου· δεύτερος Νείλου παῖς, ὃν Αἰγύπτιοι καλοῦσι Φθᾶν· τρίτος ὁ Κρόνου καὶ Ἥρας ὁ Λήμνιος, ὁ χαλκευτής· τέταρτος Ἥφαιστος ὁ Μαντοῦς ὁ Σικελιώτης, ἐξ οὗ Ἡφαιστιάδες αἱ νῆσοι 10 Vulgani *P;* uolcanı*ıtē *(supra* o *add rec* ı v*)* [ı *nisi forte punctum*] *V* uolcanı*ıtē [; *ut uid*] *B*

10. 11 *forsitan fuerit* natus et Die ex quo, *cf Lydus et p.* 375,8 11 Apollinem *scil. natum ferunt theologi, cf p.* 291,4. 374,9. 376,1. Athenae sunt, antiqui *Forchhammerus p.* 53

historici esse uoluerunt, secundus [in] Nilo natus Opas ut Aegyptii appellant, quem custodem esse Aegypti uolunt, tertius ex tertio Ioue et Iunone, qui Lemni fabricae traditur praefuisse, quartus Maemalio natus, qui tenuit insulas propter Siciliam quae Volcaniae nominabantur. Mercurius unus Caelo patre Die matre natus, cuius obscenius excitata natura traditur quod aspectu Proserpinae commotus sit, alter Valentis et Phoronidis filius is qui sub terris habetur idem Trophonius, tertius Ioue tertio natus et Maia, ex quo et Penelopa Pana natum ferunt, quartus Nilo patre, quem Aegyptii nefas habent nominare, quintus quem colunt Pheneatae, qui Argum dicitur inter-

1 ſtorıcı *B. quos dicat aut quem Apollinem incertum (cf p.* 374,10*)* in *AHPVB om dett Rom Ven, cf p.* 372,6 opoſ *H* Phthas *scribendum primus dixit Gyraldus hist. deor. gentil.* XIII, *scripsit Dauisius tbmc; ego illud reliqui errorem aliquem subesse suspicatus* aegẏptıı *ft ex* ~tı *V* 2 aegẏptıı *ft ex* ~tı *V* 3 lemnı* *fabricae [*utrobique* ı *uel* II *litt*] *B* Maemalio *Vsenerus nou. ann.* CXXXIX *(*1889*)* 391 mem~ *AGPVB* (men~ *H) mc, corruptelam indicant tb* 4 nominantur *Lambinus; imperfectum teneri potest, siue nomen Ciceronis aetate in usu fuit siue non fuit* 5—*p.* 374,3 *uide Lactantium ad u.* 10 *ss exscriptum. Seruius in Aen.* I 297 Cicero in libris de deorum natura plures dicit esse Mercurios. *idem in Aen.* IV 577 sciendum est secundum Tullium in libris de deorum natura tres esse Mercurios, superum terrenum inferum *(confusa haec ut alia Seruii). Arnobius* IV 14 nam Mercurius primus qui in Proserpinam dicitur genitalibus adhinniuisse subrectis, supremi progenies Caeli, sub terra est alter Trophonius qui esse iactatur, Maia tertius matre et Ioue procreatus sed tertio, quartus suboles Nili est cuius nomen Aegyptia gens horret et reueretur expromere, quintus *(uide u.* 10 *ss). Seruius Danielinus in Aen.* IV 577 non nulli tamen quattuor Mercurios tradunt, unum Caeli et Diei filium amatorem Proserpinae, alterum Liberi patris et Proserpinae filium, tertium Iouis et Maiae, quartum *(uide u.* 10 *ss); cf idem in Aen.* I 297 5 cuiuſ *add B* 7 al*ter [ı] *V* Valentis *cf Wilamowitzius Isylli* 81 *n.* 54 foronıdıſ *AHPVB* Coronidis *Dauisio auctore Heindorfius tbm, et sane huius Mercurii p.* 374,5 *Aesculapius scribitur fuisse frater, eum autem filium* *Ἰσχυος τοῦ Ἐλάτου καὶ Κορωνίδος *dicit Lydus de mens.* IV 142 (90) *(cf Thraemerus encyclop. Wissow.* II 1644 *ss); tamen potest aliquo modo esse erratum uel a Cicerone uel ante eum* fılȷuſ *ex* filuſ *B* 8 trofonıuſ *AHVB* trıf~ *P* tertıoſ *A* tertıoſ *ex* ~ıuſ *A* mala *AGPVB, ra*l *corr* maıa *MN* poene lopa *A;* penelopā *(*Pana *om) P* poene_lopa¦pana *V* 9 ɴefa*ſ [n *ut uid*] *A* nefaɲſ *VB* 9. 10 habꝫ nominare¦, are *propter rugam membranae deformes A* 10—*p.* 374,3 *Lactantius diu. inst.* I 6,2 apud Ciceronem C. Cotta pontifex disputans contra Stoicos de religionibus et uarietate opinionum quae solent esse de diis . . . quinque fuisse Mercurios ait et enumeratis per ordinem quattuor quintum fuisse eum a quo sit Argus occisus, ob eamque causam in Aegyptum profugisse atque Aegyptiis leges ac litteras tradidisse. [3]hunc Aegyptii Thoyth *(sic regius:* THOYTN *uel* ΘΕΟΥCEN *uel* ΠΗΟΥΤΟΝ factorem *uel* ΠΗΟΥΤΗ *ceteri)* appellant, a quo apud eos primus anni sui mensis id est september nomen accepit. idem oppidum condidit quod etiam nunc Graece uocatur Mercurii ciuitas, et Faeniatae *(sic uel* fen~ *uel* fenitae *codd)* colunt eum religiose*; idem de ira Dei* 11,12 Hermes quem Cicero ait in numero deorum apud Aegyptios haberi, *cf epit.* 4,4. *Arnobius l. d.* quintus Argi est interemptor, fugitiuus atque exul et proditor apud Aegyptum litterarum. *Seruius Dan. in Aen.* IV 577 *(cf u.* 5 *ss)* quartum Cyllenii filium, cuius mater non proditur, a quo Argus clam *(*quidam *Turonensis)* occisus est, qui hoc metu[m] in Aegyptum profugit et ibi inuenisse primum disciplinam litterarum et numer⟨or⟩um dicitur, qui lingua Aegyptiorum aıvo appellatur, de

emisse ob eamque causam Aegyptum profu*g*isse atque Aegyptiis leges et litteras tradidisse: hunc Aegyptii Theyt appellant, eodemque nomine anni primus mensis apud eos uocatur. Aesculapiorum primus Apol- 57
linis, quem Arcades colunt, qui specillum inuenisse primusque uolnus dicitur obligauisse, secundus secundi Mercuri frater: is fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosuris; tertius Arsippi et Arsinoae, qui primus purgationem alui dentisque euolsionem ut ferunt inuenit, cuius in Arcadia non longe a Lusio flumine sepulcrum et lucus ostenditur. Apollinum antiquissimus is quem paulo antea e Volcano 23
natum esse dixi custodem Athenarum, alter Corybantis filius natus in Creta, cuius de illa insula cum Ioue ipso certamen fuisse traditur, tertius Ioue tertio natus et Latona, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse, quartus in Arcadia, quem Arcades Nomionem appellant quod ab eo se leges ferunt accepisse. Dianae item plures, 58
prima Iouis et Proserpinae, quae pinnatum Cupidinem genuisse dicitur,

---

cuius nomine etiam mensis dictus est 10 fo͛eneatae *ft pr A* feneatę *H* ~e *P* ~ate͛ *V* faeneat(a)e *BG* dicit argentū *P;* argentum *V* argentum *rec A*

AHPVB 1 aegy͛pto profuiſſe, to *in ras A* ægipto ꝓfuiſſe *P* aegy͛ptū profuiſſe *supra* pro *add rec* t pre *V* aegyptū ꝓfuiſſe *corr* ~to ⁎pfuiſſe *B.* in Aegyptum *cum Lactantio Dauisio auctore Schuetzius b, quod etiam Meuselius pro certo habet ad Caes. b. c.* III 106,1; *cf Woelfflinus arch. lexicogr.* VII 581 *s Landgrafius ibid.* X 391 *ss* aegy͛ptiſ *pr AV* ~tiſ *ex* ~ti *B* 2 aegyptij *ex* ~ti *rec A* ~ti *VHB* Theut *mg Asc* II theyn *A* theyr *HV* them *P, corr* thevn *B* thoyth *Marsus* Thoth *cum 'ueteribus libris' Vrsini Dauisius* Theuth *tbmc; cf Pietschmannus Herm. Trismeg.* 31 *s* que *om V* 4 quē⁎archadeſ, ē *ex* e [n *uel* m] *V* quaemarcadeſ *B* qui ſpeculū *P* qui/ſ_pecillū *supra extrema add rec* t v-lū *V.* ὃς ἐξεῦρε μήλην *Lydus de mens.* IV 142 *(90)* 5 obl͛gauiſſe *ex* ~leg~ *B* 5. 6 *Lactantius diu. inst.* I 10,2 Aesculapius . . . Tullius etiam Cynosuris ait sepultum; *idem epit.* 8,2 hic Epidauri moratus est, Cynosuris ut Cicero ait sepultus, cum esset ictu fulminis interemptus. *Clemens Alex. protr.* 2,30,2 οὗτος μὲν οὖν κεῖται κεραυνωθεὶς ἐν τοῖς Κυνοσουρίδος ὄρεσιν 6 gy̆noſuriſ *AH* gin~ *supra* g *add rec* t c *V* 6. 7 *Lydus de mens.* IV 142 *(90)* τρίτος Ἀρσίππου καὶ Ἀρσινόης τῆς Λευκίππου· οὗτος εὗρε τομὴν καὶ ὀδοντάγραν, καὶ τάφος αὐτῷ ἐν Ἀρκαδίᾳ 6 arſipi *H;* arſippie tarſiõe *A* ~e tarſinoę *P* 7 alui d. euolsionem *om H;* alu,dentiſq; *rec A* aludentiſ q; *ex* auid~ *B* 8 Lusio *cf Pausan.* VIII 28,2 flumine, flu *in ras B* lucuſ *supra* lu *add rec* t o *V* 9 antiquiſſimiſ *pr V* *puto* ante. *p.* 372,11 10 corbantiſ *AB* cho~ *H.* ex Corybante *Ampelius* 9,6 τὸν Κύρβαντος *Clem. Alex. protr.* 2,28,3 11 fuiſe⁎tradi͛tur, e tr *in ras A* 12 terticiſ *uix pr A* ex] & *A* 12.13 delfoſ f⁎eī, o *partim in ras* [u] *B.* Delon *ci Ernestus; cf Wernickius encyclop. Wissow.* II 27 13 *Clemens l. d.* τέταρτον τὸν Ἀρκάδα τὸν Σιληνοῦ· Νόμιος οὗτος κέκληται παρ' Ἀρκάσιν. *Ampelius l. d.* quartus Sileni filius in Arcadia 13 quartus Sileni filius *ci c* Νόμιον *auctore Huetio demonstrat. euang.* IV 8,3 *Heindorfius tbmc;* Nomionem *cl de orat.* I 59,251 *(ubi* munionem *codd) defendit Cima 'bollettino di filol. class.'* VII 65, *cf Vsenerus de nom. deor.* 18; *tamen de utroque loco dubito* 14 legiſ *P, corr* ~eſ *AVB. cf Wernickius l. d.* 61,54 accipiſſe *AB* 15 pennatū *B. cf p.* 376,6; Ἔρως ὁ ὑπόπτερος *(Veneris tertiae filius) Lydus de mens.* IV 64 *(44)*

secunda notior quam Ioue tertio et Latona natam accepimus; tertiae pater Vpis traditur Glauce mater: eam saepe Graeci Vpim paterno nomine appellant. Dionysos multos habemus, primum Ioue et Proserpina natum, secundum Nilo, qui Nysam dicitur interemisse, tertium Caprio patre, eumque regem Asiae praefuisse dicunt, cui Sabazaea 5
sunt instituta, quartum Ioue et Luna, cui sacra Orphica putantur confici, quintum Niso natum et Thyone, a quo trieterides constitutae
59 putantur. Venus prima Caelo et Die nata, cuius Eli delubrum uidimus, altera spuma procreata, ex qua et Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus, tertia Ioue nata et Diona, quae nupsit 10
Volcano, sed ex ea et Marte natus Anteros dicitur, quarta Syria Cyproque concepta, quae Astarte uocatur, quam Adonidi nupsisse

---

1 nitior *pr V* latonatam *rec A* lato,natā *V* *AHPVB*

1 tertiae . . . accepimus *u.* 10 *om H* 1. 2 tertia⁎patre [e] re *in ras B APVB*

2 Ὑpiſ *ex* opiſ *rec A, cuius primitiuae scripturae nihil tribuendum, quamquam etiam Ὥριν uocauerunt Graeci (cf Wernickius l. d.* 1402,9 *ss) et Ampelius* 9,7 tertia quae uocatur Ops de Glauce mat̄ *corr* mat͛re *B* 3 dꝛoniſoſ *corr rec* ~nyſoſ *A* δ͛yoniſioſ *P* 3. 4 proſerpinꝺ·tum *ex* ~natum *A* ꝓſerpi/·natum *V* 4 nyſam *ex* ~an *A* niſā *V, corr* nȳſā *B* Nysum *dubitans ci c,* Nysae d. interiisse *eodem modo idem,* Nysam d. condidisse *Marsus* 5 *Lydus de mens.* IV 51 *(38)* τρίτος Καβείρου παῖς, ὅστις τῆς Ἀσίας *add Creuzerus)* ἐβασίλευσε, ἀφ' οὗ ἡ Καβειρικὴ τελετή. *Ampelius* 9,11 tertius de Cabiro, qui regnauit in Asia 5 caprỹo *P* caprỹo *V* Cabiro *ci Betuleius* (Cabro *operae) et Iac. Gronouius, scripsit Lallemandus tbmc recte ut opinor (cf Lydus), quamquam cf cognomina Dionysi* Ἐλαφιώτου Ἐριφίου Ἐρίφου ahiae *ex* iſ~ *B* perfuiſſe *pr V* cui Sabazea *Marsus,* 'ex *perantiquo Sigonii libro' Manutius* ~zia *recte puto Lambinus tbmc* cuiuſ aba zea *A* cuiuſ abazaea *PV (nihil corr)* cui; abaza_ea *B* cui Cabiria *Creuzero auctore Orellius* 6. 7 *Lydus l. d.* τέταρτος ὁ Διὸς καὶ Σεμέλης, ᾧ τὰ Ὀρφέως μυστήρια ἐτελεῖτο καὶ ὑφ' οὗ οἶνος ἐκεράσθη. *Ampelius l. d.* quartus ex Saturnio et Semela ** dicunt 6 Luna *a Cicerone positum esse, quod pro* Σεμέλης *falso scriptum esset* Σελήνης, *Moserus coniecit multique post eum adfirmarunt, contra disputat Bobethus p.* 52 *s.* Thyona *Wieselerus 'Gött. gel. Anz.'* 1891,606 7 confeci *pr AV* 7. 8 *Lydus l. d.* πέμπτος ὁ Νίσου καὶ Θυώνης, ὃς κατέδειξε τριετηρίδα *(sacra . . quae trieterica dicuntur Hyginus fab.* 131) 7 nỹſo *P ft recte; cf Lydus Hyginus fab.* 131. 167. 179 thione *PB* 8 Οὐρανοῦ καὶ Ἡμέρας *Lydus* IV 64 *(44)* diena,ta *sic A* elidelubrum *A* eli / del~ *P* eli,dul~ *rec V* heli del~ *pr B* elide del~ *M tm ft recte, quamquam* Eli negotiatus est *libri habent epist.* XIII 26,2 *(cf ibi m). uide Paus in.* VI 25,1 uidemuſ *supra* de *add rec* t i *V* 8. 9 *Lydus l. d.* ἑτέραν δὲ ἐξ ἀφροῦ, ἐξ ἧς καὶ Ἑρμοῦ Ἔρως ἐτέχθη. *cf p.* 376,7 10. 11 *Lydus l. d.* τρίτην Διὸς καὶ Διώνης, ἐξ ἧς καὶ Ἄρεος τεχθῆναί φασιν Ἀντέρωτα; *idem infra* τετάρτην Διὸς καὶ Διώνης, ἣν ἔγημεν Ἥφαιστος, λάθρᾳ δὲ αὐτῇ συνελθὼν Ἄρης ἔτεκε τὸν Ἀντέρωτα

10 tertio *ex* tercio *B* 11 ante,roſ *A* ~roſ *B. cf p.* 376,8 11. 12 *AHPVB* *Lydus l. d.* τετάρτην τὴν Συρίας καὶ Κύπρου τὴν λεγομένην Ἀστάρτην. *Ampelius* 9,9 quarta Cypri et Syriae filia quam Adon habuit 11 *supra* ſi͛ria *add rec* t ſi͛ria *V* 12 Cyproque *anonymus in exemplo Ven a c adhibito, Creuzero auctore Moserus* cy͛roq; *AHPV* cyro|quae *ex* ciro|~ *B* Cinyraque *ci c p.* LXXXVIII *cl Tac. hist.* II 3 *nullo modo probabiliter, cf* Κύπρις Κυπρογενής. *sed* Syria Cypro-

proditum est. Minerua prima quam Apollinis matrem supra diximus, secunda orta Nilo, quam Aegyptii Saietae colunt, tertia illa quam a Ioue generatam supra diximus, quarta Ioue nata et Coruphe Oceani filia, quam Arcades *Κορίαν* nominant et quadrigarum inuentricem ferunt, quinta Pallantis quae patrem dicitur interemisse uirginitatem suam uiolare conantem, cui pinnarum talaria adfigunt. Cupido primus Mercurio et Diana prima natus dicitur, secundus Mercurio et Venere secunda, tertius qui *i*dem est Anteros Marte et Venere tertia. Atque haec quidem *et alia* eius modi ex uetere Graeciae fama collecta sunt, quibus intellegis resistendum esse, ne perturbentur religiones. uestri autem non modo haec non refellunt uerum etiam confirmant interpretando quorsum quidque pertineat. 60

Sed eo iam unde huc digressi sumus reuertamur. Num censes 24 61
igitur subtiliore ratione opus esse ad haec refellenda? Nam mentem fidem spem uirtutem honorem uictoriam salutem concordiam ceteraque huius modi rerum uim habere uidemus non deorum. aut[em] enim in nobismet insunt ipsis ut mens ut spes ut fides ut uirtus ut concordia, aut optandae nobis sunt ut honos ut salus ut uictoria;

---

que concepta *mire (cf thes. l. L.* IV 56,1. 79 *ss), quasi dubitauerit aperte uirum uocare Cyprum*

AHPVB 1—6 *Arnobius* IV 14 'sed et Mineruae' inquiunt '. . . quinque sunt, ex quibus prima non uirgo sed ex Volcano Apollinis procreatrix, Nili altera proles et quae esse perhibetur Aegyptia[e], stirps Saturni tertia est et quae usum excogitauit armorum *(cf p.* 371,6*)*, Iouis quarta progenies quam Messenii Coryphasiam nuncupant *(cf* 16 cui Coryphasiae nomen est uel ex Coryphae matris signo uel . . .*)*, et quae [cory] Pallantem occidit patrem incestorum adpetitorem est quinta' 1 apollonıſ *A, corr* ~lınıſ *V* supra *p.* 372,11 2 orta a Nilo *ci Reidus ad Acad. p.* 89,12 *cl Maduigio de fin.* V 24,69, *ubi tamen in libris est* orta uirtutibus *ut (quod attulit c) in Anton.* II 46,118 quibus ortus sis *et de off.* I 32,116 obscuris orti maioribus aegyptı* ſaletae *ex* ~tııſ al~ *B;* ſalaetae *A* ſaletę *HP;* ſal&ę c *in ras pr ut uid V.* Saitae *Marsus tbmc,* Saietae *praetuli i. e. Σαιῆται ut Ἰουλιῆται, cf Dittenbergerus Herm.* XLI 188 *(Wackernagelius archiu. lexicogr.* XIV 14*)* a *om V* 3 supra *p.* 371,6 corufe *AHPB, rad corr* ~ſe *sed supra haec add rec* ł fe *V* Coryphe *(*~ri~*) Ven tbmc; cf Mnaseas Europae* I *ap. Harpocrat. u. ἱππία Ἀθηνᾶ* 4 corıan *AHPV* ~am *O* ~an* [t] *B* Coryphasiam *ex Victorii (uar. lect.* IX 15*) coniectura Lambinus, cf Arnobius (ad u.* 1 *ss) et Clemens Alex. protr.* 2,28,2 *ἦν Μεσσήνιοι Κορυφασίαν ἀπὸ τῆς μητρὸς ἐπικεκλήκασιν (Pausan.* IV 36,2*) Ampelius* 9,10 quadrigas iunxit 5. 6 *Ampelius l. d.* haec patrem occidit pro suae uirginitatis obseruatione, quia eius cupidus fuit, unde et Pallas dicta est 6 uĝolare *pr ut uid B* pınarum *corr* pen~ *A* *talarıa [a] *B* 8 qui idem *dett Dauisio auctore Lallemandus* quıdem *AHPVB* ante^ne^ roſ *ut p.* 375,11 *AB* tertıa* [e] *A* 9 atq: *post* quıdem *add V, & B;* aliaque *Dauisio auctore tbmc,* et alia *malui, cf p.* 377,7 *de diu.* I 56,128 13 eo *ad p.* 364,2 *uel* 14 14. 15 *cf p.* 287,3 *ss* 16 ʰuıuſ *pr B* eıuſ *AHPV tbmc; in archetypo putes* uıuſ *fuisse* aut** [em] *A* autē *P* autem *V* aut* *B* 17 enī*, ī *ex* I [e *uel* t] *B* ut spes *om dett Rom Ven, post* sunt *u.* 18 *auctore Walkero transposuit Heindorfius cl p.* 396,6 *(cf de leg.* II 11,28*)* 18 concordıa ^a^ut *rec A* honoſ *cum ras ex* b~ *V*

quarum rerum utilitatem uideo, uideo etiam consecrata simulacra; quare autem in is uis deorum insit tum intellegam cum cognouero. quo in genere uel maxime est fortuna numeranda, quam nemo ab inconstantia et temeritate seiunget, quae digna certe non sunt deo.
62 Iam uero quid uos illa delectat explicatio fabularum et enodatio nominum? exsectum a filio Caelum, uinctum itidem a filio Saturnum, haec et alia generis eiusdem ita defenditis, ut i qui ista finxerunt non modo non insani sed etiam fuisse sapientes uideantur. in enodandis autem nominibus quod miserandum sit laboratis: 'Saturnus quia se saturat annis, Mauors quia magna uertit, Minerua quia minuit aut quia minatur, Venus quia uenit ad omnia, Ceres a gerendo'. quam periculosa consuetudo. in multis enim nominibus haerebitis: quid Veioui facies quid Volcano? quamquam quoniam Neptunum a nando appellatum putas nullum erit nomen quod non possis una littera explicare unde ductum sit; in quo quidem magis tu mihi
63 natare uisus es quam ipse Neptunus. Magnam molestiam suscepit et minime necessariam primus Zeno post Cleanthes deinde Chrysippus, commenticiarum fabularum reddere rationem, uocabulorum cur quidque ita appellatum sit causas explicare. quod cum facitis illud profecto confitemini, longe aliter se rem habere atque hominum opinio sit; eos enim qui di appellantur rerum naturas esse non figuras

---

1 uıdeo. uideo *sed linea deleta et supra add rec* ł ıδo *V;* uıdeo *poste-* *AHPVB*
rius add B. cf p. 287,3 *ss* 2 quae *ci Walkerus* ĩ hıı^s^ *in ras rec A* ın ııſ *H* ~hıs *G* ~ıſ *V* ~hıſ *PB* cum ex te cognouero *ci Boherius et c* 3 ab, b *in ras rec ex* ſ *ut uid A* ab *ex* aſ *V* ınconſtantıa *pr ut uid A* 5 explacatıo, la *in ras (pro* l *uidebatur* c *uel* r *fuisse, pro* a ı*) A* explac~ *V* explanatıo *H; cf p.* 288,13 6 *cf p.* 288,13 *s* 7 alıa *generıſ [e] *A* ~ęg~ *V* alıę g~ *P* eıuſdem, ſ *add V* defendıſ *pr A* utı *ut uid corr* utıı *A* ut ıı *H, ex* ut *V* ut hı *PB* ~hıı *G* quıquı *AV* quıquı *P* quıquā *H (non G)* 8 ſapıentęſ *sed puncta euanida A* ıN *add post* uıdeanť, *in quo* ˜ *add uid Schwenkio non mihi B* 9—11 *cf p.* 289,5. 291,10. 293,2. 291,7 13 Veioui *cf Gellius* V 12 Volcano *cf Varro de l. L.* V 70 13. 14 *cf p.* 291,1 14. 15 *Augustinus de dialect.* 6 Stoici autumant, quos Cicero *(*cıc̄ *Bernensis* 363 scio *Vsenerus ad Varr. fragm. a Wilmannsio edita p.* 145*; dubito)* in hac re ut Cicero *(*ineptos *Halmius act. acad. Monac.* 1862 II 53 cerritos *Hauptius opusc.* II 365*)* irridet, nullum esse uerbum cuius non certa explicari origo possit*; quae nescio an huc spectent, quamquam potuerunt talia esse etiam in Hortensio, ut mihi olim scripsit Stowasserus sibi et Crecelio legendum uideri* quos Cicero in Hortensio irridet 14 quıd *pr A* una *communi (ideo non* natando*), cf p.* 291,2 15 dıctum *HP* 16 natare *uirgula, e *uel* t] *B* 16. 17 *Augustinus de dialect.* 6 de origine uerbi quaeritur cum quaeritur unde ita dicatur, res mea sententia nimis curiosa et minus necessaria; neque hoc eo mihi placuit dicere quod Ciceroni quoque idem uidetur 17 *cf p.* 288,12 18 uocabulorumque *ex dett et Heindorfii (p.* XIV*) suspicione c* cur *add B* quıque *AHPV, pr B* 19 appellantı** ſit, ı *prior red* [um *ut uid*] ĩ *ex* ı *rec V* 21 *s cf p.* 287,10 21 appellentur *Ernestus; cf p.* 267,4

deorum. qui tantus error fuit, ut perniciosis etiam rebus non nomen deorum tribueretur sed etiam sacra constituerentur. Febris enim fanum in Palatio et *Orbonae ad* aedem Larum et aram Malae Fortunae Exquiliis consecratam uidemus. Omnis igitur talis a philosophia pellatur error, ut cum de dis inmortalibus disputemus dicamus digna dis inmortalibus; de quibus habeo ipse quid sentiam, non habeo autem quid tibi adsentiar. Neptunum esse dicis animum cum intellegentia per mare pertinentem, idem de Cerere; istam autem intellegentiam aut maris aut terrae non modo comprehendere animo sed ne suspicione quidem possum attingere. itaque aliunde mihi quaerendum est et ut esse deos et quales sint dii discere possim, qualis tu eos esse uis **.

Videamus ea quae secuntur, primum deorum*ne* prudentia mundus regatur, deinde consulantne di rebus humanis. haec enim mihi ex tua partitione restant duo; de quibus si uobis uidetur accuratius disserendum puto.»

«Mihi uero» inquit Velleius «ualde uidetur; nam et maiora expecto et is quae dicta sunt uehementer adsentior.»

AHPVB 1 non modo nomen *dett Marsus tbmc; cf p.* 341,8 2 contıtuerentur *pr A* 2—4 *cf de leg.* II 11,28 araque uetusta in Palatio Febris et altera Esquiliis Malae Fortunae. *Plinius n. h.* II 16 ideoque etiam publice Febris fanum in Palatio dicatum est, Orbonae ad aedem Larum, ara et Malae Fortunae Esquiliis 3 Orbonae ad *add editor Bononiensis* 1494, *'ex peruetustis Maffei et Sigonii libris' Manutius (cf Plinius)*, ad *tantum Swainsonus apud c* 4 exquılıſ *V, ex* ~luſ *AHVB* equıl' *G* exſquılıſ *P* exq~ *F tbmc; cf Varro de l. L.* V 49 4. 5 afılofofı_a,ppellatur *A* aphılosophı app~ *G(H)* aphılofophıſ app~ *P* aphɨlofophı_a*p~, ɨ *ex* ı [p] *supra* phı *add rec* ɨ ıſ *V* *phılofophyaappellat [a] y *ex* ı, a *prima add B* 5. 6 deſputemuſ *A, corr* djſ~ *B;* dıcamuſ dıgnadıſ *B* dıcalıuſu ıgnaıſ *AHP* ~ıgna hıſ *G;* dıſputemuſ. dıcalıuſu ıgnaıſ ımmortalıb; *in mg superiore, corr rec* ~ dıc,alı,uſu ıgnæıſ~ *V.* dicamus indigna *(hoc cum correctore M)* naturis inmortalibus *tbc auctore Maduigio, qui hoc se tenere scripserat,* ut *referri ad* talis, *deinde non bis positum fuisse* dis inmortalibus, *reliqua prorsus pro incertis relinquens;* dicamus indigna iis *m (cf cens.* 135*). Vossianum B rectissime sequitur Goethius; de* talis *enim Maduigii arbitrium rationem non habet, repetitio autem illa quod pondus adferat sententiae facile sentitur (cf Dieckhoffus p.* 40*); simili cum ui bis positum* deorum *p.* 220,10 *s, cf u.* 11 *p.* 210,6 6. 7 quod *utroque loco Ernestus tbm. de se confidentius loquitur quam p.* 260,16 *ss (sed uide p.* 347,8. 365,1*), de altero non aliter ac p.* 229,17 *ss* 7 dicis *p.* 294,2, *de* intellegentia *cf p.* 135,10. 220,6 8 per,-mare*, re *in ras, fuit* ~manem *uel* ~manere *(ita H) A* dece**re· [*ſt* *de*] *A* decerere, r *prior in ras ex* d *V* 10 ſed**nſu ſpıcıo nequıdem [ſe] *B* 11 ut et *dett Rom Ven tbmc; cf p.* 263,1 dii *om dett Manutius; cf u.* 5 *s* 14 dıı dıſcere poſſım *add B* *post* possim *add* quā *V* 12 eoſe͞euſ, e͞e *add B* *defectum notauit Heindorfius, qui scripsit* quoniam quales t. e. e. u. agnoscere non possum, *eadem sed* intelligere n. p. *Bakius;* non esse scio *Maduigio auctore add Goethius, quo probabilius duco* uide ne esse non possint 13 ne *add V* prudentıa *AHP, corr* pro,dentıa *V tbmc* prudentıā *B; cf p.* 286,6. 399,2 14 dıı *H* de *APB* dę *V* 15 partıo|ne *sic V* artıtıone *pr B. cf p.* 347,13 18 hiis *G* ıſ *HV* hıſ *P, corr* *ıſ *B*

Tum Balbus «Interpellare te» inquit «Cotta nolo, sed sumemus tempus aliud; efficiam profecto ut fateare. sed **» 1

*

Cotta «** non esse illa uulgo disputanda, ne susceptas publice religiones disputatio talis exstinguat 3

*

adduci hoc ut credamus non possumus, immortalem illam praestantissimamque naturam diuisam esse per sexus 5

*

---

1 *haec postquam in suspicionem uocauit c, Goethius in hunc fere modum scripsit esse explenda* nolo, sed nunc continentem audire orationem tuam; nam ad ea quae contra Stoicos dixisti refellenda sumemus tempus aliud. *at illa etsi breuiter dicuntur tamen ut intellegi possint. nam postquam Velleius se is quae a Cotta dicta sint uehementer adsentiri dixit, Balbus ne tacendo adsentiri uideatur ipse cauet illis* interpellare te C. nolo *id est* non interpellabo te, *quibus recte adiungit* sed sumemus tempus aliud *ad ea scilicet disputanda quae nunc non uult proferre, quo tempore sperat se effecturum ut Cotta fateatur ea scilicet quae is p.* 378,10 *s a Balbo se negauerat didicisse* 2 efficiam* *ex* ~ant *ut uid B* *pergunt libri p.* 383,5*; defectum hoc loco notauit Marsus; paulo supra notis Tironianis* hic dimissum | hic perruptura *mg A, item* hic dimissum | hic permutatum est *iisdem plene adscriptis mg B (post p.* 378,18 *reliqua pars columnae uacua F)* *AHPVB*

2 sed *si est, ut profecto uidetur esse, Ciceronis non Ennii, cuius p.* 383,5 *ss, inde Balbus orsus uidetur Cottam pontificem ut p.* 260,11 *ss* 344,2 *s sed instantius monuisse eius disputatio quam perniciosa esset religionibus publice susceptis. cui quae Cotta respondit ex iis Patricius statuit illa u.* 3 *s sumpsisse Lactantium diu. inst.* II 3,2 intellegebat Cicero falsa esse quae homines adorarent. nam cum multa dixisset quae ad euersionem religionum ualerent, ait tamen non . . . exstinguat*; cf p.* 231,2. *eadem p.* 378,12 *intercidisse putat C. I. Neumannus mus. Rhen.* XXXVI 156 *s. minus probabilis Gerckii sententia ad consolationem potius referentis in tirocinio philol. sodal. regii seminarii Bonnensis (Berol.* 1888*)* 69 *n.* 1*, nullo modo Klussmanni philol.* XXXV 208 *s ad Lucretium. cf eiusdem Lactantii quae adscripsi p.* 345 5 *s (fr.* 3 *tb) Arnobius* III 6 adduci enim primum hoc ut credamus non possumus, immortalem illam praestantissimamque naturam diuisam esse per sexus et esse partem unam mares, partem esse alteram feminas. quem quidem locum plene iamdudum homines pectoris uiui tam Romanis litteris explicauere quam Graecis, et ante omnes Tullius Romani disertissimus generis nullam ueritus impietatis inuidiam ingenue constanter et libere quid super tali opinatione sentiret pietate cum maiore monstrauit; a quo si res sumere iudicii ueritate conscriptas non uerborum luculentias pergeretis, perorata esset haec causa nec secundas ut dicitur actiones nobis ab infantibus postularet. [7]... [8]... adduci ergo non possumus ut corpora credamus deum. nam esse necesse est corpora, si sunt mares ac feminae, ⟨aut⟩ insignificatam esse generum disiunctionem . . . [9] quid ergo dicemus deos procreare deos nasci, et idcirco his additas genitalium membrorum partes ut sufficere prolem possent . . . ? ergo si haec ita sunt . . . , sequitur ut debeant plena esse diis omnia . . . ; aut si obscenitas coeundi ita ut decet ab diis abest, quae causa ratioque monstrabitur, cur insigniti sint his locis . . . ? neque enim ueri est simile haberi haec frustra . . . ut enim ad usus certos manus pedes oculi ceteraque constructio membrorum sua quaeque in officia constituta est, ita conuenit credere in sui muneris functionem comparatas esse has partes . . . [10]. . . habent ergo dii sexus et genitalium membrorum circumferunt foeditates . . . ? quid ergo iam superest nisi ut eos credamus inmundorum quadripedum ritu in libidinum furias gestire . . . ; et quoniam quaedam sunt feminarum generis propria, sequitur ut deas quoque credamus circumactis persoluere suas mensibus leges, fastidiosos ducere atque habere conceptus, aboriri perferre *(praeferre Reifferscheidius)* et praepropero partu septimanas edere aliquando feturas . . . . . nonne multo est rectius maledicere conuiciari atque alia ingerere diis probra quam uel obtentu pio talia de his monstra opi-

1 deorumne prudentia mundus regatur

*

2 de commodorum quae capimus copia

*

3 de temporum ordine caelique constantia

*

4 de Chrysippi argumentis, de domo pulchra cum pulchritudine mundi comparata, de totius mundi conuenientia consensuque

*

6 de Zenonis conclusionibus

*

7 de ui ignea deque eo calore ex quo omnia generentur

*

8 num mundus uniuersus et sol et luna et stellae sensum ac mentem habeant

*

9 de sideribus pastus indigentibus

*

10 de natura artificiose ambulante

*

11 mundum non aedificatum sed a natura conformatum

*

12 Primum igitur non est probabile eam materiam rerum unde omnia

---

nionum indignitate praesumere? *Arnobii capita* 6 *et* 7 *Dauisius ad hunc Ciceronis librum rettulit, omiserunt me referentes uidelicet ad Cottae orationem quae est in libro* I. *qua quidem ex oratione Arnobium colores quosdam duxisse probabile est in capp.* 12 *ss, quibus de specie agit et forma deorum. de sexuum autem diuisione quae Cotta dicit p.* 245,13 *s* (244,6 *s) ea non uidentur Arnobii uerbis (cap.* 6*) satisfacere. restitui igitur cap.* 6 *(nam cap.* 7 *in praefatione utar) et sequentis disputationis monstraui quasi filum, quem Ciceronianum esse non spondeo, quamquam cum cap.* 9 *conferas illa p.* 244,6 *s. sed quae extrema adscripsi indicare uidentur quo modo quoque consilio locus ille inductus sit a Cotta, uidelicet ut impietatis crimen in se immissum in ipsos religionis defensores retorqueret*

— 1 *p.* 378,13 2—8 *p.* 352,10—353,1 3 *cf p.* 355,7 *ss Lactantius diu. inst.* II 5,10 uos etiam sidera deos putatis. [11] tradite igitur nobis stellarum mysteria, ut aras ac templa singulis erigamus, ut sciamus quo quamque ritu quo die colamus, quibus nominibus quibus precibus aduocemus: nisi forte nullo discrimine tam innumerabiles tam minutos deos aceruatim colere debemus. [12] quid quod argumentum illud quo colligunt uniuersa caelestia deos esse in contrarium ualet. nam si deos idcirco esse opinantur quia certos et rationabiles cursus habent, errant; ex hoc enim apparet deos non esse, quod exorbitare illis a praestitutis itineribus non licet. [13] ceterum si dii essent, huc atque illuc passim sine ulla necessitate ferrentur sicut animantes in terra, quarum quia liberae sunt uoluntates huc atque illuc uagantur ut libuit, et quo quamque mens duxerit eo fertur. [14] non est igitur astrorum motus uoluntarius sed necessarius, quia praestitutis legibus officiisque deseruiunt 6 *cf p.* 354,4 *ss*
9 *p.* 361,16 *ss* 10 *p.* 356,19 11 *p.* 356,13 *s, cf p.* 136,16 *ss*
12—*p.* 381,6 *(fr.* 2*) Lactantius diu. inst.* II 8,9 quibus *(poetis)* facile est respondere potestatem Dei non intellegentibus, quem credant nihil efficere posse nisi ex materia subiacente ac parata. in quo errore etiam philosophi fuerunt; [10] nam Cicero de natura deorum disputans ait sic: 'primum . . . factus est'; *ibid.* 14 'non est' inquit 'probabile materiam rerum a deo factam'; 20 'sed probabile est' inquit 'materiam rerum *(et add Brandtus)* habere et habuisse uim et naturam suam'; 21 natura enim, qua dicitis orta esse omnia, si consilium non habet efficere nihil potest, si autem generandi et faciendi potens est, habet ergo consilium et propterea deus sit necesse est . . . [24] cum igitur ortum rerum tribuis naturae ac detrahis deo, in eodem luto haesitans uersuram soluis Geta . . . [25] sequitur ineptissima comparatio: 'ut faber' inquit 'cum quid . . . paratam'; 45 iam uero illa conclusio qua sententiam terminauit multo absurdior: 'quod si materia' inquit 'non est . . . factus est' . . . [46] . . 'si non est' inquit 'a deo facta materia, nec mundus a deo factus est'. *ex eodem loco etsi non ipsum sententiarum tenorem at tamen colores orationis ueri simile est duxisse Minucium Felicem (cf C. I. Neumannus mus. Rhen.* XXXVI 155 *s), apud quem Caecilius Academice praefatus* 5,2 omnia in rebus humanis dubia incerta suspensa magisque omnia ueri similia quam uera *et indignatus* 5,4 audere quosdam . . . certum aliquid de summa rerum ac maiestate decernere, de qua tot omnibus saeculis sectarum plurimarum usque adhuc ipsa philosophia deliberat *(cf p.* 199,5 *ss) sic disputat* 5,7 sint principio omnium semina natura in se coeunte densata: quis hic auctor deus? sint fortuitis concursionibus *(cf p.* 233,2. 304,3*)* totius mundi membra coalita digesta formata: quis deus machinator? sidera licet ignis accenderit et caelum licet sua materia suspenderit, licet terram fundauerit pondere et mare [et] licet influxerit e liquore: unde haec religio, unde formido quae superstitio est? [8] homo et animal omne quod nascitur inspiratur attollitur elementorum ut uoluntaria concretio est, in quae rursum homo et animal omne diuiditur soluitur dissipatur; ita in fontem refluunt et in semet omnia reuoluuntur nullo artifice nec iudice nec auctore. [9] sic congregatis ignium seminibus soles alios atque alios semper splendere, sic exalatis terrae uaporibus nebulas semper adolescere, quibus densatis coactisque nubes altius surgere, isdem labentibus pluuias fluere flare uentos grandines increpare, uel nimbis conlidentibus tonitrua mugire rutilare fulgora fulmina praemicare . . . [10] quid tempestates loquar uarias et incertas, quibus nullo ordine uel examine rerum omnium impetus *(cf p.* 306,4*)* uolutatur *(sensim delabitur ad rerum humanarum diuinam procurationem negandam)*

1 orta sunt omnia *et* sed habere, 3 ea utitur, 5. 6 non est a deo materia — *editores Ciceronis inde a Sigonio* 5 ıpſ̄a, ā *in ras rec Bononiensis* 8,11, ıpſe *ex* ıpſa *uel* ∾ā *rec idem* 8,25, ipsa *utrobique editores Lactantii; intellege* deus *ut supra* faber, *cf p.* 330,6 7 *(fr.* 5 *tb* 3 *mc) scholiasta Veronensis in Verg. Aen.* v 95 Scaurus 'erudite, nam ait ex medullis corporum anguis nasci ..... apud Ciceronem de natura deorum .ıt. ubi de Cleomene Lacedaemonio. *de* .ıt. *adscribit Hagenus* '*Hoc pro* lt, *idest* libro tertio, *accepit Maius, sed et* it., *hoc est,* item *legi posse idem contendit'; post* Lacedaemonio *deesse aliquid indicant tbm. apparet non satis constare Cleomenis mentio utrum in hoc libro facta sit an in alio nescio quo; sed eius rationem acute aperuit c collatis eis quae Plutarchus Cleom.* 39 *narrat de angue corpus Cleomenis cruci adfixum ab auibus tutante; quam rem admiratos Alexandrinos Cleomenem coepisse colere ut heroem,* ἄχρι οὗ κατέπαυσαν αὐτοὺς οἱ σοφώτεροι διδόντες λόγον ὡς μελίττας μὲν βόες σφῆκας δὲ ἵπποι κατασαπέντες ἐξανθοῦσι . . . , τὰ δὲ ἀνθρώπινα σώματα . . . ὄφεις ἀναδίδωσι 8 *p.* 378,14

orta sunt esse diuina prouidentia effectam, sed et habere et habuisse uim et naturam suam. ut igitur faber cum quid aedificaturus est non ipse facit materiam sed utitur ea quae sit parata, fictorque item cera, sic isti prouidentiae diuinae materiam praesto esse oportuit non quam ipse faceret sed quam haberet paratam. quod si materia non est a deo facta, ne terra quidem et aqua et aer et ignis a deo factus est. 5

*

ex medullis corporum angues nasci; de Cleomene Lacedaemonio *(?)* 7

*

consulantne di rebus humanis 8

*

cur, si omnia deus hominum causa fecerit, etiam multa contraria et inimica *et* pestifera nobis reperiantur tam in mari quam in terra. [10] quod Stoici ueritatem non perspicientes ineptissime reppulerunt. aiunt enim multa esse in gignentibus et in numero animalium quorum adhuc lateat utilitas, sed eam processu temporum inuentuiri, sicut iam multa prioribus saeculis incognita necessitas et usus inuenerit. [11] quae tandem utilitas potest in muribus in blattis in serpentibus reperiri, quae homini molesta et perniciosa sunt. an medicina in his aliqua latet? quae si est, inueniatur aliquando, nempe aduersus mala, cum id illi querantur, esse omnino malum. [12] uiperam ferunt exustam in cineremque dilapsam mederi eiusdem bestiae morsui: quanto melius fuerat eam prorsus non esse quam remedium contra se ab ea ipsa desiderari.

*

deus aut uult tollere mala et non potest, aut potest et non uult, aut neque uult neque potest, aut et uult et potest. [21] si uult et non potest, inbecillus est, quod in deum non cadit, si potest et non uult, inuidus, quod aeque

— 1—12 *Lactantius de ira Dei* 13,9 sed Academici contra Stoicos disserentes solent quaerere cur ..... [13] breuius igitur ac uerius respondere potuerunt in hunc modum *eqs. argumentum illud quamquam alio loco similibus uerbis enuntiatum ex Academico* IV *(p.* 136,5 *ss, quae cf) sumptum uidetur a Lactantio, tamen in hoc libro uix potuit deesse; quare hic posui una cum Stoicorum responso, quod Cotta ipse potuit proferre ut similia profert p.* 385,13. 388,19. 395,4. 397,3, *uituperare quoque simili ratione, ut facit p.* 389,18. *cf Chrysippus* 1172. 1163 *Arn. eidem argumento paulo aliter sed in eandem sententiam respondet Augustinus de genesi contra Manichaeos* I 16,25 solent etiam istam Manichaei mouere quaestionem ut dicant: 'quid opus erat ut tam multa animalia Deus faceret siue in aquis siue in terra, quae hominibus non sunt necessaria, multa etiam perniciosa sunt et timenda'. sed cum ista dicunt non intellegunt quem ad modum omnia pulchra sunt conditori et artifici suo, qui omnibus utitur ad gubernationem uniuersitatis, cui summa lege dominatur. si enim in alicuius opificis officinam imperitus intrauerit, uidet ibi multa instrumenta quorum causas ignorat, et si multum est insipiens superflua putat. iam uero si in fornacem incautus ceciderit aut ferramento aliquo acuto, cum id male tractat *(cf p.* 385,14*)*, se ipsum uulnerauerit, etiam perniciosa et noxia existimat ibi esse multa. quorum tamen usum quoniam nouit artifex insipientiam eius irridet et uerba inepta non curans officinam suam instanter exercet 2 et *add Bononiensis* 13 *ss Lactantius de ira Dei* 13,19 uides ergo magis propter mala opus nobis esse sapientia, quae nisi fuissent proposita rationale animal non essemus. [20] quod si haec ratio uera est, quam Stoici nullo modo uidere potuerunt, dissoluitur etiam illud argumentum Epicuri *(fr.* 374 *Vs.)*: 'deus' inquit 'aut ... non tollit?' [22] scio plerosque philosophorum qui prouidentiam defendunt hoc argumento perturbari solere et inuitos paene adigi ut deum nihil curare fateantur, quod maxime quaerit Epicurus. sed nos ratione perspecta formidolosum hoc argumentum facile dissoluimus. *illa recte ad hunc Ciceronis locum rettulisse uidetur Schwenkius 'Berl. philol. Wochenschr.'* 1888,1308 *s cl Min. Fel.* 12,2 ecce pars uestrum et maior melior ut dicitis egetis algetis, opere fame laboratis, et deus patitur, dissimulat, non uult aut non potest opitulari suis; ita aut inualidus aut iniquus est*; cf p.* 201,14 *Sextus hypot.* III 10 *ἤτοι γὰρ καὶ βούλεται καὶ δύναται (ὁ Θεὸς) πάντων προνοεῖν, ἢ βούλεται μὲν οὐ δύναται δέ, ἢ δύναται μὲν οὐ βούλεται δέ, ἢ οὔτε βούλεται οὔτε δύναται. ἀλλ' εἰ μὲν καὶ ἠβούλετο καὶ ἠδύνατο, πάντων ἂν προνόει· οὐ προνοεῖ δὲ πάντων .... εἰ δὲ βούλεται μὲν οὐ δύναται δέ, ἀσθενέστερός ἐστι τῆς αἰτίας δι' ἣν οὐ δύναται προνοεῖν ὧν οὐ προνοεῖ· [11] ἔστι δὲ παρὰ τὴν Θεοῦ ἐπίνοιαν τὸ ἀσθενέστερον εἶναί τινος αὐτόν. εἰ δὲ δύναται μὲν πάντων προνοεῖν οὐ βούλεται δέ, βάσκανος ἂν εἶναι νομισθείη. εἰ δὲ οὔτε βούλεται οὔτε δύναται, καὶ βάσκανός ἐστι καὶ ἀσθενής, ὅπερ λέγειν περὶ Θεοῦ ἀσεβούντων ἐστίν. οὐκ ἄρα προνοεῖ τῶν ἐν κόσμῳ ὁ Θεός*

alienum est a deo; si neque uult neque potest, et inuidus et inbecillus est ideoque nec deus; si et uult et potest, quod solum deo conuenit, unde ergo sunt mala aut cur illa non tollit?

*

homines omnibus bestiis antecedunt 4

*

'** nequaquam istuc istac ibit; magna inest certatio. nam ut ego 5
26 illi supplicarem tanta blandiloquentia, ni ob *rem*': parumne ratiocinari
66 uidetur et sibi ipsa nefariam pestem machinari? illud uero quam callida ratione: 'qui uolt quod uolt, ita dat se res ut operam dabit', qui est uersus omnium seminator malorum. 'ille trauersa mente mihi hodie tradidit repagula, quibus ego iram omnem recludam atque 10 illi perniciem dabo, mihi maerores illi luctum, exitium illi exilium mihi.' hanc uidelicet rationem, quam uos diuino beneficio homini
67 solum tributam dicitis, bestiae non habent; uidesne igitur quanto munere deorum simus adfecti? atque eadem Medea patrem patriamque fugiens, 'postquam pater adpropinquat iamque paene ut con- 15 prehendatur parat, puerum interea obtruncat membraque articulatim diuidit perque agros passim dispergit corpus: id ea gratia, ut dum nati dissipatos artus captaret parens ipsa interea effugeret, illum ut

4 *(fr.* 6 *tb* 4 *mc) Diomedes* I *p.* 313,10 *K.* anteeo illi ... datiuo casu dicimus, ut Cicero ... item de deorum natura tertio 'homines o. b. antecedunt'. — *recepit t auctore Keilio, qui adscribit in lacuna capitis* 25 *posita fuisse uideri, nisi potius in libris Diomedis exciderint illa p.* 356,1 *s, haec autem pertineant ad* I *de off.* 30,105 quantum natura hominis pecudibus reliquisque beluis antecedat, *itemque dubitat m sine causa ut opinor cum c; dici enim uidentur antecedere ratione, cf u.* 12

5. 6 *uerba sunt Medeae Ennianae fr.* VII *u.* 266 *ss Vahl., cuius initium oration is (Eurip.* 364 *κακῶς πέπραχται πανταχῇ· τίς ἀντερεῖ;) interciderit* *AHPVB*

5 ıſta* [c] *B* ıſta *A* ıſta, *in mg* ·Λ· ıſt*aec [h] *V;* ıſ tacebıt *H* hıſ ~ *G* ıſta cıbıt *P* 6 illi *Ribbeckius m (τόνδε Euripides)* ıllıſ *AHPVB tbc* ni ob rem *Vahlenus prooem.* 1877,7 *(εἰ μή τι κερδαίνουσαν Euripides, cf Terent. Phorm.* 526 *al.) c* mobem *AGPV* ın ıouem *H* mobe *B, om dett tbm* 8 *Ennius ibid.* 269 qui uult esse quod uult *dett Dauisius tbmc; cf Plautus most.* 1100 quod agas id agas, *trin.* 241 qui amat quod amat *(friuol. fr.* VI *Leonis* naue agere oportet quod agas, *Caesar de Bruto apud Cic. ad Att.* XIV 1,2 quidquid uolet ualde uolet*)* *ı*tadat *(t prior ft red) ex* ut adat *aut* uıtadat *V* 9—12 *Ennius ibid.* 270—272 9 mentem *B* 11 pernıem *ex* permıem *ut uid A* pnıtıem *G* pnecıē *P* per*nı|cıem *ex* permı|ıem *V* per nı*tıem, ı *prior in ras* [ı] t *add,* ı *posterior ft ex* t, *ut ambiguum sit fueritne* per mı ıem *an* ~ mı tem *B. fuisse olim* permitiem *probabile est non certum; cf F. Marx ad Lucil.* 77 *(ubi adde Plauti most.* 3 *al.)* 865 exıtum *AHP, corr* ~tu,m *sic V* ~tū *corr* ~tjū *B* 13 dicitis *p.* 334,5 *ss* 337,14 *ss* 14 medıa *PV, corr* ~ea *A, rec B. trag. ex inc. inc. fab. fr.* XCIII *Ribb.* 15 ꝑquā *P* poſquā *A b (cf Ritschelius opusc.* II 548 *ss Aem. Thomas Herm.* XXVIII 310*) ft recte ut in uersu* 17 peraqueagroſ, *correctum erat* per.aqueagroſ *V* 18 diſputatoſ *H* dissupatos *b, cf p.* 50,12 captaret *colligeret, cf de imp. Pomp.* 9,22

maeror tardaret sequi, sibi salutem ut familiari pareret parricidio'. huic ut scelus sic ne ratio quidem defuit. quid ille funestas epulas 68
fratri conparans nonne uersat huc et illuc cogitatione rationem: 'maior mihi moles, maius miscendum est malum, qui illius acerbum cor contundam et conprimam'. nec tamen ille ipse est praetereundus, 27
'qui non sat habuit coniugem inlexe in stuprum', de quo recte et uerissume loquitur Atreus: 'quod re in summa summum esse arbitror periclum, matres coinquinari regias, contaminari stirpem, admisceri genus'. at id ipsum quam callide, qui regnum adulterio quaereret: 'addo' inquit 'huc, quod mihi portento caelestum pater prodigium misit regni stabilimen mei, agnum inter pecudes aurea clarum coma quondam Thyestem clepere ausum esse e regia, [a] qua in re adiutricem coniugem cepit sibi'. uideturne summa inprobitate usus non 69
sine summa esse ratione? Nec uero scaena solum referta est his sceleribus sed multo uita communis paene maioribus. sentit domus unius cuiusque sentit forum, sentit curia campus socii prouinciae, ut quem ad modum ratione recte fiat sic ratione peccetur, alterumque et a paucis et raro, alterum et semper et a plurimis, ut satius fuerit

AHPVB 2 quidem| *ex* qui| *B* 4. 5 *Accius Atreo fr.* III *u.* 200 *s Ribb.* 5 praeter_eunduſ *ft pr A* 6 *ibid. fr.* VI. *uersum agnouit Heindorfius;* qui *olim Ciceroni dabat Schoemannus ft recte* Inlexiffe *rec A* ılexe *ex* ∽e *V* ınlexſe *B* 7—9 *ibid. fr.* VII 7 ın re ın *(*∽ın *transfossae) H Dauisius* 8 periculum *A* ∽clum, *in* l *nescio quod corrigentis uestigium V* ∽culum *B* piaclum *Alanus* quoınquınarı *AG, pr V* conq∽ *Ribbeckius cl Lachmanno in Lucret.* II 1061 regıaſ *corr* ∽ā* *V* cont*amınarı *ex* comtam∽ *B* ac misceri *Ribbeckius tbm.* admisceri *puto alieno genere, et est hoc uerbum ad eam rem aptum: Vergilius Aen.* VII 579 Teucros in regna uocari, stirpem admisceri Phrygiam, *cf Cicero de re p.* II 4,7 admiscentur enim *(maritimae urbes)* nouis sermonibus ac disciplinis 10—13 *ibid. fr.* VIII 10 adde *Scriuerius mc non necessario, cf thes. l. L.* I 588 *ss* cęleſte *P* caeleſtum *corr manu recentissima* ſc∽ *VB* 11 mıſit *A* regnı* [ſ] *B* ſtabılımen* *ex* ∽mem *B* aurea, r *in ras B* 12 quē clam thẏeſtem, l *et* ∽m∽ *in ras*, t *add an in ras A tbc* quendam thyeſtem *H* quē cleanthẏeſtē *P* quē dant hŕeſtem*clepere, em *et* c *in ras pr ut uid,* e *obscura supra repetita rec,* l *uid postea add sed pr V* quen*dā ***thıeſtem, quen *ante initium uersus add,* d *ex* u*; uix dubium quin fuerit* |quā danth∽ *B.* quondam *Ald (et codex Nonianus Fabri, in quo p.* 20 *adscripta haec* agnum . . . regia *u.* 11 *s)* em clam *Ribbeckius* 12 esse ausum *dett Heindorfius;* eēe *ex* eē *B* aqua *BHP* *qua [à] *A;* aqua*ınre *ex* aquaı nre *V* 14. 15 ſummaēē*| *cum ras ex* ſummato [*punctum ut uid*], *secuntur in mg addita* ratıone . . . ſedmulto, *proximus uersus incipit a* uıta *B* 15 multo magis *ci c (aut neglegenter haec scripta esse), quod si scripsisset Cicero addidisset opinor* ac *ante* paene*;* *sed* paene *ft non tam ad* multo *pertinet quam ad totum iudicium: paene licet dicere uitam refertam esse multo maioribus; de collocatione uerborum cf Tusc.* V 30,85 nec multo ueteres Academici secus maıorıb; *corr uid* ∽reb; *deinde* ∽rjb; *V* 16 unjuſ *ex* umuſ *V* 18 saepe *Manutius tbmc; cf p.* 386,17

nullam omnino nobis a dis immortalibus datam esse rationem quam tanta cum pernicie datam. ut uinum aegrotis, quia prodest raro nocet saepissime, melius est non adhibere omnino quam spe dubiae salutis in apertam perniciem incurrere, sic haud scio an melius fuerit humano generi motum istum celerem cogitationis acumen sollertiam, quam rationem uocamus, quoniam pestifera sit multis admodum paucis salutaris, non dari omnino quam tam munifice et tam large 70
dari. Quam ob rem si mens uoluntasque diuina idcirco consuluit hominibus quod is est largita rationem, is solis consuluit quos bona ratione donauit, quos uidemus si modo ulli sint esse perpaucos. non placet autem paucis a diis inmortalibus esse consultum; sequitur ergo ut nemini consultum sit.

28 Huic loco sic soletis occurrere: non idcirco non optume nobis a diis esse prouisum, quod multi eorum beneficio peruerse uterentur; etiam patrimoniis multos male uti, nec ob eam causam eos beneficium a patribus nullum habere. Quisquam istuc negat, aut quae est in collatione ista similitudo? nec enim Herculi nocere Deianira uoluit

